Anthonius
de [illegible]
83 [illegible]
Sup sentent[illegible]

N. Inv. 1209.

Liber beati Augustini yponensis episcopi de trinitate. prologus



Lecturus hec que disserimus de trinitate.
prius oportet ut noverit stilum nostrum adversus eorum
vigilare calumpnias / qui fidei contempnentes
inicium immaturo et perverso rationis amore fal-
luntur. Quorum nonnulli ea que de corporalibus
rebus sive per sensus corporeos experta no-
taverunt. sive que natura humani ingenii et dilige-
ncie vivacitate vel artis adiutorio perce-
perunt / ad res incorporeas sive spirituales trans-
ferre conantur. ut ex hiis illa metiri atque o-
pinari velint. Sunt item alii qui secundum animi humani naturam vel affec-
tum de deo sentiunt. et ex hoc errore. cum de deo disputant sermoni suo
distortas et fallaces regulas figunt. Est item aliud hominum genus
eorum qui universam quidem naturam que profecto mutabilis est nituntur
transcendere ut ad incommutabilem substantiam que deus est erigant intentio-
nem / sed mortalitatis onere pregravati. cum et videri volunt / et scire quod
nesciunt / et quod volunt scire non possunt presumptiones opinionum suarum au-
dacius affirmando intercludunt vias sibimet intelligentie magis
eligentes sententiam suam non corrigere perversam quam mutare defensam.
Et hic quidem omnium morbus est trium generum que proposui. eorum scilicet qui
secundum corpus de deo sentiunt / et eorum qui secundum spiritualem creaturam et tamen
de deo falsa existimant eo remotiores a vero quo id quod sapiunt nec
in corpore reperitur nec in facto et condito spiritu nec in ipso creatore. Qui enim o-
pinatur deum verbi gratia candidum vel rutilum fallitur sed tamen hec inveniuntur
in corpore. Rursus qui opinatur deum nunc obliviscentem nunc recordan-
tem vel si quid huiusmodi est nichilominus in errore est / sed tamen hec inveniuntur in
animo. Qui autem putant eius esse potentie deum ut ipse seipsum genuerit
eo plus errant / quo non solum deus ita non est / sed nec spiritualis nec cor-
poralis creatura / nulla enim omnino res est que seipsam gignat ut sit. Ut
ergo ab huiuscemodi falsitatibus humanus animus purgaretur. Sancta scriptura par-
vulis congruens. nullius generis rerum verba vitavit / ex quibus quasi gradatim
ad divina atque sublimia noster intellectus velut nutritus assurgeret. Nam
et verbis ex rebus corporalibus sumptis usa est cum de deo loqueretur velut
cum ait. Sub umbraculo alarum tuarum protege me / et de spirituali creatura
multa transtulit quibus significaret illud quod ita non esset sed ita dici opus
esset sicut est. Ego sum deus De rebus
autem que omnino non sunt. non traxit aliqua vocabula quibus vel figuraret lo-
cutiones vel spiraret enigmata. Unde perniciosius et inanius evanescunt
qui tertio illo genere erroris a veritate secluduntur / hoc suspicando de deo quod
neque in ipso neque in ulla creatura inveniri potest. rebus enim que in creatura re-
periuntur solet scriptura divina velut infantilia oblectamenta formare
quibus infirmorum ad querenda superiora et inferiora deserenda pro suo modu-
lo tamquam passibus moveretur affectus. Que vero proprie dicuntur de deo que

nulla creatura reperitur raro ponit scriptura divina sicut illud quod dictum est ad
moysen Ego sum qui sum Et qui est misit me ad vos Cum enim esse
aliquo modo dicatur et corpus et animus nisi quodam suo modo vellet intelligi
non id utique diceret Et illud quod ait apostolus Qui solus habet immortali-
tatem cum et anima modo quodam immortalis esse dicatur et sit non diceret
solus habet nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est quam nulla potest habere creatura
Iac. 1 quia solius creatoris est hoc Jacobus dicit Omne datum optimum et omne
donum perfectum desursum est descendens a patre luminum apud quem non est
transmutatio nec momenti obumbratio Hoc et david Mutabis ea
ps. 101 et mutabuntur tu autem idem ipse es Proinde substantiam dei sine ulla co-
mmutatione sui mutabilia facientem et sine ullo suo temporali motu temporalia
creantem intueri et plane nosse difficile est et ideo necessaria est purga-
tio mentis nostre qua illud ineffabile ineffabiliter videri possit Qua
nondum prediti fide nutrimur et per quedam tollerabiliora ut ad illud
capiendum apti et habiles efficiamur itinera ducimur Unde apostolus
Col. 2 in Christo quidem dicit esse omnes thesauros sapientie et scientie absconditos eum
tamen quamvis iam gratia eius renatis sed adhuc carnalibus et animalibus
tamquam parvulis in Christo non ex divina virtute in qua equalis est patri
sed ex humana infirmitate ex qua crucifixus est commendavit Ait
1 cor 2 namque Neque enim iudicavi me scire aliquid in vobis nisi Jesum Christum et
hunc crucifixum Deinde secutus ait Et ego in infirmitate et timore et
tremore multo fui apud vos Et paulopost eis dicit Et ego fratres
1 cor. 3 non potui loqui vobis quasi spiritualibus sed quasi carnalibus quasi parvulis in
Christo lac vobis potum dedi non escam nondum enim poteratis sed nec
adhuc quidem potestis Hoc cum dicitur quibusdam irascuntur et sibi contume-
liose dici putant quia malunt credere eos potius a quibus hec audiunt
non habere quod dicant quam se capere non posse quod dixerint Et aliquando
afferimus eis rationem non quam petunt cum de deo querunt quia nec ipsi
valent sumere nec nos fortasse vel apprehendere vel proferre sed qua de-
monstratur eis quam sint inhabiles minimeque idonei percipiendo quod exigunt
Sed quia non audiunt quod volunt aut callide nos agere putant ut nostram
occultemus imperitiam aut malitiose quod eis invideamus peritiam atque
ita indignantes perturbati discedunt

Ordo disputandi de trinitate

Quapropter adiuvante domino deo nostro suscipiemus et eam Divina
ipsam quam flagitant quantum possumus reddere rationem quod trini-
tas sit unus et solus verus deus Et quam recte pater et filius
et spiritus sanctus unius eiusdem substantie vel essentie dicatur credatur et in-
telligatur ut non quasi nostris excusationibus illudantur sed re ipsa experiantur et
esse illud summum bonum quod purgatissimis mentibus cernitur et a se propter-
ea cerni comprehendique non posse quia mentis humane acies invalida
in tam excellenti luce non figitur nisi per iustitiam fidei nutrita vegetetur
Sed prius auctoritate scripturarum sanctarum utrum ista fides ita se habeat demon-
strandum est Deinde si voluerit et adiuverit deus istis garrulis ra-
tiocinatoribus elatioribus quam capacioribus atque ideo morbo periculosiore la-
borantibus sic fortasse serviemus ut inveniant aliquid unde dubitare non possint

et ob hoc in eo quod invenire nequiverint de propriis mentibus potius quam de ipsa
veritate vel de nostris disputationibus conquerantur. Atque ita si quid eis erga
deum vel amoris est vel timoris ad initium fidei et ad ordinem redeant
iam sentientes quam salubriter etiam sancta medicina fidelium constituta sit ut
ad perceptionem incommutabilis veritatis imbecillam mentem observata pietas
sanet ne in opinionem noxie falsitatis temeritas inordinata precipitet. Nec
pigebit autem me sicubi hesito querere nec pudebit sicubi erro discere.

De diverso indicio legentium et capacitate dissimili. C. ij.

Proinde quisquis legit hec ubi pariter certus est pergat mecum ubi pariter
hesitat querat mecum ubi errorem suum cognoscit redeat ad
me ubi meum revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam
tendentes ad eum de quo dictum est Querite faciem eius semper.
Et hoc placitum pium atque tutum coram domino deo nostro cum omnibus inierim
qui ea que scribo legunt et in omnibus scriptis meis maxime in hiis
ubi queritur unitas trinitatis patris et filii et spiritus sancti quia nec periculosius ali-
cubi erratur nec laboriosius aliquid queritur nec fructuosius aliquid inve-
nitur. Quisquis ergo cum legit dicat non bene dictum est hoc quoniam non intelligo
locutionem meam reprehendit non fidem. Et forte vere potuit dici planius. Ve-
rumtamen nullus hominum ita locutus est ut in omnibus ab omnibus intelligeretur.
Videat ergo cui in hoc sermone meo displicet utrum alios in talibus rebus
questionibus versatos intelligat cum me non intelligit et si ita est ponat
librum meum vel etiam si hoc videtur abiciat et eis potius quos intelligit
operam et tempus impendat. Non tamen propterea putet me tacere debuisse quia
non tam expedite ac dilucide quam illi quos intelligit eloqui potui. Non
enim omnia que ab omnibus conscribuntur ad omnium manus veniunt. Et fieri potest
ut nonnulli qui etiam hec nostra intelligere valeant illos planiores non
inveniant libros et in istos saltem incidant. Ideoque utile est plures a plu-
ribus fieri diverso stilo non diversa fide etiam de questionibus eisdem ut ad plu-
rimos ipsa res perveniat. Ad alios sic ad alios autem sic. At si ille qui
se ista non intellexisse conqueritur nulla umquam de talibus rebus diligenter
et acute disputata intelligere potuit secum agat votis et studiis ut pro-
ficiat non mecum querelis et conviciis ut taceam. Qui vero hec
legens dicit intelligo quidem quid dictum sit sed non vere dictum est asserat ut
placet sententiam suam et redarguat meam si potest. Quod si cum caritate
et veritate fecerit mihi et etiam si in hac vita maneo cognoscendum facere
curaverit uberrimum fructum laboris huius mei cepero. Quod si mihi non po-
tuerit quibus illud potuerit me volente ac libente prestiterit. Ego autem in lege
domini meditabor si non die ac nocte saltem quibus particulis temporum
possum et meditationes meas ne oblivione fugiant stilo alligo spe-
rans de misericordia dei quod in omnibus veris que certa sunt mihi perseverantem me faciat.
Si quid autem aliter sapio id quoque ipse mihi revelabit sive per occultas
inspirationes atque admonitiones sive per manifesta eloquia sua sive per
fraternas admonitiones. Hoc oro et hoc depositum desideriumque meum pe-
nes ipsum habeo qui mihi satis ydoneus est et custodire que dedit et
reddere que promisit. Arbitror sane nonnullos tardiores in quibusdam
locis librorum meorum opinaturos me sensisse quod non sensi aut non sen-
sisse quod sensi. Quorum errorem mihi tribui non debere quis nesciat si velut

me sequentes nec apprehendentes deviaverint. aliquam simplicitatem pro quadam densa
et opaca cogor viam capere. Quandoquidem nec ipsis sanctis divinorum
librorum auctoritatibus ullo modo quisque recte resistit tam multos ac varios
errores hereticorum cum omnes eisdem scripturis falsas atque fallaces opiniones
suas conentur defendere. Admonet me plane ac iubet suavissimo im-
perio lex christi. hoc est caritas ut cum aliquid falsi in libris meis me sen-
sisse homines putant quod ego non sensi atque id ipsum fortassis alteri displicet
alteri placet malim me reprehendi a reprehensore falsitatis quam ab eius lau-
datore laudari. Ab illo enim quamvis ego non recte / quam hoc non senserim
error tamen ipse recte vituperatur. Ab hoc autem nec ego recte laudor a quo exi-
stimo id sensisse quod vituperat veritas nec ipsa sententia quam vituperat veri-
tas. Ergo in nomine domini susceptum opus aggrediamur. C. iii

Que esse propria divine trinitatis senserunt catholici tractatores

Omnes quos legere potui qui ante me scripserunt de trinitate
que deus est divinorum librorum .i. utriusque testamenti catho-
lici tractatores / hoc intenderunt secundum scripturas docere quod pater
et filius et spiritus sanctus unius substantie inseparabili equalitate divinam
insinuent unitatem ideo quod non sint tres dii sed unus deus / quamvis
pater filium genuerit et ideo filius non sit qui pater est filiusque a patre sit genitus
ideo pater non sit qui filius est. Spiritus quoque sanctus nec pater sit. nec filius /
sed tantum patris et filii spiritus. patri et filio etiam ipse coequalis et ad
trinitatis pertinens unitatem / Non tamen eandem trinitatem. natam de virgine maria
sub pontio pilato crucifixam et sepultam tertia die resurrexisse et in
celum ascendisse / sed tantummodo filium / nec eandem trinitatem descendisse in specie
columbe super ihesum baptizatum aut die pentecostes post ascensionem
domini sonitu facto de celo quasi ferretur flatus vehemens et linguis divisis
velut ignis. sed tantum spiritum sanctum / nec eandem trinitatem dixisse de celo
Tu es filius meus / sive cum baptizatus est a iohanne / sive in monte quando cum
illo tres discipuli erant aut quando sonuit vox dicens. Et clarificavi et
iterum clarificabo. sed tantummodo patris vocem fuisse ad filium factam. Quamvis
pater et filius et spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt ita inseparabiliter operantur

De questionibus quibus moventur de trinitate querentes C. iiii

Hec et mea fides est / quando hec est catholica fides. Sed in ea nonnulli
perturbantur quando audiunt deum patrem et deum filium deum spiritum sanctum. Et
tamen hanc trinitatem non tres deos sed unum deum. Et quemadmodum
id intelligant querunt / presertim cum dicatur inseparabiliter operari trini-
tatem in omni re quam deus operatur. Et tamen quandam vocem patris sonu-
isse que vox filii non sit / in carne autem natum et passum et resurrexisse
et ascendisse / non nisi filium / in columbe autem specie non nisi spiritum sanctum
intelligere volunt. Unde et illam vocem que non nisi patris fuit / trinitas
fecit. Et illam carnem in qua non nisi filius de virgine natus est / eadem
trinitas creavit. Et illam columbe speciem in qua non nisi spiritus sanctus appa-
ruit ipsa illa trinitas operata sit / alioquin trinitas inseparabiliter operatur. Sed alia
pater faciat / alia filius / alia spiritus sanctus. Aut si quedam simul faciunt quedam
sine invicem iam non inseparabilis trinitas. Movet etiam quomodo spiritus sanctus

in unitate sit que nec pater nec filius nec ambo simul genuerint cum
sit spiritus patris et filii. Proinde ergo querunt ista homines et tedio nobis sunt
ut si quid hinc ex dono dei sapit infirmitas nostra disseramus eis
ut possumus neque cum invidia tabescente iter habeamus. Si dicimus nos
de talibus rebus nichil cogitare solere mentimur. Si autem fatemur habitare
ista in cogitationibus nostris quia rapimur amore indagande veritatis
flagitant iure caritatis ut eis indicemus quid hinc excogitare potu-
erimus | non quia iam acceperim aut perfectus sim. Nam apostolus paulus
quanto magis ego longe infra illius pedes iacens non me arbitror app-
rehendisse. Sed pro modulo meo si ea que retro sunt obliviscor
et in anteriora me extendo et secundum intentionem sequor ad palmam super-
ne vocationis quantum eiusdem vie peregerim et quo pervenerim unde
michi in fine reliquus est cursus ut aperiam. Desideratur a me illis de-
siderantibus quibus me servire cogit libera caritas. Oportet autem et donabit deus
ut eis ministrando que legant ipse quoque proficiam et eis cupiens respondere
querentibus ipse quoque inveniam quod querebam. Ergo suscepi hec iubente
atque adiuvante domino deo nostro non tam cognita cum auctoritate disserere quam
ea cum pietate disserendo cognoscere.

De unitate patris et filii et spiritus sancti quod sit unus et solus verus deus. C. v.

Qui dixerunt dominum nostrum ihesum christum non esse deum aut non esse verum
deum aut non cum patre unum et solum deum non vere immortalem
quia mutabilem manifestissima divinorum testimoniorum et consona
voce convicti sunt. Unde sunt illa In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum. Manifestum enim est quod verbum dei filium dei
unicum accipimus de quo postea dicit Et verbum caro factum est propter nativita-
tem incarnationis eius que facta est in tempore ex virgine. In eo autem declarat
non tantum esse sed etiam eiusdem cum patre substantie. Cum enim dixisset deus erat verbum
et reliqua. Neque enim dicit nisi omnia que facta sunt id est omnem creaturam. Unde
liquide apparet ipsum non factum esse per quem facta sunt omnia. Et si factus
non est creatura non est. Si autem creatura non est eiusdem substantie cum patre est.
Omnis enim substantia que deus non est creatura est et que creatura non est deus
est. Et si non est filius non est filius eiusdem substantie cuius pater. Ergo substantia facta
est. Si facta substantia est non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum facta sunt
unius eiusdemque cum patre substantie est. Et ideo non tantum deus sed et verus deus.
Quod idem iohannes apertissime dicit in epistola Scimus quod filius dei
venit et dedit nobis intellectum ut cognoscamus verum et simus in vero
filio eius ihesu christo. Hic est verus deus et vita eterna. Hinc etiam consequenter
intelligitur non tantum de patre dixisse apostolum paulum Qui solus habet immor-
talitatem sed de uno et solo deo quod est ipsa trinitas. Neque enim ipsa
vita eterna mortalis est secundum aliquam mutabilitatem. Ac per hoc filius
dei quia vita eterna est cum patre etiam ipse intelligitur ubi dictum est Qui so-
lus habet immortalitatem. Eius enim vite eterne et nos participes facti pro modu-
lo nostro immortales efficimur. Sed aliud est ipsa cuius participes efficimur vita
eterna aliud nos qui eius participatione vivemus in eternum. Si enim dixi-
sset Quem temporibus propriis ostendet pater beatus et solus potens rex regum et dominus
dominantium qui solus habet immortalitatem nec sic inde separatum filium oportet

credatur. Neque enim quia ipse filius alibi loquens voce sapientie (ipse enim est sapientia
dei) que ait: Gyrum celi circuivi sola, separavit a se patrem. Quanto magis
ergo non est necesse ut tantummodo de patre preter filium intelligatur quod dictum est: solus
habet immortalitatem, cum ita dictum sit: Ut serves inquit mandatum sine macula
irreprehensibile usque in adventum domini nostri ihesu christi, quem temporibus propriis ostendet
beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem
et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit nec videre potest,
cui est honor et gloria in secula seculorum amen. In quibus verbis nec pater proprie
nominatus est nec filius nec spiritus sanctus, sed beatus et solus potens rex
regum et dominus dominantium, quod est unus et solus verus deus ipsa trinitas.
Nisi forte que sequuntur perturbabunt hunc intellectum, quia dixit: Quem
nemo hominum vidit nec videre potest, cum hoc etiam ad christum pertinere secundum eius di-
vinitatem accipiatur, quam non viderunt iudei, qui tamen carnem viderunt
et crucifixerunt. Videri autem divinitas humano visu nullo modo potest, sed eo
visu videtur quo iam qui vident non homines sed ultra homines
sunt. Recte ergo ipse deus trinitas intelligitur beatus et solus potens osten-
dens adventum domini nostri ihesu christi temporibus propriis. Sic enim dictum est solus habet
immortalitatem, quomodo dictum est: Qui facit mirabilia solus. Quod velim
scire de quo accipiant dictum. Si de patre tantum, quomodo ergo verum est quod ipse
filius dicit: Quecumque pater facit, eadem et filius similiter. Numquid est inter
mirabilia mirabilius quam resuscitare et vivificare mortuos? Dicit autem idem
filius: Sicut pater suscitat et vivificat mortuos, sic et filius quos vult
vivificat. Quomodo ergo pater solus facit mirabilia, cum hec verba nec patrem
tantum nec filium tantum permittant intelligi, sed utique deum unum solum, id est patrem
et filium et spiritum sanctum. Item dicit apostolus: Nobis unus deus pater, ex quo omnia
et nos in ipso, et unus dominus ihesus christus, per quem omnia, et nos per ipsum.
Quis dubitet eum per ipsum omnia que creata sunt dicere? Sicut iohannes: Omnia
per ipsum facta sunt. Quem itaque damno dicat alio loco: Quoniam ex ipso et per
ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Si enim de patre et filio et spiritu
sancto, ut singulis personis singula tribuantur: Ex ipso patre, per ipsum filio, in
ipso spiritu sancto. Manifestum quod pater et filius et spiritus sanctus unus deus est,
quando singulariter intulit: ipsi gloria in secula seculorum. Unde enim cepit hunc sensum ait: O
altitudo divitiarum sapientie et scientie, non patris aut filii vel spiritus sancti, sed sapientie et scientie
dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius.
Quis enim cognovit mentem domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut
quis illi prior dedit et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso
sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Si autem hoc de patre tantummodo intelligi volunt,
quomodo ergo omnia per patrem sunt, sicut hic dicitur, et omnia per filium, sicut ad Co-
rinthios ubi ait: Et unus dominus ihesus christus per quem omnia, et sicut in
evangelio iohannis: Omnia per ipsum facta sunt. Si enim alia per patrem, alia per
filium, iam non omnia per patrem nec omnia per filium. Si autem omnia per patrem et per
filium, omnia per filium, eadem per patrem que per filium. Equalis est ergo patri filius
et inseparabilis operatio est patris et filii. Quia si vel filium fecit pater, quem
non fecit ipse filius, non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per filium facta sunt.
Ergo factus non est, qui cum patre facit omnia que facta sunt. Quamquam nec
ab ipso verbo tacuit apostolus, sed apertissime omnino dixit: Qui cum in forma dei
esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Hic deum proprie

Ro. 11.
Ex ipso
per ipsum
In ipso

appellans sicut alibi Caput autem christi deus. Sed hoc autem et de spiritu
sancto collecta sunt testimonia quibus ante nos qui hec disputaverunt habun-
dantius usi sunt. Creatura ipse deus non est. Et si non creatura non tantum deus
nam et homines dicti sunt dii. sed etiam verus deus. ergo patri et filio :
prorsus equalis et in trinitate consubstancialis et coeternus. Maxime vero illo loco
satis claret quod spiritus sanctus non sit creatura ubi iubemur non servire creature
sed creatori. non eo modo quo iubemur per caritatem servire invicem quod est
grece dulisin. sed eo modo quo tantum deo servitur quod est grece latrevin. Unde
ydolatre dicuntur qui simulacris eam servitutem exhibent que debetur deo.
Secundum hanc enim servitutem dictum est. Dominum deum tuum adorabis et illi soli
servies. Nam hoc distinctius in greca scriptura invenitur latreuseis enim
habet. porro si tali servitute servire creature prohibemur quandoquidem dictum est
Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies. Unde et apostolus detestatur eos
qui coluerunt et servierunt potius creature quam creatori. Non est utique creatura
spiritus sanctus cui ab omnibus sanctis talis servitus exhibetur dicente apostolo Nos
sumus enim circumcisio. spiritui sancto servientes quod est in greco latreuontes. plures
enim codices latini sic habent. qui spiritui dei servimus. Greci autem omnes aut
pene omnes. In nonnullis autem exemplaribus latinis invenimus non
spiritui servimus sed spiritu dei servimus. Sed qui in hoc errant et auctoritati
graviori cedere detrectant. Numquid et illud varium in codicibus reperiunt. Nescitis
quia corpus vestrum templum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo. Quid
autem insanius magisque sacrilegum est quam ut quisquam dicere audeat membra
christi templum esse creature minoris secundum ipsos quam christus est. Alio enim loco dicit
Corpora vestra membra sunt christi. Si autem que membra sunt christi templum est spiritus
sancti. non est creatura spiritus sanctus quia cui corpus nostrum templum exhibemus
necesse est ut huic eam servitutem debeamus qua non nisi deo serviendum
est que grece appellatur latria. Unde consequenter dicit Glorificate ergo deum in corpore
vestro. Quod unigenitus dei filius propter formam servi minor patre di-
catur qui in forma dei equalis est patri. Capitulum vii.

His et talibus divinarum scripturarum testimoniis quibus ut dixi priores
nostri copiosius usi expugnaverunt hereticorum tales calumpnias vel errores insi-
nuatur fidei nostre unitas et equalitas trinitatis. Sed quia multa in
sanctis libris propter incarnationem verbi dei que pro salute nostra reparanda
facta est ut mediator dei et hominum homo christus ihesus ita dicuntur ut maiorem
filio patrem significent vel etiam apertissime ostendant. erraverunt minus homines
diligenter scrutantes vel intuentes universam seriem scripturarum et ea que de christo
ihesu secundum hominem dicta sunt ad eius substantiam que ante incarnationem sempiterna
erat et sempiterna est transferre conati sunt. et illi quidem dicunt filium mino-
rem esse quam pater est quia scriptum est ipso domino dicente Pater maior me est.
Veritas autem ostendit secundum istum modum etiam se ipso minorem filium. Quomodo etiam
se ipso non minor factus est qui semetipsum exinanivit formam servi
accipiens. Neque enim sic accepit formam servi ut amitteret formam dei in qua
erat equalis patri. Si ergo ita accepta est forma servi ut non amitteretur
forma dei. cum et in forma servi et in forma dei idem ipse sit filius unigenitus
dei patris in forma dei equalis patri in forma servi mediator dei et hominum
homo christus ihesus. Quis non intelligat quod in forma dei etiam ipse se ipso maior est in for-
ma autem servi etiam ipse se ipso minor est. Non itaque inmerito scriptura utrumque dicit. et

equalem patri filium et minorem patre filio. Illud enim propter formam dei, hoc
autem propter formam servi sine ulla confusione intelligitur. Et hec nobis regula
per omnes sacras scripturas dissolvende huius questionis ex uno capitulo
Epistole pauli apostoli promitur ubi manifestius ista distinctio commendatur.
Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est se esse
equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in simili-
tudinem hominum factus et habitu inventus est ut homo. Est ergo dei filius
deo patri natura equalis, habitu minor. In forma enim servi quam accepit
minor est patre, in forma vero dei in qua erat etiam antequam hanc acce-
pisset equalis est patri. In forma dei verbum per quod facta sunt omnia, in forma
autem servi natus ex muliere factus sub lege ut eos qui sub lege erant
redimeret. Proinde in forma dei fecit hominem, in forma servi factus est homo.
Nam si pater tantum fecisset sine filio hominem non diceret faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem nostram. Ergo quia forma dei accepit
formam servi utrumque deus utrumque homo, sed utrumque deus propter accipientem
deum, utrumque autem homo propter acceptum hominem. Neque enim illa susceptione
alterum illorum in alterum conversum atque mutatum est. Nec divinitas quippe
in creaturam mutata est ut desisteret divinitas, nec creatura in divinitatem
ut desisteret esse creatura. ¶ De subiectione qua filius dicitur subiectus patri C. viii

Illud autem quod dicit apostolus Cum autem omnia ei subiecta fuerint, tunc et
ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Aut ideo dictum
est ne quisquam putaret habitum christi qui ex humana creatura susceptus
est conversum iri postea in ipsam divinitatem, vel ut certius expresserim divi-
nitatem que non est creatura sed unitas trinitatis incorporea et incommu-
tabilis et sibimet consubstantialis et coeterna natura. Aut si quisquam contendit
ut aliqui senserunt ita dictum Et ipse filius subiectus erit ei qui illi sub-
iecit omnia ut ipsam subiectionem commutationem et conversionem credant
futuram creature in ipsam substantiam vel essentiam creatoris, id est ut que fuerat
creature substantia fiat substantia creatoris. Certe vel hoc concedit quod non habet ullam
dubitationem non dum fuisse hoc factum cum dominus diceret Pater maior me est.
Dixit enim hoc non solum antequam ascendisset in celum verumetiam antequam passus
resurrexisset a mortuis. Illi autem qui putant humanam in eo naturam in deita-
tis substantiam mutari atque converti et ita dictum esse Tunc et ipse filius subiectus
erit ei qui illi subiecit omnia, ac si diceretur Tunc et ipse filius hominis
et assumpta a dei verbo humana natura commutabitur in eius naturam qui ei
subiecit omnia, tunc futurum putant cum post diem iudicii tradiderit regnum
deo et patri. Ac per hoc etiam secundum istam opinionem adhuc pater maior est
quam servi forma que de virgine accepta est. Quod si aliqui et hoc affir-
mant quod iam fuerit in dei substantiam mutatus homo christus, illud certe negare
non possunt quod adhuc natura hominis manebat cum ante passionem dicebat
Quoniam pater maior me est. Unde nulla cunctatio est secundum hoc esse dictum
quod forma servi maior est pater, cui in forma dei equalis est filius. Nec
quisquam cum audierit quod ait apostolus Cum autem dixerit quia omnia subiecta
sunt manifestum est quia preter eum qui subiecit illi omnia, ita existimet de patre
intelligendum quod subiecerit omnia filio ut ipsum filium sibi omnia subiecisse non
putet. Quod apostolus ostendit ad philippenses dicens Nostra autem conversatio in celis
est unde et salvatorem expectamus dominum ihesum christum qui transfigurabit

corporis humilitatis nostre conforme corpori glorie sue secundum operationem qua
possit etiam sibi subicere omnia inseparabilis enim est operatio patris et filii. Alioquin
nec ipse pater sibi subiecit omnia sed filius ei subiecit qui ei regnum ei
tradidit et evacuavit omnem principatum omnem potestatem et virtutem. De
filio quippe dicta sunt. Cum tradiderit inquit regnum deo et patri cum eva-
cuaverit omnem principatum et omnem potestatem et virtutem. Ipse enim subicit
ei qui evacuat. Nec sic arbitremur christum tradidisse regnum deo et patri ut
adimat sibi et hoc quidam vaniloqui crediderunt. Cum enim dicitur
tradiderit regnum deo et patri non separatur ipse quia simul cum patre unus deus est
Sed divinarum scripturarum incuriosos et contentionum studiosos fallit verbum quod positum est donec.
Ita namque sequitur. Oportet enim illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus
suis tamquam cum posuerit non sit regnaturus nec intelligunt ita dictum sicut
est illud. Confirmatum est cor eius non commovebitur donec videat inimicos
suos. Non enim cum viderit iam commovebitur. Quid ergo est cum tradiderit regnum
deo et patri quasi non habeat regnum deus et pater. Sed quia omnes iustos in quibus
nunc regnat ex fide viventibus mediator dei et hominum homo christus ihesus
perducturus est ad speciem quam visionem idem dicit apostolus facie ad faciem
ita dictum est. Cum tradiderit regnum deo et patri ac si diceret. Cum perduxerit cre-
dentes ad contemplationem dei et patris. Sicut enim dicit omnia mihi tradita sunt a
patre meo. et nemo novit patrem nisi filius et cui voluerit filius re-
velare. et nemo novit filium nisi pater. Tunc revelabitur a filio pater cum eva-
cuaverit omnem principatum et omnem potestatem et virtutem id est ut necessaria non sit
dispensatio similitudinum per angelos principatus et potestates et virtutes. Ex
quorum persona non inconvenienter intelligitur dici in cantico canticorum ad spon-
sam. Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti quo ad
usque rex in recubitu suo est id est quo ad usque christus in secreto suo est quia
vita nostra abscondita est in christo cum deo. Cum christus inquit apparuerit vita
vestra. tunc et vos cum ipso apparebitis in gloria. Quod antequam fiat videmus nunc
per speculum in enigmate id est in similitudinibus. Tunc autem facie ad faciem. Hec
enim contemplatio promittitur nobis actionum omnium finis atque eterna perfectio
gaudiorum. Filii enim dei sumus. et nondum apparuit quod erimus. Scimus
quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Quod
enim dixit famulo suo moysi. Ego sum qui sum. Et dices itaque filiis
israel. Qui est misit me ad vos. hoc contemplabimur cum vivemus in eternum
Ita quippe ait. Hec est vita eterna ut cognoscant te unum verum deum
et quem misisti ihesum christum. hoc fiet cum venerit dominus et illuminaverit occulta
tenebrarum. cum tenebre mortalitatis huius corruptionisque transierint. tunc
erit mane nostrum de quo in psalmo dicitur. Mane astabo tibi et videbo. De
hac contemplatione intelligo dictum. Cum tradiderit regnum deo et patri id est
cum perduxerit quibus nunc ex fide viventibus regnat mediator dei et
hominum homo christus ihesus ad contemplationem dei et patris. Si desipio hic cor-
rigat me qui melius sapit. mihi aliud non videtur. neque enim quesituri
aliud cum ad illius contemplationem pervenerimus. que nunc non est quamdiu
gaudium nostrum in spe est. Spes autem que videtur non est spes. Quod
enim videt quis quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per patientiam
expectamus quo ad usque rex in recubitu suo est. Tunc erit quod scriptum
est. Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Illa leticia nihil amplius
requiretur quia nec erit quid amplius requiratur. Ostendetur enim nobis pater et
sufficiet nobis. Quod bene intellexerat philippus ut diceret domino. Ostende nobis

patrem et sufficit nobis. Sed nondum intellexerat eo quo modo id ipsum se
potuisse dicere: Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Ut enim hoc in
telligeret responsum est ei a domino: Tanto tempore vobiscum sum et non cognovistis
me? Philippe, qui videt me videt et patrem meum. Sed quia volebat eum ex fide vi
vere antequam illud posset videre, secutus est et ait: Non credis quia ego in patre
et pater in me est? Quamdiu enim in corpore sumus peregrinamur a domino. Per fidem
enim ambulamus non per speciem. Contemplatio quippe merces est fidei, cuius merce
di per fidem corda mundantur, sicut scriptum est: Mundans fide corda eorum.
Probatur autem quod in contemplatione corda mundentur illa maxime sententia: Beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt. Et quia haec est vita eterna, dicit deus in psalmis: Lon
gitudine dierum replebo eum et ostendam illi salutare meum. Sive ergo audiamus
ostende nobis filium, sive audiamus ostende nobis patrem, tantundem valet
quia neuter sine altero potest ostendi. Unum quippe sunt sicut et ipse ait: Ego
et pater unum sumus. Denique propter ipsam inseparabilitatem sufficienter aliquando no
minatur vel pater solus vel filius solus adimpleturus nos leticia cum
vultu suo. Nec inde separatur utriusque spiritus, id est patris et filii spiritus. Qui spi
ritus sanctus proprie dicitur spiritus veritatis quem hic mundus accipere non potest.
Hoc est enim plenum gaudium nostrum quo non est amplius, frui trinitate
deo ad cuius imaginem facti sumus. Propter hoc aliquando ita loquitur de spiritu
sancto tamquam ipse solus sufficiat ad beatitudinem nostram. Et ideo solus suf
ficit quia separari a patre et filio non potest. Sicut pater solus sufficit quia
separari a filio et spiritu sancto non potest. Et filius ideo sufficit solus quia separari a patre
et spiritu sancto non potest. Quid enim sibi vult quod ait: Si diligitis me mandata mea
servate et ego rogabo patrem et alium advocatum dabit vobis ut vo
biscum sit in eternum, spiritum veritatis quem hic mundus accipere non potest, id est dilectores
mundi? Animalis enim homo non percipit que sunt spiritus dei. Sed adhuc videri
potest ideo dictum: et ego rogabo patrem et alium advocatum dabit vobis, quasi non suffici
at solus filius. Illo autem loco ita de illo dictum est tamquam solus omnino
sufficiat: Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Num
quid ergo hinc separatur filius, tamquam ipse non doceat omnem veritatem? Aut quasi
hoc impleat spiritus sanctus quod minus potuit docere filius. Dicant ergo si placet
maiorem esse filio spiritum sanctum, quem minorem illo solent dicere. An quia
non dictum est: ipse solus, aut: nemo nisi ipse solus vos docebit omnem veri
tatem, ideo permittunt ut cum illo docere credatur et filius? Ergo apostolus separavit
filium ab sciendis hiis que dei sunt ubi ait: Sic et que dei sunt nemo scit
nisi spiritus dei, ut iam isti perversi possint ex hoc dicere: Et filius non docet
que dei sunt nisi spiritus sanctus, tamquam maior minorem, cui filius ipse tantum
ut diceret: Quia haec locutus sum vobis tristitia cor vestrum implevit. c. viii

Quod utile credentibus fuerit ut ad patrem in forma servi Christus ascenderet

Sed ego veritatem dico expedit vobis ut ego eam. Nam si non abiero
advocatus non veniet ad vos. Hoc autem dixit non propter inequalitatem
verbi dei et spiritus sancti, sed tamquam impedimento esset presentia filii hominis
apud eos quo minus veniret ille qui minor non est, quia non semetipsum
exinanivit sicut filius formam servi accipiens. Oportebat ergo ut auferretur
ab oculis eorum forma servi quam intuentes hoc solum Christum putabant quod

videbat unde est et illud quod ait Si diligeretis me gauderetis utique quoniam eo ad patrem quia pater maior me est id est propterea oportet me ire ad patrem quia dum me ita videtis et ex hoc quod videtis estimatis minor sum patre atque ita circa creaturam susceptamque formam occupati equalitatem quam cum patre habeo non intelligitis. Inde est et illud Noli me tangere nondum enim ascendi ad patrem meum. Tactus enim tamquam finem facit notionis. Ideo quod nolebat finem in eo esse intenti cordis ut hoc quod videbatur tantummodo putaretur. Ascensio enim ad patrem erat ita videri sicut est equalis patri ut ibi finis esset visionis que sufficiat nobis. Aliquando item de filio solo dicitur quod ipse sufficiat et in eius visione tota merces promittitur dilectionis et desiderii nostri. Sic enim ait Qui habet mandata mea et custodit ea ille est qui diligit me. Qui autem me diligit diligitur a patre meo et ego diligam eum et ostendam meipsum illi. Numquid hic quia non dixit ostendam illi et patrem ideo separavit patrem. Sed quia verum est Ego et pater unum sumus cum pater ostenditur et filius ostenditur qui in illo est. Et cum filius ostenditur etiam pater ostenditur qui in illo est. Sicut ergo cum ait Et ostendam illi meipsum intelligitur quod ostendit et patrem ita et in eo quod dictum est cum tradiderit regnum deo et patri intelligitur quod non adimit sibi quoniam cum perducet credentes ad contemplationem dei et patris profecto perducet ad contemplationem suam qui dixit Et ostendam illi meipsum. Et ideo consequenter cum dixisset illi Iudas Domine quid factum est quia ostensurus es te nobis et non huic mundo Respondit Ihesus et dixit Si quis diligit me sermonem meum servabit et pater meus diliget illum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Ecce quia non solum seipsum ostendit ei a quo diligitur quia simul cum patre venit ad eum et mansionem facit apud eum. An forte putabitur mansionem in dilectore suo facientibus patre et filio exclusus esse ab hac mansione spiritus sanctus. Quid est ergo quod superius ait de spiritu sancto Quem hic mundus accipere non potest quia non videt illum. Nostis illum vos quia vobiscum manet et in vobis est. Non itaque ab hac mansione separatus est de quo dictum est vobiscum manet et in vobis est. Nisi forte quisquam ita absurdus est ut arbitretur cum pater et filius venerint ut mansionem faciant apud dilectorem suum discessurum inde spiritum sanctum et tamquam locum daturum esse maioribus. Sed et huic carnali cogitationi occurrit scriptura. Paulo quippe superius ait Et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis ut vobiscum sit in eternum. Non ergo discedit a patre et filio venientibus sed in eadem mansione erit cum ipsis in eternum quia nec ille sine illis venit nec illi sine illo. Sed propter insinuationem trinitatis personis etiam singulis nominatis dicuntur quedam non tamen aliis separatis intelliguntur propter eiusdem trinitatis unitatem unamque substantiam atque deitatem patris et filii et spiritus sancti.

Quomodo traditurus sit regnum filius patri. C. ix.

Tradet itaque regnum deo et patri dominus noster ihesus christus non se inde separato nec spiritu sancto quando perducet credentes ad contemplationem dei ubi est finis omnium bonarum actionum et requies sempiterna et gaudium quod non auferetur a nobis. Hoc enim significat in eo quod ait Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo auferet a vobis. Huius gaudii similitudinem presignabat sedens Maria ad pedes Domini et intenta in verbum dei quieta scilicet ab actione et intenta veritati secundum quendam modum cuius capax est ista vita que tamen presignaret et illud quod futurum est.

inctum Martha quippe sororque sua actione consentiente quamvis bona et utili
tamen transitura successit transitura ipsa requiescebat in verbo domini Et ideo dominus
conquerenti marthe quod eam soror non adiuvaret respondit Maria optimam partem
elegit que non auferetur ab ea Non partem malam dixit quod agebat martha
sed istam optimam que non auferetur Illa enim que in ministerio indigentie est cum
indigentia transierit aufertur Boni quippe operis transituri merces est re-
quies permanens In illa ergo contemplatione Deus erit omnia in omnibus quia
quia nichil aliud ab eo requiretur Sed solo ipso illustrari perfrui quod sufficiet
Ideo qui ille in quo spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus Unam inquit pe-
ti a domino hanc requiram ut inhabitem in domo domini per omnes dies vite mee
ut contempler delectationem domini Contemplabimur enim deum patrem et filium et spiritum sanctum cum
mediator dei et hominum homo christus ihesus tradiderit regnum deo et patri ut iam
non interpellet pro nobis mediator et sacerdos noster filius dei et filius hominis
Sed et ipse inquantum sacerdos est assumpta propter nos forma servi subiectus sit ei
qui illi subiecit omnia et cui subiecit omnia ut inquantum deus est cum illo nos
subiectos habeat in quantum sacerdos nobiscum illi subiectus sit Quapropter cum
filius sit deus et homo alia substantia deus alia homo homo potius in filio quam filius
in patre sicut caro anime mee alia substantia est ad animam meam quamvis in uno
homine quam anima alterius hominis ad animam meam Cum ergo tradiderit regnum deo
et patri id est cum credentes et viventes ex fide pro quibus nunc mediator interpel-
lat perduxerit ad contemplationem cui percipiende suspiramus et gemimus et cum transierit
labor et gemitus iam non interpellabit pro nobis tradito regno deo et patri Hoc
significans ait Hec vobis locutus sum in similitudinibus veniet hora quando iam non in
similitudinibus loquar vobis sed manifeste nunciabo vobis de patre id est iam non
erunt similitudines cum visio erit facie ad faciem Hoc est enim quod ait sed manifeste
de patre nunciabo vobis ac si diceret Manifeste patrem ostendam vobis Nunciabo
quippe ait quia verbum eius est Sequitur enim et dicit Illa die in nomine meo
petetis Et dico vobis quia rogabo patrem ipse enim pater amat vos quia
vos me amastis et credidistis quia ego a deo exivi et veni in hunc mun-
dum iterum relinquo mundum et vado ad patrem Quid est a patre exivi nisi
non in ea forma qua equalis sum patri sed aliter id est in assumpta creatura
minor apparui Et quid est veni in hunc mundum nisi forma servi
qua me exinaniens accepi etiam peccatorum qui mundum istum diligunt ocu-
lis demonstravi Et quid est iterum relinquo mundum nisi ab aspectu dilectorum
mundi aufero quod viderunt Et quid est vado ad patrem nisi doceo me sic
intelligendum a fidelibus meis quomodo equalis sum patri Hoc qui credunt
digni habebuntur perduci a fide ad speciem id est ad ipsam visionem Quo per-
ducens dicitur esse tradere regnum deo et patri Fideles quippe eius
quos redemit sanguine suo dicti sunt regnum eius Pro quibus nunc
interpellat tunc autem illic eos sibi faciens inherere ubi equalis est patri
non iam rogabit patrem pro eis Ipse enim pater inquit amat vos Ex hoc enim
rogat quo minor est patre quo vero equalis exaudit cum patre Unde
ab eo quod dixit ipse enim pater amat vos se utique ipse non separat Sed secundum
ea facit intelligi que supra commemoravi satis quod insinuavi plerumque
ita nominari unamquamque in trinitate personam ut et alie illic intelligantur
Sic itaque dictum est Ipse enim pater amat vos ut consequenter intelligatur
et filius et spiritus sanctus Non quia nos modo non amat qui proprio filio suo non pe-
percit sed pro nobis omnibus tradidit eum Sed tales nos amat deus quales

futuri sumus non quales sumus. Quales enim amat tales in eternum conservat
quod tunc erit cum tradiderit regnum deo et patri. quem nunc interpellat pro nobis
ut iam non roget patrem quia ipse pater amat nos. Quo autem merito nisi
merito fidei qua credimus antequam videamus quod promittitur. Per hanc enim per-
veniemus ad speciem ut tales nos amet quales amat ut simus non quales
odit quia sumus et hortatur et prestat ut tales semper esse velimus. Cx.

Qua discretione intelligendum sit nunc equalis patri filius nunc autem minor

Quapropter cognita ista regula intelligendarum scripturarum de filio dei
ut distinguamus quid in eis sonat secundum formam dei in qua est et e-
qualis est patri. et quid secundum formam servi quam accepit et minor
est patre. non conturbabimur tamquam contrariis ac repugnantibus inter se sanctorum li-
brorum sententiis. Nam secundum formam dei equalis est patri et filius et spiritus sanctus quia neuter
eorum creatura est sicut iam ostendimus / secundum autem formam servi minor est patre
quia ipse dixit pater maior me est. Minor est seipso quia de illo dictum
est semetipsum exinanivit. Minor est spiritu sancto quia ipse ait. Qui dixerit bla-
sphemiam in filium hominis dimittetur ei. Qui autem dixerit in spiritum sanctum non
dimittetur ei. et in ipso virtutes operatus est dicens. Si ego in spiritu dei eicio de-
monia certe supervenit super vos regnum dei. Et apud ysaiam dicit quam lectionem
ipse in synagoga recitavit et de se completam sine scrupulo dubitationis o-
stendit. Spiritus domini super me propter quod unxit me evangelizare paupe-
ribus misit me predicare captivis remissionem etc. Ad que ideo se facien-
da dicit missum quia spiritus domini est super eum. Secundum formam dei omnia per
ipsum facta sunt. Secundum formam servi ipse natus ex muliere factus sub lege. Secundum
formam dei ipse et pater unum sunt. Secundum formam servi non venit facere vo-
luntatem suam sed voluntatem eius qui eum misit. Secundum formam dei sicut
pater habet vitam in semetipso sic dedit filio habere vitam in semetipso. Se-
cundum formam servi tristis est anima mea usque ad mortem. Et pater mi si fieri potest
transeat a me calix. Secundum formam dei ipse est verus deus et vita eterna.
Secundum formam servi factus est obediens usque ad mortem. mortem autem crucis.
Secundum formam dei omnia que habet pater ipsius sunt. Et omnia mea tua sunt et tua
mea. Secundum formam servi non est doctrina ipsius sed eius qui eum misit. Cxi

Qua ratione dicatur filius nescire diem et horam iudicii quam scit pater

Et de die et hora nemo scit neque angeli in celo neque filius nisi pater.
hoc enim nescit quod nescientes facit id est quod non ita sciebat ut tunc disci-
pulis indicaret. Sicut dictum est ad abraham. Nunc cognovi quia
times deum id est nunc feci ut cognosceres. quia ipse sibi in illa temptatione innotuit.
Nam et hoc utique proditurus erat discipulis tempore opportuno de quo futuro
tamquam de preterito loquens ait. Iam non dicam vos servos sed amicos. Servus
enim nescit voluntatem domini sui. Vos autem dixi amicos quia omnia quecumque audi-
vi a patre meo nota feci vobis / quod nondum fecerat sed quia certo futurus
erat quasi iam fecisset locutus est / Ipse enim ait. Multa habeo vobis dicere sed non
potestis portare modo / sed utique intelligitur et de die et de hora. Nam et apostolus
Neque enim iudicavi me scire aliquid in vobis nisi ihesum christum et hunc
crucifixum. Eis enim loquebatur qui capere altiora de christi deitate non poterant. Qui-
bus etiam paulo post dicit. Non potui loqui vobis quasi spiritualibus sed quasi carna-
libus / hoc ergo inter illos nesciebat quod per illum scire non poterant. Et hoc solum
se scire dicebat quod eos per illum scire oportebat. Denique sciebat inter perfectos
quod inter parvulos nesciebat. Ibi quippe ait. Sapientiam loquimur inter perfectos

eo namque genere locutionis nescire quisque dicitur quod occultat quomodo dicitur fossa ceca
que occulta est / neque enim aliquo genere loquuntur scripture quod in consuetudine huma-
na non inveniatur quia utique hominibus loquuntur / Secundum formam dei dictum
est Ante omnes colles genuit me id est ante omnes altitudines creaturarum
et ante luciferum genui te id est ante omnia tempora temporalia Secundum autem formam
servi dictum est Dominus creavit me in principio viarum suarum quia secundum formam
dei dixit Ego sum veritas Et secundum formam servi Ego sum via / quia enim ipse est
primogenitus a mortuis iter fecit ecclesie sue ad regnum dei ad vitam eternam
cui caput est etiam ad immortalitatem corporis / ideo creatus est in principio
viarum dei in opera eius Secundum formam dei principium est / propter quod et loquitur
nobis in quo principio fecit deus celum et terram Secundum formam servi
Sponsus procedens de thalamo suo Secundum formam dei primogenitus omnis
creature et ipse est ante omnes et omnia illi constant Secundum formam servi
et ipse est caput corporis ecclesie Secundum formam dei Dominus glorie Unde mani-
festum est quod ipse glorificet sanctos suos Quos enim predestinavit ipsos et vocavit
Et quos vocavit ipsos et iustificavit Quos autem iustificavit ipsos et glorificavit
De illo quippe dictum est Cum iustificat ipse et glorificat qui est ut dixi
dominus glorie / Secundum formam tamen servi satagentibus discipulis de glorifi-
catione sua respondit Sedere ad dexteram aut sinistram meam non est meum
dare vobis sed quibus paratum est a patre meo Quod autem est a patre eius
et ab ipso filio paratum est quia ipse et pater unum sunt / Iam enim ostendimus
in hac trinitate per multos divinarum locutionum modos etiam de singu-
lis dici quod omnium est propter inseparabilem operationem unius eiusdemque substantie / sicut
de spiritu sancto dicit Cum ego iero mittam illum ad vos non dixit mittemus
sed ita quasi tantum filius eum missurus esset / non et pater / Cum alio loco dicat
Hec locutus sum vobis apud vos manens Advocatus autem ille spiritus sanctus
spiritus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia Hic rursus
ita dictum est quasi eum missurus esset et filius sed tantum pater Sicut ergo ista
ita et illud quod ait Sed quibus paratum est a patre meo cum patre se
intelligi voluit parare sedes glorie quibus vellet Sed dicit aliquis ille cum
de spiritu sancto loqueretur ita se missurum ait ut non negaret patrem missurum
Et alio loco ita patrem ut non negaret se hic vero aperte ait Non est
meum dare atque ita secutus / a patre dixit ista preparata Sed hoc quod
perstruximus secundum formam servi dictum ut ita intelligamus Non est meum da-
re Ac si diceretur Non est humane potestatis hoc dare ut per illud
intelligatur hoc dare per quod deus et equalis est patri Non est inquit
meum dare id est non humana potestate ista do sed quibus paratum est a patre
meo Sed iam tu intellige quia omnia que habet pater mea sunt / et hoc utique
est et cum patre ista paravi / Nam et illud quero quomodo dictum sit Si quis non
audit verba ego non iudicabo illum / Fortassis enim ita dixit Ego
non iudicabo illum quemadmodum ibi Non est meum dare Sed quid hic sequitur
Non enim veni inquit ut iudicem mundum sed ut salvum faciam mundum
Deinde adiungit Qui me spernit et non accipit verba mea habet
qui se iudicet Hic iam intelligeremus patrem nisi adiungeret et diceret /
Verbum quod locutus sum ipsum iudicabit in novissimo die Quid ergo
iam nec filius iudicabit quia dixit ego non iudico illum / nec pater
sed verbum quod locutus est filius / Immo audi quod adhuc sequitur

quia ego ex me non locutus sum sed ille qui me misit pater ipse man-
datum michi dedit Quid dicam aut quid loquar Et scio quia man-
datum eius vita eterna est Que ego loquor ita ut dixit michi pater
sic loquor Non ergo iudicat filius sed verbum quod locutus est filius Ideo
autem iudicat verbum quod filius locutus est quia non a se locutus est filius
Sed qui misit eum pater mandatum ei dedit quid dicat aut loquatur
pater iudicat utique cuius verbum est quod locutus est filius atque ipsum verbum
patris idem ipse est filius Non enim aliud est mandatum patris aliud
verbum patris Nam et verbum hoc appellavit et mandatum Videamus ergo
ne forte quod ait Ego non ex me locutus sum hoc intelligi voluerit E-
go non ex me natus sum Si enim verbum patris loquitur se ipsum loquitur
quia et ipse est verbum patris Plerumque enim dicit dedit michi pater in quo vult in-
telligi quod eum genuerit pater ut non tamquam iam existenti et non habenti
dederit aliquid sed ipsum dedisse ut haberet genuisse est ut esset Non enim
sicut creatura ita dei filius ante incarnationem et ante assumptam crea-
turam unigenitus per quem facta sunt omnia / aliud est et aliud habet / sed ipsum
quod est est id quod habet Quod illo loco manifestius dicitur si quis ad capiendum
sit ydoneus ubi ait Sicut pater habet vitam in semetipso ita dedit filio
habere vitam in semetipso / neque enim existenti et vitam non habenti dedit ut haberet
vitam in semetipso cum eo ipso quod est vita sit / Hoc est ergo dedit filio vi-
tam habere in semetipso genuit filium esse incommutabilem vitam quod est
vita eterna Cum ergo verbum dei sit filius dei Et filius dei sit verus
deus et vita eterna Sic in epistola sua dicit Iohannes Etiam hic quid aliud
agnoscimus cum dicit dominus verbum quod locutus sum ipsum iudicabit
eum in novissimo die Et ipsum verbum patris esse verbum dicit et mandatum
patris / ipsumque mandatum vitam eternam Et scio inquit quia mandatum eius
vita eterna est Quero itaque quomodo intelligamus Ego non iudicabo
sed verbum quod locutus sum iudicabit Quod ex consequentibus apparet ita dictum
ac si diceret Ego non iudicabo sed verbum patris iudicabit Verbum autem
patris est ipse filius dei Sic enim intelligendum est Ego non iudicabo
sed ego iudicabo Quomodo istud potest esse verum nisi ita Ego scilicet non
iudicabo ex potestate humana / quia filius hominis sum Sed ego iudicabo
ex potestate verbi quia filius dei sum Aut si contraria et repugnantia vi-
dentur ego non iudicabo sed ego iudicabo Quid illic dicimus
Mea doctrina non est mea quomodo mea quomodo non mea Non enim
dixit / Ista doctrina non est mea / sed dixit mea doctrina non est mea
Quam dixit suam eamdem dixit non suam Quomodo istud verum est nisi secundum
aliud dixit suam secundum aliud non suam Secundum formam dei suam secundum
formam servi non suam Cum enim dicit non est mea sed eius qui misit
me ad ipsum verbum facit nos recurrere doctrina enim patris est verbum patris
qui est unicus filius Quid sibi et illud vult Qui in me credit non
in me credit / quomodo in ipsum / quomodo non in ipsum / quomodo tam contrarium sibique
adversum potest intelligi Qui in me credit inquit non in me credit sed in eum
qui me misit nisi ita intelligas Qui in me credit non in hoc quod videt
credit ne sit spes nostra in creatura sed in illo qui suscepit creaturam in qua-

humanis oculis apparet ac sic ad se equalem referens intentionem creden-
tium patri contemplandum per fidem corda mundaret. Ideo quod ad patrem refe-
rens intentionem credentium et dixit non in me credit. sed in eum qui me
misit, non utique se a patre .i. ab illo qui eum misit voluit se separari
sed ut sic in eum crederetur quomodo in patrem cui equalis est. quod aperte
alio loco dicit Creditis in deum et in me credite .i. sic creditis in deum
sic et in me credite, quia ego et pater unus deus. Sicut ergo hic tamquam
abstulit a se fidem hominum et in patrem transtulit dicendo non in me credit
sed in eum qui me misit. a quo tamen non utique se separavit. Sic etiam quod
non est meum dare sed quibus paratum est a patre meo. puto clarere
quod utrumque accipiendum sit. Tale enim est et illud. Ego non iudicabo. cum
ipse iudicaturus sit vivos et mortuos. Sed quia non ex potestate humana
potestate reddens ad deitatem sursum erigit corda hominum propter que suble-
vanda descendit. C XIII

De unitate persone filii dei et filii hominis sive in gloria sive in humilitate

Nisi tamen ipse idem esset filius hominis propter formam servi quam acce-
pit qui est filius dei propter formam dei in qua est non diceret
apostolus paulus de principibus huius seculi. Si enim cognovissent
numquam dominum glorie crucifixissent. Ex forma enim servi crucifixus est
et tamen dominus glorie crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio que deum
hominem faceret et hominem deum. Quid tamen propter quid et quid secundum quid dicatur
adiuvante domino prudens et diligens et pius lector intelligit. Nam
ecce diximus quod secundum id quod deus est glorificat suos scilicet secundum hoc utique quod dominus
glorie est. et tamen dominus glorie crucifixus est. quia recte dicitur et deus crucifixus
non de virtute divinitatis sed de infirmitate carnis. Sic dicimus quod secundum id
quod deus est iudicat .i. ex potestate divina non ex humana. et tamen ipse homo iu-
dicaturus est sicut dominus glorie crucifixus est. Ita enim aperte dicit Cum ve-
nerit filius hominis in gloria sua et omnes angeli eius cum eo tunc congre-
gabuntur ante eum omnes gentes. et cetera que de futuro iudicio usque ad
ultimam sententiam in eo loco predicantur. Et iudei quippe qui in malitia
perseverantes in illo iudicio puniendi sunt sicut alibi scriptum est videbunt
in quem pupugerunt. Cum enim boni et mali visuri sint iudicem vivorum
et mortuorum procul dubio mali eum videre non poterunt nisi secundum formam qua
filius hominis est. sed in claritate tamen in qua iudicabit non in humilitate in qua
iudicatus est. Ceterum illam dei formam in qua equalis est patri procul dubio
non videbunt. Non enim sunt mundi corde. Beati mundo corde quoniam ipsi
deum videbunt. Et ipsa visio est facie ad faciem que summum pre-
mium promittitur iustis. et ipsa fiet cum tradiderit regnum deo et patri
in quo et sue forme visionem vult intelligi subiecta deo omni crea-
tura. et ipsa in qua filius dei filius hominis factus est. quia secundum hanc ipse et
filius tunc subiectus illi erit qui subiecit illi omnia ut sit deus omnia
in omnibus. Alioquin si filius dei iudex in forma etiam in qua patri equalis est cum iu-
dicaturus est apparebit quid est quod pro magno dilectori suo pollicetur
dicens Et ego diligam eum et ostendam meipsum illi. Quapropter filius
hominis iudicaturus est. nec tamen in ea forma apparens in qua deus est equa-
lis patri sed in ea qua filius hominis est. Itaque utrumque dici potest et filius ho-

iudicabitur et non filius hominis iudicabit / quia filius hominis iudicabit
ut verum sit quod ait Cum venerit filius hominis tunc congregabuntur ante eum
omnes gentes / et non filius hominis iudicabit ut verum sit quod ait Ego
non iudicabo / et ego non quero gloriam meam / est qui querat et iu-
dicet Nam secundum id quod in iudicio non forma dei sed forma filii hominis
apparebit Nec ipse pater iudicabit Secundum hoc enim quod dictum est Pater non
iudicabit quemquam sed omne iudicium dedit filio. quod et illa locutione
dictum sit qua supra commemoravimus ubi ait Sic dedit filio habere vi-
tam in semetipso ut significaret quod sic genuit filium. non et illa qua lo-
quitur apostolus dicens propter quod eum a mortuis suscitavit et donavit ei
nomen quod est super omne nomen / hoc enim de filio hominis dictum est secundum
quem filius dei suscitatus est a mortuis / Ille quippe in forma dei equalis
patri. ex qua se exinanivit formam servi accipiens / in ipsa forma servi
et agit et accipit et patitur / que consequenter commemorat apostolus Humiliavit se
factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis / propter quod exaltavit
illum et donavit ei nomen quod est super omne nomen. ut in nomine Ihesu omne
genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confi-
teatur quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei patris Utrum ergo secun-
dum illam an secundum istam locutionem dictum sit Omne iudicium dedit filio
satis hinc apparet / quia si secundum id diceretur secundum quod dictum est. Dedit filio
habere vitam in semetipso non utique diceretur secundum quod dictum est Dedit filio
habere vitam in semetipso. Pater non iudicat quemquam Secundum enim quod
equalem genuit pater filium iudicat cum illo Secundum hoc ergo dictum est
quod in iudicio non forma dei sed forma servi apparebit / non quia non
iudicabit qui dedit omne iudicium filio / cum de illo dicat filius
Est qui querat et iudicat / Sed ita dictum est / pater non iudicat quem-
quam sed omne iudicium dedit filio ac si diceretur. patrem nemo videbit
in iudicio vivorum et mortuorum. sed omnes filium. quia et filius hominis est
ut possit et ab impiis videri. cum et illi videbunt in quem pupuge-
runt Quod ne coniectare potius quam aperte demonstrare videamur pro-
ferimus eiusdem domini certam manifestamque sententiam / qua ostendamus ipsam
fuisse causam ut diceret. pater non iudicat quemquam sed omne
iudicium dedit filio / quia iudex forma filii apparebit / que forma
non est patris sed filii / nec ea filii in qua equalis est patri / sed in
qua est minor patre ut sit in iudicio conspicuus et bonis et malis
Paulo post enim dicit Amen dico vobis quia qui verbum meum audit
et credit ei qui misit me habet vitam eternam et in iudicium non veniet
sed transit a morte in vitam / Hec vita eterna est illa visio que
non pertinet ad malos Deinde sequitur Amen amen dico vobis
quia veniet hora et nunc est. quando mortui audient vocem filii dei
et qui audierint vivent Et hoc proprium est piorum qui sic audiunt
de incarnatione eius. ut credant quia filius dei est id est sic eum propter se factum
accipiunt minorem patre in forma servi. ut credant quia equalis est
patri in forma dei Et ideo sequitur Et hoc ipsum commendans dicit Sicut
enim pater habet vitam in semetipso / ita dedit filio habere vitam in semetipso
Deinde venit ad visionem sue claritatis in qua venturus est ad iudicium
que visio communis erit et impiis et iustis Sequitur enim Et potestatem dedit

ei et iudicium facere quia filius hominis est puto nihil manifestius esse. Nam
quia filius equalis est patri non accipit hanc potestatem iudicii faciendi
sed habet illam cum patre in occulto. Accipit autem illam ut boni et mali
eum videant iudicantem quia filius hominis est. Visio quippe filii hominis
exhibebitur bonis et malis. Nam visio forme dei non nisi mundis
corde quia ipsi deum videbunt id est solis piis quorum dilectioni hoc pro-
mittit quia ostendet seipsum illis. Et ideo vide quod sequitur nolite mirari hoc.
Quid nos prohibet mirari nisi illud revera quod miratur omnis qui
non intelligit ut ideo diceret patrem dedisse potestatem et iudicium faci-
endi quia filius hominis est, cum magis quasi hoc expectaretur ut diceret quoniam
filius dei est. Sed quia filium dei secundum id quod in forma dei est equalis patri
videre non possunt iniqui. Oportet autem ut iudicem vivorum et mortuorum cum coram
eo iudicabuntur et iusti videant et iniqui. Nolite hoc mirari inquit
quia veniet hora qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem
eius. Et prodient qui bona gesserunt in resurrectionem vite et qui
mala gesserunt in resurrectionem iudicii. Ad hoc ergo oportebat ut ideo ac-
ciperet illam potestatem quia filius hominis est, ut resurgentes omnes viderent
eum in forma in qua ab hominibus videri potest, sed alii ad dampnationem
alii ad vitam eternam. Que est autem vita eterna nisi illa visio que
non conceditur impiis. Ut cognoscant inquit te unum verum deum
et quem misisti ihesum christum. Quomodo et ipsum ihesum christum nisi quemadmodum
unum verum deum qui ostendet seipsum illis non quomodo se ostendet pu-
niendis in forma hominis. Secundum illam visionem bonus est secundum quam
visionem deus apparet mundis corde. Quam quam bonus deus israel
rectis corde. Quando autem iudicem videbunt mali, non eis videbitur
bonus quia non ad eum gaudebunt corde, sed tunc se plangent
omnes tribus terre in numero utique malorum omnium et infidelium. Propter hoc etiam
ille qui dixerat eum magistrum bonum querens ab eo consilium consequende
vite eterne respondit ei. Quid me interrogas de bono. Nemo est bonus
nisi solus deus. Cum et alio loco hominem dicat bonum ipse dicens bo-
nus homo inquit de bono thezauro cordis sui profert bona. Malus
autem homo de malo thezauro cordis sui profert mala. Sed quia ille vitam
eternam querebat, vita autem eterna est in illa contemplatione qua non ad pe-
nam videtur deus sed ad gaudium sempiternum et non intelligebat cum
quo loquebatur quem tantum eum filium hominis arbitrabatur. Quid me in-
quit interrogas de bono id est istam formam quam vides quid interrogas
de bono et vocas me secundum quod vides magistrum bonum. Hec forma filii
hominis est. Hec forma accepta est. Hec forma apparebit in iudicio
non tantum iustis sed et impiis. Et huius forme visio non erit in bonum
eis qui male agunt. Est autem visio forme mee in qua cum essem
non rapinam arbitratus sum esse equalem deo sed ut hanc acciperem me
ipsum exinanivi. Ille ergo unus deus pater et filius et spiritus sanctus qui non
apparebit nisi ad gaudium quod non auferetur a iustis. Cui gaudio
futuro suspirat qui dicit. Unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem
in domo domini per omnes dies vite mee, ut contempler delectationem domini

Unus ergo deus ipse solus bonus est ad hoc quia nemo eum videt ad luctum et planctum sed tantum ad salutem et leticiam veram. Secundum illam formam si me intelligis bonus sum. Si autem secundum hanc solam, Quid me interrogas de bono? Si inter illos eris qui videbunt in quem pupugerunt. Et ipsa visio mala erit eis quia penalis erit. Ex ista sententia dixisse dominum Quid me interrogas de bono, nemo bonus nisi unus deus. his documentis que commemoravi probabile est quia visio illa dei qua contemplabimur incommutabilem atque humanis oculis invisibilem dei substantiam que solis sanctis promittitur quam dicit apostolus paulus facie ad faciem, et de qua dicit apostolus iohannes Similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Et de qua dicitur Unam petii a domino hanc requiram ut contempler delectationem domini. Et de qua dicit ipse dominus Et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi, et propter quam solam fide corda mundamus ut simus beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt, et si qua alia de ista visione dicta sunt que copiosissime sparsa per omnes scripturas invenit quisquis ad eam querendam oculos amoris intendit, sola est summum bonum nostrum cuius adipiscendi causa precipimur agere quicquid recte agimus. Visio autem illa filii hominis que prenunciata est cum congregabuntur ante eum omnes gentes dicentes Domine quando te vidimus esurientem ... nec bonum erit impiis qui mittentur in ignem eternum nec summum bonum erit iustis. Adhuc enim eos vocat ad regnum quod paratum est eis ab origine mundi. Sicut enim illis dicet Ite in ignem eternum sic istis Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum. Et sicut illi ibunt in combustionem eternam sic isti in vitam eternam. Quid est autem vita eterna nisi ut cognoscant te deum verum unum et quem misisti ihesum christum. Sed iam in ea claritate de qua dicit patri clarifica me ea claritate quam habui apud te priusquam mundus fieret. Tunc enim tradet regnum deo et patri ut intret servus bonus in gaudium domini sui et abscondat eos quos possidet deus in abscondito vultus sui a conturbatione hominum eorum scilicet qui tunc conturbabuntur audientes illam sententiam. A quo auditu malo iustus non timebit si modo in tabernaculo protegatur id est in fide recta catholice ecclesie a contradictione linguarum id est a calumpniis hereticorum. Si vero est aliquis intellectus verborum domini quibus ait Quid me interrogas de bono nemo bonus nisi solus deus dum tamen non credatur maioris bonitatis esse patris quam filii substantia secundum quam verbum est per quod facta sunt omnia nichilque ab horret a sana doctrina securi utamur non uno tantum sed quotquot reperiri potuerit. Tanto enim fortius convincuntur heretici quanto plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. Sed ea que adhuc consideranda sunt ab alio iam petamus exordio.

Capitula libri secundi de sancta Trinitate beati Augustini

De regulis secundum quas scripture de patre loquuntur et filio. De his scripture locis de quibus dubium est an propter assumptam creaturam minorem patre indicent filium an vero hoc tantum quod de patre sit doceant. De his quibus spiritum sanctum non minorem patre indicant sed tantum quod de patre procedit. De clarificatione qua et pater filium clarificat et filius patrem. Quomodo intelligenda sit missio sive filii sive spiritus sancti.

Quid sit quod in scripturis legitur pater maior spiritu aut spiritus sanctus minor patre
Post hec de multimodis apparitionibus dei quarum quedam missiones
appellantur cum pater missus non queat dici sed aut filius aut spiritus
sanctus cooperante tamen in omnibus trinitate ¶ De his qui naturam
verbi dei visibilem putaverunt ¶ De his qui filium dei voluerunt etiam ante
carnis susceptionem fuisse mortalem ut solus pater immortalitatem
habere credatur Cum in trinitate deus patribus apparuit an aliqua certa tri-
nitate persona ¶ De tribus viris Abrahe visis cum quibus sicut cum deo
domino loquitur ¶ De duobus angelis qui in humana forma apparue-
runt Loth et in quibus dominus singulariter appellatur ¶ De visione Moysi
qua deum vidit in exodo per ignem in rubo ¶ De apparitione dei in egres-
su Israel de egypto De his que dominum gesta coram Moyse in monte Syna
quando non patris aut filii aut spiritus sancti substantia que utique una est videri
potuit sed per subiectam creaturam demum et voces et alia edisse que
voluit ¶ Utrum deus propria substantia apparuit Moysi an per visibilem
creaturam Quod persona domini ihesu christi dicta intelligenda sint Moysi Ponam
te in spelunca petre et auferam manum meam etc. ¶ De visione Danie-
lis in qua illi et patris et filii persona apparuit in specie corporali

Cum homines deum querunt et ad intelligentiam trinitatis pro captu
infirmitatis humane animum intendunt experti difficultates
laboriosas sive in ipsa acie mentis conantis intueri inaccessi-
bilem lucem sive in ipsa multiplici et multimoda locutione litterarum sacrarum
ubi mihi tritum non videtur nisi atteri Adam ut christi gratia clarificati
dulcescat cum ad aliquid certum discussa omni ambiguitate pervenerint
facile debent ignoscere errantibus in tanti pervestigatione secreti Sed
duo sunt que in errore hominum difficillime tollerantur presumptio prius
quam veritas pateat Et cum iam patuerit presumpta defensio falsitatis
A quibus duobus vitiis nimis inimicis inventioni veritatis et tracta-
tioni divinorum sanctorumque librorum si me ut precor et spero deus defendit
atque munierit scuto bone voluntatis sue et gratia misericordie sue non ero
segnis ad inquirendam substantiam dei sive per scripturam eius sive per creaturam
Que utraque nobis proponitur ad hoc intuenda ut ipse queratur ut ipse di-
ligatur qui et illam inspiravit et istam creavit Nec trepidabo ero ad
proferendam sententiam meam in qua magis amabo inspici a rectis quam
timebo morderi a perversis Grataque enim suscipit oculum columbinum
pulcherrima et modestissima caritas Dentem autem caninum vel evitat
cautissima humilitas vel retundit solidissima veritas Magisque opta-
bo a quolibet reprehendi quam sive ab errante sive ab adulante lau-
dari Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis Etenim
aut inimicus reprehensurus est aut amicus Si ergo inimicus insultat ferendus
est Amicus vero si errat docendus si docet audiendus Laudator vero et er-
rans confirmat errorem et adulans illicit in errorem Emendabit ergo
me iustus in misericordia et arguet me Oleum autem peccatoris non impinguabit caput

De regulis fere quas scriptura de patre loquitur et filio C. j. ¶ meum

Quamobrem quamvis firmissime teneamus de domino nostro ihesu christo et
per scripturas disseminatam et a doctis catholicis earundem scripturarum

tractatoribus de trinitate tanquam catholicam regulam quomodo intelligatur
dei filius et equalis patri dei formam in qua est et minor patre secundum
formam servi quam accepit/ in qua forma non solum patre sed etiam
spiritu sancto. neque tantum. sed etiam seipso minor inventus est/ non seipso
qui fuit. sed seipso qui est/ quia forma servi accepta. formam dei
non amisit sicut scripturarum que in superiori libro commemoravimus tes-
timonia docuerunt. Sunt tamen quedam in divinis eloquiis ita posita ut
ambiguum sit ad quam potius regulam referantur Utrum ad eam qua
intelligimus minorem filium in assumpta creatura An ad eam qua intel=
ligimus non quidem minorem esse filium sed equalem patri/ tamen
ab illo hunc esse deum de deo. lumen de lumine/ Filium quippe dicimus
deum de deo/ patrem tamen deum. non de deo. Unde manifestum est quod filius ha-
beat alium de quo sit et cuius filius sit/ pater autem non filium de quo sit
habeat sed tantum cuius pater sit. Omnis enim filius de patre est/ quod est/ et pater filius
est. Nullus autem pater de filio quod est. sed filio pater est. Quedam itaque
ita ponuntur in scripturis de patre et filio ut indicent unitatem equalitatem
que substantie sicuti est Ego et pater unum sumus/ et cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse equalis deo Et quecunque talia
sunt Quedam vero ita ut minorem ostendant filium propter formam
servi. id est propter assumptam creaturam mutabilis humaneque substantie sicuti
est Quoniam pater maior me est/ Et pater non iudicat quemquam. sed
omne iudicium dedit filio/ nam paulo post consequenter ait Et potestatem
dedit ei iudicium faciendi quoniam filius hominis est Quedam vero
ita ut nec minor nec equalis tunc ostendatur sed tantum quod de patre sit
intimetur ut est illud Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit
filio habere vitam in semetipso Et illud Non enim potest filius a se
facere quidquam nisi quod viderit patrem facientem Quod si propter=
ea dictum accepimus quia in forma accepta a creatura minor est
filius/ consequens erit ut prior pater ambulaverit super aquas Aut alicu·
ius alterius ceci nati de sputo et luto oculos aperuerit et que
filius in carne apparens inter homines fecit. ut posset ea facere
filius qui dixit. Non posse filium facere a se quidquam nisi quod vide·
rit patrem facientem Nemo autem vel delirus ita sentiat/ Restat
ergo ut hec dicta sint ideo. quia incommutabilis est vita filii sicut
patris. tamen de patre/ et inseparabilis est operatio patris et filii sed tamen
ista operari filio est de illo de quo dictum est id est de patre/ et ita videt
filius patrem ut quo eum videt ipse sit filius Non enim aliud il-
li est esse de patre id est nasci de patre quam videre patrem/ aut aliud vi-
dere operantem quam pariter operari Sed ideo non a se. quia non est a se
et ideo quod viderit patrem quia de patre est/ neque enim alia similiter
sicut pictor alias tabulas pingit. quemadmodum alias ab
alio pictas videt Nec eadem dissimiliter sicut corpus easdem exprimit quas
animus cogitavit. Sed quecunque inquit pater facit. hec eadem filius facit similiter

Et hec eadem dixit et similiter ac per hoc inseparabilis et par operatio est patri et filio Sed a patre est filius. ideo non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Ex hac quippe regula qua ita loquuntur scripture ut non alium alio minorem sed tantum velint ostendere Quis de quo sit, nonnulli eum sensum commoverunt tamquam filius minor diceretur. Quidam autem nostri indoctiores et in his minime eruditi dum hec secundum formam servi conantur accipere et eos rectus intellectus non sequitur perturbantur. Quod ne accidat tenenda est hec regula qua non minor est filius sed quod de patre sit intimatur. Quibus verbis non inequalitas sed nativitas eius ostenditur.

De his scripture locis de quibus dubium est an propter assumptam creaturam minorem patre indicent filium an vero hoc tantum quod licet equalem patri quia de patre sit doceant. Capitulum secundum.

Sunt ergo quedam in sanctis libris ut dixi ita posita ut ambiguum sit quo nam referenda sint utrum ad illud quod propter assumptam creaturam minor est filius An ad illud quod quamvis equalis tamen quia de patre sit indicatur. Et mihi quidem videtur si eo modo ambiguum est ut explicari discernique non possit ex utralibet regula sine periculo posse intelligi. Sicut est quod ait Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. Nam ex forma servi potest accipi sicut iam in libro priore tractavimus. Et ex forma dei in qua sic equalis est patri ut tamen de patre sit. In dei quippe forma sicut non est aliud filius aliud vita eius sed ipsa vita filius est, ita non est aliud filius aliud doctrina eius sed ipsa doctrina filius est. Et per hoc sicut illud quod dictum est Dedit filio vitam non aliud intelligitur quam genuit filium qui est vita, Sic etiam cum dicitur Dedit filio doctrinam bene intelligitur genuit filium qui est doctrina. ut quod dictum est Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me Sic intelligatur ac si dictum sit Ego non sum a me ipso sed ab illo qui me misit.

De his que spiritum sanctum non minorem patre indicant sed tantum quod de patre procedit. Capitulum tertium.

Nam et de spiritu sancto de quo dictum est semetipsum exinanivit formam servi accipiens ait tamen dominus Cum venerit paraclitus ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem Non enim loquetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur et que ventura sunt annuntiabit vobis Ille me clarificabit quia de meo accipiet et annuntiabit vobis. Post hec verba nisi continuo dixisset Omnia quecumque habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet et annuntiabit vobis Crederetur fortasse ita natus de Christo spiritus sanctus quemadmodum ille de patre. De se quippe dixerat Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. De spiritu autem sancto. Non enim

loquetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur et quia de meo accipiet
et annunciabit vobis Sed quia reddidit causam cur dixit de meo
accipiet sit enim Omnia quecumque habet pater mea sunt propterea dixi de
meo accipiet restat ut intelligatur etiam spiritus sanctus de patre habere
sicut et filius Quomodo nisi secundum id sicut supra diximus Cum autem venerit
ille paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a
patre procedit ille testimonium perhibebit de me Procedendo itaque
a patre dicitur non loqui a semetipso et sicut non ex eo fit ut mi-
nor sit filius quia dixit Non potest filius a se facere quicquam nisi quod
viderit patrem facientem non enim hoc ex forma servi dixit sed ex for-
ma dei sicut iam ostendimus Hec autem verba non indicant quod minor sit
sed quod de patre sit ita non hinc efficitur ut minor sit spiritus sanctus quia dictum
est de illo Non enim loquetur a semetipso Secundum hoc enim
hoc dictum est quod de patre procedit Cum vero et filius a patre sit et spiritus
sanctus a patre procedat Cur non ambo filii dicantur nec ambo
geniti Sed ille unus filius unigenitus Hic autem spiritus sanctus nec
filius nec genitus quia si genitus utique filius alio loco si deus
donaverit et quantum donaverit disseremus.

De clarificatione qua pater filium clarificat et filius patrem C. iiii

Verum hic evigilent si possunt qui hoc etiam sibi suffragari pu-
taverunt quasi ad demonstrandum patrem filio maiorem quia dixit
filius Pater clarifica me Ecce et spiritus sanctus clarificat eum num-
quid et ipse maior est illo Porro autem si propterea spiritus sanctus clari-
ficat filium quia de filii accipiet et ideo de eius accipiet quia omnia
quecumque habet pater ipsius sunt Manifestum est quia cum spiritus sanctus glorificat
filium pater glorificat filium Unde cognoscitur quod omnia que habet pater non tantum filii
sed etiam et spiritus sancti sunt quia potens est spiritus sanctus glorificare filium
quem glorificat pater Quod si ille qui glorificat eo quem glorificat maior est
sinant autem ut equales sint qui se invicem glorificant Scriptum est autem
quod et filius glorificat patrem Ego te inquit glorificavi super terram
Sane caveant ne putetur spiritus sanctus maior ambobus quia glorificat
filium quem glorificat pater ipsum autem nec a patre nec a filio scriptum est glorificari

Quomodo intelligenda sit missio sive filii sive spiritus sancti C. v

Sed in his convicti ad aliud se convertunt ut dicant Maior est
qui mittit quam qui mittitur unde maior est pater filio quia
filius a patre se missum assidue commemorat Maior est et
spiritu sancto quia de illo dixit Ihesus Quem mittet pater in nomine meo Et ipse
spiritus sanctus utroque minor est quia et pater eum mittit sicut commemoravimus
Et filius cum dicit Si autem abiero mittam illum ad vos Qua in questione
primum quero unde et quo missus sit filius Ego inquit a patre exii et ve-
ni in hunc mundum hoc est mitti Quid est ergo quod de illo idem evangelista
in mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit
Deinde concludit in propria venit Illuc utique missus est quo venit
At si in hoc missus est quia exiit a patre et venit in mundum Et in hoc

mundo erat. Illuc ergo missus est ubi erat. Nam et illud quod scriptum est
in propheta dicente: Celum et terram ego impleo. Si de filio dictum est, ipsum
enim nonnulli volunt intelligi vel prophetis vel in prophetis locutum, Quo
missus est nisi illuc ubi erat? Ubique enim erat qui ait: Celum et
terram ego impleo. Si autem de patre dictum est, ubi esse potuit
sine verbo suo et sine sapientia sua que pertendit a fine usque ad fi-
nem fortiter et disponit omnia suaviter? Sed neque sine spiritu sancto
usquam esse potuit. Itaque si ubique est deus, ubique etiam est spiritus sanctus.
Illuc ergo et spiritus sanctus missus est ubi erat. Nam et ille qui non in-
venit locum quo eat Et dicit: Si ascendero in celum, tu illic es; si
descendero in infernum, ades. Ubique volens intelligi presentem deum, prius
nominavit spiritum eius. Nam sic ait: Quo ibo a spiritu tuo et quo a
facie tua fugiam? Quocirca si filius et spiritus sanctus mittitur ubi
erat, querendum est quomodo intelligatur ista missio sive filii sive
spiritus sancti. Pater enim solus nusquam legitur missus. Et de filio quidem
scripsit apostolus: Cum autem venit plenitudo temporis misit deus filium
suum natum ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant
redimeret. Misit filium suum factum ex muliere. Quo nomine quis
catholicus nesciat non eum privationem virginitatis sed differentiam sexus
hebreo loquendi more significare voluisse? Cum itaque ait: Misit deus
filium suum factum ex muliere, satis ostendit eo ipso missum filium quo fac-
tus est ex muliere. Quod ergo de deo natus est in hoc mundo erat. Quod
autem de Maria natus est in hunc mundum missus advenit. Proinde
mitti a patre sine spiritu sancto non potuit. Non solum quia intelligitur
cum eum pater misit, id est fecit ex femina, non utique sine spiritu sancto fe-
cisse. Verum etiam quod manifestissime atque apertissime in evangelio virgi-
ni Marie querenti ab angelo: Quomodo fiet istud? Spiritus sanctus super-
veniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et Matheus dicit: Inventa est
in utero habens de spiritu sancto. Quamquam et apud Ysaiam prophetam ipse
Christus intelligatur de adventu suo futuro dicere: Et nunc dominus
misit me et spiritus eius. Fortasse aliquis cogit ut dicamus etiam
a se ipso missum esse filium, quia ille Marie conceptus et partus operatio
trinitatis est qua creante omnia creantur. Et quomodo iam, inquit, pater eum
misit si ipse se misit? Cui primum respondeo querens ut dicat, si potest,
quomodo pater eum sanctificavit si se ipsum sanctificavit? Utrumque enim idem dominus
ait: Quem pater, inquit, sanctificavit et misit in mundum vos dicitis quia blasphemat quia
dixi: Filius dei sum. Alio autem loco ait: Et pro eis sanctifico me ipsum.
Item quero quomodo pater eum tradidit si ipse se tradidit? Utrumque enim dicit
apostolus Paulus: Qui filio, inquit, proprio non pepercit sed pro nobis omnibus
tradidit eum. Alibi autem de ipso salvatore ait: Qui me dilexit et
tradidit se ipsum pro me. Credo respondebit si hoc probe sapit, quia una
voluntas est patris et filii et inseparabilis operatio. Sic ergo intelligat
illam incarnationem et ex virgine nativitatem in qua filius intelligitur missus
una eademque operatione patris et filii inseparabiliter esse factam, non uti-
que inde separato spiritu sancto, de quo aperte dicitur: Inventa est habens in
utero de spiritu sancto. Nam etiam si ita queramus fortassis enodatius

quod utique apparebit. Quomodo misit deus filium suum. Iussit ut veniret atque illi iubenti obtemperans venit. An rogavit. An tantummodo monuit. Sed quodlibet horum sit verbo utique factum est. Dei autem verbum ipse est filius dei. Quapropter cum eum pater verbo misit, a patre et verbo eius factum est ut mitteretur. Ergo a patre et filio missus est idem filius, quia patris est ipse filius. Quis enim se tam sacrilega induat opinione ut putet temporale verbum a patre factum esse ut eternus filius mitteretur et in carne appareret ex tempore. Sed utique in ipso verbo dei quod erat in principio apud deum et deus erat, in ipsa scilicet sapientia dei sine tempore erat quo tempore illam in carne apparere oporteret. Itaque sine ullo initio temporis in principio esset verbum. Et verbum esset apud deum et deus esset verbum, sine ullo tempore in ipso verbo erat quo tempore verbum caro fieret et habitaret in nobis. Que plenitudo temporis cum venisset, misit deus filium suum factum ex muliere, id est factum in tempore ut incarnatum verbum hominibus appareret, quod in ipso verbo sine tempore erat in quo tempore fieret. Ordo quippe temporum eterna dei sapientia sine tempore est. Cum itaque hoc a patre et filio factum esset ut in carne filius appareret, congruenter dictus est missus ille qui in ea carne apparuit. Misisse autem ille qui in ea non apparuit. Quoniam illa que coram corporeis oculis foris geruntur ab interiori apparatu nature spiritualis existunt, propterea convenienter missa dicuntur. Porro illa forma suscepti hominis filii persona est, non etiam patris. Quapropter pater invisibilis una cum filio secum invisibili eundem filium visibilem faciendo dictus est. Qui si eo modo visibilis fieret ut cum patre invisibilis esse desisteret, id est si substantia verbi invisibilis in creaturam visibilem mutata et transiens verteretur, ita missus a patre intelligeretur filius ut tantum missus, non etiam cum patre mittens inveniretur. Cum vero sic accepta est forma servi ut maneret incommutabilis forma dei, manifestum est quod a patre et filio non apparentibus factum sit quod appareret in filio, id est ab invisibili patre cum invisibili filio idem ipse filius visibilis mitteretur. Cur ergo ait: Et a me ipso non veni. Iam enim hoc secundum formam servi dictum est, secundum quam dictum est: Ego non iudico quemquam. Si ergo missus dicitur in quantum apparuit foris in creatura corporali qui intus in natura spirituali oculis mortalium occultus est, iam in promptu est intelligere etiam de spiritu sancto cur missus et ipse dicatur. Facta est enim quedam creature species ex tempore in qua visibiliter ostenderetur spiritus sanctus, sive cum in ipsum dominum corporali specie velut columba descendit, sive cum decem diebus peractis post eius ascensionem in die pentecostes factus est subito de celo sonus quasi ferretur flatus vehemens et vise sunt illis lingue divise sicut ignis qui et insedit super unumquemque eorum. Hec operatio visibiliter expressa et oculis oblata mortalibus missio spiritus sancti dicta est, non ut appareret eius ipsa substantia qua et ipse invisibilis et incommutabilis est sicut pater et filius, Sed ut exterioribus visis hominum corda commota a temporali manifestatione venientis ad occultam eternitatem semper presentis converterentur.

Quid sit quod nusquam legitur pater maior spiritu sancto aut spiritus sanctus minor patre. C. vi.

Ideo autem nusquam scriptum est quod deus pater maior sit spiritu sancto vel spiritus sanctus minor deo patre, quia non sic est accepta creatura in qua

apparet spus scs sicut assumptus e filio hois in qua forma ipius vbi
dei psona presentaret no ut haberet verbu dei sicut alii sci sapientes
sed pre pticipibus suis no utiq quod amplius habebat vbu ut eet qm
ceti excellencioi sapientia s3 qz ipm vbu erat Aliud e em vbu i car
ne aliud vbu caro · i aliud e vbu i homie aliud vbu ho
Caro em pro hoie posita in eo qz ait vbu caro fctm e Et sic
illud Et videbit ois caro salutare dei no em sine aia ul sine
mete sed ita ois caro ac si diceret ois ho no ergo sic e assum
pta ex creatura i qua apparet spus sctus sicut assumpta e
illa caro et huana illa forma ex virgine maria Neq3 em
columbam btificavit spus sctus vel illu flatu ul illu ignem
sibi qz et psone sue i vnitate habitum qz q?iuxit i etrnm N
vo mutabilis et qvertibilis est natura spus sci ut no hec ex
creatura fierent sed ipe illud atq3 id mutabiliter vteret sic aq
in glaciem Sed apparuerunt ista sicut oportune apparere debue
runt creatura seviente creatori et ad nutu eius i comutabilr
in se ipso permanentis ad eu significandu et ad demonstrandu sic
significari et demonstrari mortalibus oportebat mutata atq
conuersa Proinde qvisq3 illa columba spus dicta sit et
de illo igne tn dictum Visse st illis linge divise
velut ignis qui i sedit sup vnum qvemq3 eorum et ceperunt si
guli linguis loqui quemadmodu illis spus scts dabat pro
nunciare ut ostenderet per illu igne spm sctm demonstratu sicut
p columbam No tn ita possumus dicere psona vna spm sctm
et deu · et columbam aut et deu et igne · sicut dicimus filiu
et deu et hoiem · nec sicut dicimus filiu agnu dei Non solu
johanne baptista dicente Ecce agnus dei sed etiam johne
ewangelista vidente agnu occisu in apok Illa quippe visio
prophetica non est exhibita oculis corporis sed i spu spualibs
ymaginibus corporum Columbam vero illa et igne oculis viderunt
quicuq3 viderunt De igne disceptari pt vtru oculis an spu visus
sit ppt vba sic posita Non em ait viderunt linguas divisas
velut igne sed visse st illis No at sub eadem significatione
solemus dicere visum est michi · et vidi In istis vero que per
expressione corporale spem oculis demonstrantur no solet dici visu
est m sed vidi De illo ergo igne pt esse qstio quo visus sit
vtru intus in spu tamqm foris Jdm ve foris tamq3 oculis
carnis De illa vo columba q dicta e corporali spe descendisse
nullus vnqm dubitabit · qz oculis visa sit Nec sic dicimus
filiu petram Scptu e em petra aut erat xpus Ita possumus dicere
spm vel igne Illa em petra iam erat i creatura et p actionis
modu tn nuncupata est noie xpi que significabat Sicut la
pis ille quem pr iacob positu ad caput etiam vnctoz ad

significandum dominum assumpsit. Sicut ysaac christus erat cum ad se
immolandum ligna portabat. Accessit istis actio quedam significativa
tamen iam existentibus. Non autem sic illa columba et ignis. Sed hec tamen
modo significativa repente extiterunt. Magis ista similia mihi videntur
flamme illi que in rubo apparuit moysi et illi columpne quam
populus in heremo sequebatur et fulgoribus ac tonitruis que fie-
bant cum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis
extitit species ut aliquid significaret atque preteriret. Propter has ergo cor-
porales formas que ad eum significandum et sicut humanis sensibus
oportebat demonstrandum temporaliter extiterunt. Missus dicitur spiritus sanctus
non tamen minor patre deus est sicut filius propter formam servi
quia illa forma servi adhesit ad unitatem persone. Ille vero species
corporales ad demonstrandum quod opus fuit ad tempus apparuerunt et esse
postea destiterunt. Ypo quomodo de multitudinis apparitionibus dei c. xvij

Cur ergo non pater missus dicitur per illas species corporales
ignem rubi et columpnam nubis vel ignis et fulgu-
ra in monte et si qua talia tunc apparuerunt cum eum
locutum coram patribus teste scriptura divina. Si per illos tunc
modos et formas corporaliter expressas et humanis aspectibus
presentatas ipse demonstrabatur. Si autem filius per eadem monstrabatur
cur tanto post dicitur missus cum ex femina factus est sicut dicit apostolus
Cum autem venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum
ex muliere quandoquidem et antea mittebatur cum per illas creature
mutabiles formas patribus apparebat. Aut si non recte posset
dici missus nisi cum verbum caro factum est. Cur missus dicitur spiritus sanctus
cuius nulla talis incarnatio facta est. Si vero per illa visibilia
que in lege et in prophetis commendabantur nec pater nec filius sed
spiritus sanctus ostendebatur cur etiam ipse nunc dicitur missus cum
illis modis et ante ea mitteretur. In huius perplexitate questionis
domino adiuvante querendum est utrum pater an filius an
spiritus sanctus an aliquando pater aliquando filius aliquando spiritus sanctus an
sine ulla distinctione personarum sicut dicitur deus unus et solus
id est ipsa trinitas per illas creature formas patribus apparuerit.
Deinde quodlibet horum inventum visumque fuerit utrum ad hoc opus
tantum creatura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse iudicavit
humanis ostenderetur aspectibus. An angeli qui iam erant ita
mittebantur ut ex persona dei loquerentur assumentes corporalem
speciem de creatura corporea in usum ministerii sui sicut cuique opus
esset. Aut ipsum corpus suum cui non subduntur sed subdita regunt
in species quas vellent accommodatas atque aptas actionibus suis
mutantes atque vertentes secundum attributam sibi a creatore potentiam.
Postremo videbimus id quod querere instituimus utrum filius et
spiritus sanctus et antea mittebantur. Et si mittebantur quid inter illam
missionem et eam quam in evangelio legimus distet an missus non sit

aliquis eorum nisi quia vel filius factus est ex maria virgine, vel cum spiritus sanctus visibili specie in columba sive in linguis igneis apparuit

De hiis qui naturam verbi dei visibilem putaverunt. C. viij

Mittamus igitur eos qui nimis carnaliter naturam verbi dei atque sapientiam que in se manens innovat omnia quem unicum filium dei dicimus non solum mutabilem verum etiam visibilem esse putaverunt. Hii enim multum crassum cor divinis rebus inquirendis audacius quam religiosius attulerunt. Anima quippe cum sit substantia spiritualis cumque etiam ipsa facta sit nec per alium fieri potuerit nisi per quem facta sunt omnia et sine quo factum est nichil, quamvis sit mutabilis, tamen non est visibilis. Quod illi de verbo ipso atque ipsa dei sapientia per quam facta sunt omnia crediderunt, cum sit illa non invisibilis tantum quod et anima est sed etiam incommutabilis quod anima non est. Eadem quippe incommutabilitas eius commemorata est ut diceretur in se ipsa manens innovat omnia. Et isti quidem ruinam erroris sui divinarum scripturarum testimoniis quasi fulcire conantes adhibent pauli apostoli sententiam, et quod dictum est de uno solo deo in quo ipsa trinitas intelligitur tantum de patre non et de filio et de spiritu sancto dictum accipiunt: Regi autem seculorum immortali invisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum. Et illud alterum: Beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem quem nemo hominum vidit nec videre potest.

De hiis qui filium dei volunt etiam ante carnem assumptam fuisse mortalem. C. ix

Hec quemadmodum intelligenda sint iam satis nos disseruisse arbitror. Verum illi qui ista non de filio nec de spiritu sancto sed tantum de patre accipi volunt, dicunt visibilem filium non per carnem assumptam de virgine maria sed etiam ante eam per se ipsum. Nam ipse inquiunt apparuit oculis patrum. Quibus si dixeris: quomodo ergo visibilis per se ipsum filius, ita et mortalis per se ipsum, ut constet vobis quod tantum de patre vultis intelligi quod dictum est qui solus habet immortalitatem. Nam si propter carnem susceptam mortalis est filius, propter hanc sinite ut sit et visibilis. Respondent nec propter hanc se mortalem filium dicere, sed sicut ante visibilem ita et ante mortalem. Nam si propter carnem filium dicunt esse mortalem, non pater sine filio solus habet immortalitatem, quia et verbum eius per quod omnia facta sunt habet immortalitatem. Neque enim quia carnem assumpsit mortalem ideo amisit immortalitatem suam. Quod quidem nec anime humane hoc accidere potuit ut cum corpore moreretur dicente domino: Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Aut vero etiam spiritus sanctus carnem assumpsit? De quo utique sine dubio turbabuntur si propter carnem filius mortalis est. Quomodo accipiant patrem tantum sine filio et spiritu sancto habere immortalitatem, quandoquidem spiritus sanctus non assumpsit carnem. Qui si non habet immortalitatem, non ergo propter carnem filius mortalis est. Si autem habet spiritus sanctus immortalitatem, non de patre tantum dictum est quod

solus hz imortalitate Quo no ita ista sic arbitrant' et an incarnatoz
per se ipm mortale filium posse contendunt quia ipa immutabilitas
nō inguerint mortalitas dr' scdm quam et aia mori dicit non
quia i corpus uel in aliquid alterū sbam mutat' et vestit' sed in
ipa sba quicquid alio modo nunc est aut fuit scdm ē qd destitit ē
qd erat mortale dephendit' Quia go inquiunt antequam natus
esset filius dei de virgine maria ipse apparuit patribus nostris
nō in vna eademque sba sed multiformiter alit atque alit' visibi
lis est propterea et nō dum carne assumpta sba eius conspicua
ht mortalibus oculis fuit et mortalis i quantum mutabilis ita
et spus sanctus qui alias columba alias ignis apparuit vn
ne trinitati aiunt sed singulariter et ppe patri tm̄ convenit quod
dictum est immortali i visibili soli deo et qui solus hz immorta
litatē et lucē habitat i accessibilem quē nemo hominū vidit nec
vide pt Omissis go istis qui nec aie sbam i visibilem nosse
potuerunt vnde longe aberet remotum erit ut nosset vnius
et solius dei et patris et filij et spus sancti nō solum inuisibilem
verum et incommutabilem permanē sbam at per hoc in vera et sin
cera et incommutabilem permane sbam ac per hoc in vera eternitate
ceta i mortalitate gst' Nos qui nunquam affirmasse corporis oculis
deum nec patrem nec filium nec spm sanctum dicimus nisi per
subiectam sue ptati creaturā corporeā impacate catholica pati
fido studio vegitamus pati corrigi si fraterne ac recte reprehendim'
pati etiā si ab inimico vera tm̄ dicente mordemur Utrum i distincte
deus apparuit patribus nris antequam xpus veniret i carne an
aliqua ex trinitate persona an singillatim quasi per vices. Omni
ex trinitate deus trinitas patribus appāruit an aliqua ex trinitate pso
ista deus trinitas patribus apparuit an aliqua ex trinitate pso
na de singulis ut in genesi scriptum est locutum deum. C.x.

At primum in eo quod in genesi scriptum est locutum deum cum
cum homine quem de limo finxerat si excepta figurata sig
nificatione ut rei geste fides etiā ad literam teneat' ista
i specie hominis videt' deus tunc cum homine locutus non
tractaturi i spe hominis videt' deus tunc cum homine locutus non
quidem expresse in hoc libro positum ē sed circumstantia lectionis hoc respo
quide expresse in hoc libro positum ē sed circumstantia lectionis hoc respo
nat maxime illo quod scriptum est vocem dei audisse adam
deambulantis in paradiso ad vesperam et dicentis Adam vbi es. respondisse
Audiui vocem tuam et abscondi me a facie tua quoniam nudus sum
Quo enim possit ad literam intelligi talis dei deambulatio et
collocutio nisi in spe humana non video Neque enim dici pt vocē
solam factam ubi deambulasse dicitur deus aut eum qui de
ambulabat in loco nō fuisse visibilem cum et adam dicat quod
se abscondit a facie dei Quis go erat ille vtrum pater an filius
an spus sanctus an omnino deus indistincte ipa trinitas i forma homi
homini loquebat' Contextio quidē ipa scripture nusquam transire sen
titur a persona ad personam Sed ille videtur loqui ad hominem primum
qui dicebat fiat lux et fiat firmamentum et cetera per illos singu
los dies quem deum patrem solemus dicere accipere dicentem ut fiat

quidquid facere voluit. Primum enim per verbum suum fecit quod verbum eius
unicum filium eius secundum regulam novimus. Si ergo deus pater lo-
cutus est ad primum hominem et ipse deambulabat in paradiso ad vesperam
ab eius facie se in medio ligni paradisi peccator abscondit,
cur iam non ipse intelligatur apparuisse Abrahe et Moysi et
quibus voluit et quemadmodum voluit per subiectam sibi muta-
bilem atque visibilem creaturam, cum ipse in se ipso atque in sua substantia qua
est incommutabilis atque invisibilis maneat. Sed fieri potuit ut
a persona ad personam occulte scriptura transiret, et cum patrem dixisse
narrasset Fiat lux et cetera que per verbum fecisse commemorat, iam fi-
lium indicaret loquentem ad primum hominem, non aperte hoc expli- Adam ubi es
cans sed eis qui possent intelligendum intimans. Cui igitur sunt vires
quibus hoc secretum possit mentis acie penetrare ut ei liquido ap-
pareat vel posse etiam patrem vel non posse etiam filium et spiritum sanctum
per creaturam visibilem humanis oculis apparere, pergat in hec scru-
tanda si potest etiam verbis enuncianda atque tractanda. Res tamen quantum
ad hoc attinet scripture testimonium ubi deus cum homine locutus
est quantum existimo occulta est, quia etiam utrum solebat Adam corporeis
oculis videre deum non evidenter apparet, cum presertim magna sit questio
cuiusmodi oculi eius aperti fuerint cum vetitum cibum gustavit;
hi enim antequam gustasset clausi erant. Illud tamen non temere dixerim,
si paradisum corporalem quendam locum illa scriptura insinuat, deambula-
re ibi deum nisi in aliqua corporea forma nullo modo potuisse. Nam
et solas voces factas quas audiret homo nec aliquam formam vi-
deret dici potest. Nec quia scriptum est Abscondit se Adam a facie
dei continuo sequitur ut solebat eius faciem videre. Quid si enim non
quidem videre ipse poterat sed videri ipse metuebat a deo cuius
vocem audierat et deambulantis presentiam senserat? Nam et Caym
dixit deo A facie tua abscondam me, nec ideo fateri cogimur
eum solere cernere faciem dei corporeis oculis in qualibet forma visibili,
quamvis de facinore suo vocem interrogantis sermonemque loquentis au-
dierit. Cuiusmodi autem loquela tunc deus exterioribus hominum auribus inso-
naret, maxime ad primum hominem loquens, et invenire difficile est
et non hoc isto sermone suscepimus. Verumtamen si sole voces et sonitus
fiebant quibus quandam sensibilem presentiam dei primis illis hominibus
preberet, cur ibi personam dei patris non intelligam? Nescio cum quidem
persona eius ostenditur et in ea voce cum Iesus in monte coram tribus discipulis
prefulgens apparuit, et in illa ubi super baptizatum columba
descendit, et in illa ubi ad patrem de sua clarificatione clamavit et ei
responsum est Et clarificavi et iterum clarificabo. Non quia fieri potuit
vox sine opere filii et spiritus sancti, cum trinitas inseparabiliter operetur, sed
quia ea vox facta est que solius persone patris ostenderet, sicut huma-
nam illam formam ex virgine Maria trinitas operata est, sed solius filii est
persona; visibilem namque filii personam solius invisibilis trinitas operata

est. Nec nos aliquid prohibet illas voces factas ad adam non solum a trinitate factas intelligere sed etiam per personam demonstrantis eiusdem trinitatis accipere. Ubi dictum est hic est filius meus dilectus. Neque enim ihesus etiam spiritus sancti filius aut etiam tuus filius audiri aut intelligi potest. Pater ubi sonuit Et clarificavi et iterum clarificabo non nisi personam patris fatemur. Responsio quippe est ad illam domini vocem qua dixerat Pater clarifica filium tuum. Quod non potuit dicere nisi deo patri tantum et spiritus sancti cuius non est filius. Hic autem ubi scriptum est Et dixit dominus deus ad adam cur non ipsa trinitas intelligatur nichil dici potest. Similiter etiam quod scriptum est Et dixit ad abraham Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui non est apertum utrum sola vox facta sit ad aures abrahe an et oculis eius aliquid apparuit. Paulo post autem aliquanto apertius dictum est Et visus est dominus abrahe et dixit illi Semini tuo dabo terram hanc. Sed neque ibi expressum est in qua specie visus sit ei dominus aut utrum pater an filius an spiritus sanctus ei visus sit nisi forte ideo filium putant visum esse abrahe quia non scriptum est visus est ei deus sed visus est ei dominus. Tamquam enim proprie videtur filius dominus vocari dicente apostolo Nam et si sunt qui dicuntur dii sive in celo sive in terra sicuti sunt dii multi et domini multi nobis tamen unus deus pater ex quo omnia et nos in ipso et unus dominus ihesus christus per quem omnia et nos per ipsum. Sed cum et deus pater inveniatur multis locis dominus dictus sicuti est Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Et dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Cum etiam spiritus sanctus dominus dictus inveniatur ubi apostolus ait Dominus autem spiritus est. Et ne quisquam arbitretur filium significatum et ideo dictum spiritum propter incorpoream substantiam secutus contexuit ubi autem spiritus domini ibi libertas. Spiritum autem domini spiritum sanctum esse nemo dubitavit. Neque hic ergo evidenter apparet utrum aliqua ex trinitate persona an deus ipse trinitas de quo uno deo dictum est Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies visus fuerit abrahe.

Sub ilice autem mambre tres viros vidit quos et invitatos hospitioque susceptos et epulantibus ministravit. Sic tamen scriptura illa rem gestam narrare cepit ut non dicat visi sunt ei tres viri sed visus est ei dominus. Atque inde consequenter exponens quomodo visus sit ei dominus attexit narrationem de tribus viris quos abraham per pluralem numerum invitat ut hospitio suscipiat et postea singulariter sicut unum alloquitur. Et sicut unus ei de sara filium pollicetur quem dominum dicit scriptura sicut in eiusdem narrationis exordio visus est inquit dominus abrahe. Invitat ergo et pedes lavat et deducit abeuntes tamquam homines loquitur autem tamquam cum domino deo sive cum ei promittitur filius sive cum ei sodome imminens interitus indicatur.

De tribus viris abrahe visis cum quibus sicut cum uno loquitur. XI.

Non parvam neque transitoriam considerationem postulat iste scripture locus. Si enim vir unus visus fuisset quid aliud illi qui dicunt et per suam substantiam visibilem filium fuisse antequam nasceretur ex virgine nisi ipsum esse clamarent quoniam de patre inquiunt dictum est invisibili-

soli deo. Et cum possem adhuc querere quomodo ante susceptam carnem filius invocatus est ut deus, cui quidem pedes ei loti sunt et humanis epulis epulatus est. Quomodo istud fieri potuit cum adhuc in forma dei esset et non rapinam arbitratus est esse equalis deo? Numquid enim iam semetipsum exinaniverat formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo? Cum hoc quidem fecerit per partum virginis noverimus. Quomodo ergo antequam hoc fecisset ut vir unus apparuit Abrahe? An illa forma vera non erat? Possem ista querere si unus vir apparuisset Abrahe idemque dei filius crederetur. Cum vero tres visi sunt nec quisquam in eis vel forma vel etate vel potestate maior ceteris dictus est, cur non hoc accipiamus visibiliter insinuatam per creaturam invisibilem trinitatis equalitatem atque in tribus personis unam eandemque substantiam? Nam ne quisquam putaret sic intimatum unum in tribus fuisse maiorem et eum dominum dei filium intelligendum, duos autem illos angelos eius, quia cum tres visi sunt uni domino loquitur Abraham, sancta scriptura futuris talibus cogitationibus atque opinionibus contradicendo non pretermisit occurrere, quia paulopost duos angelos dicit venisse ad Loth, in quibus et ille vir iustus qui de Sodomorum incendio meruit liberari ad unum dominum loquitur.

De duobus angelis qui humana forma apparuerunt Loth, in quibus dominus singulariter appellatur. Capitulum xij

Sic enim sequitur scriptura dicens: Abiit autem dominus postquam cessavit loquens ad Abraham. Et Abraham reversus est ad locum suum. Venerunt autem angeli duo Sodomam vespere. Hic attentius considerandum est quod ostendere institui. Cum tribus certe loquebatur Abraham et eum dominum singulariter appellat. Forte aliquis inquit unum ex tribus agnoscebat dominum, alios autem duos angelos eius. Quid ergo vult quod consequenter dicit scriptura: Abiit autem dominus postquam cessavit loquens ad Abraham, et Abraham reversus est ad locum suum. Venerunt autem duo angeli Sodomis vespere. An forte ille unus abscesserat qui dominus cognoscebatur in tribus, et duos angelos qui cum illo erant ad consumendam Sodomam miserat? Ergo videamus sequentia. Venerunt inquit duo angeli Sodomis vespere. Loth autem sedebat ad portam Sodomorum. Et cum vidisset eos Loth surrexit in obviam illis et adoravit in faciem super terram. Et dixit: Ecce domini, divertite in domum pueri vestri. Hic manifestum est et duos angelos fuisse et in hospitium invitatos pluraliter et honorifice appellatos dominos, cum fortasse homines putarentur. Sed rursus movet quia nisi angeli dei cognoscerentur non adoraret Loth in faciem super terram. Cur ergo tanquam tali humanitate indigentibus et hospitium prebetur et victus? Sed quodlibet hic lateat, aliud illud quod suscepimus exequamur. Duo apparent angeli, ambo domini pluraliter vocitantur, tamquam cum duobus pluraliter loquitur donec exeat a Sodomis. Deinde sequitur scriptura et dicit: Et factum est postquam eduxerunt eos foras et dixerunt: Salvans salva animam tuam, ne respexeris retro neque stes in hac universa

regione in monte vade et ibi salvaberis ne forte comprehendaris. Dixit
autem Loth ad eos: Rogo domine quoniam invenit puer tuus ante te misericordiam
et cetera. Quid est hoc quod dixit ad eos: Rogo domine? Si iam ille disces-
serat cum dominus erat et angelos miserat, cur dicit: Rogo domine et non
rogo domini? Aut si uni voluit ex eis appellare, cur ait scriptura:
Dixit autem Loth ad eos: Rogo domine quoniam invenit puer tuus ante te
misericordiam? An et hic intelligimus in plurali numero personas duas, cum autem
secundo tamquam unus compellantur, unius substantie unum dominum deum? Sed quas du-
as personas hic intelligimus? Patris et filii? An patris et spiritus sancti? An
filii et spiritus sancti? Hoc forte congruentius quod ultimum dixi. Missos enim
se dixerunt, quod de filio et spiritu sancto dicimus; nam patrem missum nusquam
nobis scriptum occurrit.

¶ De visione Moysi qua deum vidit in Oreb per ignem in rubo. ¶ Cap. xiij

Moyses autem cum
ad populum Israel ex Egypto educendum missus est, sic ei dominum
apparuisse scriptum est: Pascebat inquit oves Iethro soceri
sui sacerdotis Madian et egit oves in desertum et venit in montem
dei Oreb. Apparuit autem illi angelus domini in flamma ignis de rubo.
Et vidit quia in rubo ardebat ignis, rubus vero non comburebatur.
Ait Moyses: Ibo et videbo visum istud quod tam magnum video, quia
non comburebatur rubus. Cum ergo vidit dominus quia venit videre, cla-
mavit ad eum dominus de rubo dicens: Ego sum deus patris tui, deus Ab-
raham et deus Ysaac et deus Iacob. Et hic primo angelus domini di-
ctus est, deinde deus. Numquid ergo angelus est deus Abraham et deus
Ysaac et deus Iacob? Potest ergo recte intelligi ipse salvator, de quo dicit
apostolus: Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia
deus benedictus in secula. Qui ergo est super omnia deus benedictus in secula, non
absurde hic etiam ipse intelligitur deus Abraham et deus Ysaac et deus
Iacob. Sed cur prius angelus domini dictus est, cum de rubo in flamma
ignis apparuit? Utrum quia unus ex multis angelis erat, sed per dispensa-
tionem personam domini sui gerebat? An assumptum erat aliquid creature quod
ad presens negotium visibiliter appareret, et unde voces sensibiliter ederentur,
quibus presentia domini per subiectam creaturam corporeis etiam sensibus hominis
sicut oportet exhiberetur? Si enim unus ex angelis erat, quis faci-
le affirmare possit utrum ei filii persona nuntianda imposita fuerit,
an spiritus sancti, an dei patris, an ipsius omnino trinitatis, qui est unus et
solus deus, ut diceret: Ego sum deus Abraham, deus Ysaac et deus Iacob?
Neque enim possumus dicere deum Abraham et deum Ysaac et deum Ia-
cob filium dei esse et patrem non esse, aut spiritum sanctum aut ipsam trinitatem,
quem credimus et intelligimus unum deum, audebit aliquis negare
deum Abraham et deum Iacob et deum Ysaac. Ille enim non est illorum patrum
deus qui non est deus. Porro si non solum pater est deus, sicut
omnes heretici etiam concedunt, sed etiam filius, quod velint no-
lint coguntur fateri dicente apostolo: Qui est super omnia deus benedictus
in secula, et spiritus sanctus dicente apostolo: Glorificate ergo deum in corpore vestro cum-

sicut ipse dicit Nescitis quia corpora vestra templum in vobis spiritus sancti est quem habetis a deo. Et hii tres unus deus sunt sicut catholica sanitas credit. Non satis liquet quam insinuate personam et utrum aliquam an ipsius trinitatis gerebat ille angelus, si unus creaturis angelus erat. Si autem in usum rei presentis assumpta creatura est que humanis oculis appareret et auribus insonaret et appellaretur angelus domini et dominus deus, non pater hic deus potest intelligi sed aut filius aut spiritus sanctus. Quamquam spiritum sanctum alicubi angelum dictum non recolam sed ex opere possit intelligi. Dictum enim de illo est Et que ventura sunt annunciabit vobis. Et angelus grece latine nuncius interpretatur. De domino autem ihesu christo evidentissime legimus apud prophetam quod magni consilii angelus dictus sit, et spiritus sanctus et dei filius sit deus et dominus angelorum.

De apparitione dei in exitu israel de egipto Cap. xiiii

Item in exitu de egipto filiorum israel scriptum est Deus autem preibat illos die quidem in columpna nubis et ostendebat illis viam nocte autem in columpna ignis et non deficiebat columpna nubis die et columpna ignis nocte ante populum. Quis et hic dubitet per subiectam creaturam eandemque corpoream non per suam substantiam deum oculis apparuisse mortalium. Sed utrum patrem an filium an spiritum sanctum an ipsam trinitatem unum deum similiter non apparet nec ibi hoc distinguitur quantum existimo ubi scriptum est Et maiestas domini apparuit in nube. Et locutus est dominus ad moysen dicens Exaudivi murmur filiorum israhel.

De signis que divinitus gesta sunt coram moyse in monte Syna Ca. xv

Iam vero de nubibus et vocibus et fulgoribus et tuba et fumo in monte Syna cum diceretur Syna autem mons fumabat totus propterea quod descendisset dominus in eum in igne et ascendebat fumus tamquam fumus de fornace et mente confusus est omnis populus vehementer. Fiebant autem voces tube procedentes fortiter valde. Moyses loquebatur et dominus respondebat ei voce. Et paulopost data lege in decem preceptis consequenter dicitur Et omnis populus videbat voces et lampades et voces tube et montem fumantem. Et paulopost Et stabat omnis populus itaque a longe. Moyses autem intravit in nebulam ubi erat deus. Et dixit dominus ad moysen et cetera. Quid de hoc dicam nisi quod nemo tam vecors est qui credat fumum ignem nubes et nebulam et si qua huiusmodi ubi et sapientiam dei quod est cristus vel spiritum sanctum esse substantiam. Nam deum patrem nec arriani umquam ausi sunt hoc dicere. Ergo creatura serviente creatori facta sunt illa omnia et humanis sensibus pro dispensatione congrua presentata. Nisi forte quia dictum est Moyses intravit in nebulam ubi erat deus hoc arbitratur carnalis cogitatio a populo quidem nebulam visam intra nebulam vero moysen oculis carneis vidisse filium dei quem delirantes heretici in sua substantia visum volunt. Sane viderit eum moyses carneis oculis si oculis carneis videri potest non modo

sapientia dei quod est christus Sed vel ipsa cuiuslibet hominis et qualiscu-
que sapientis sapientia Dicit ut quod scriptum est de Senioribus israel quod viderunt
locum ubi steterat deus israel Et quia sub pedibus eius tamquam opus
lapidis zaphiri et tamquam aspectus firmamenti celi ipsa credendum
est verbum et sapientiam dei per suam substantiam in spacio loci terreni stetisse
que pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter
et ita mutabile esse verbum dei per quod facta sunt omnia ut modo se contra-
hat modo distendat Mundet deus a talibus cogitacionibus corda fi-
delium suorum Sed per subiectam ut sepe diximus creaturam exhibent-
ur omnia visibilia et sensibilia ad significandum invisibilem deum non solum
patrem sed et filium et spiritum sanctum ex quo omnia per quem omnia in quo omnia In-
visibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta con-
spiciuntur Sempiterna quoque virtus eius ac divinitas Sed quod attinet ad
id quod suscepimus nunc in monte Syna video quemadmodum appareat
per illa omnia que mortalium sensibus terribiliter ostendebantur Utrum deus
trinitas vel pater an filius an spiritus sanctus proprie loquebatur Verumtamen
si quid huic sine affirmandi temeritate modeste atque cunctanter
conceditur coniectari Si una ex trinitate persona pater intelligi tur non
spiritum sanctum potius intelligimus quandoquidem et tabulis lapideis lex ipsa
que data est ibi digito dei scripta dicitur Quo nomine spiritum sanctum in ewan-
gelio significari novimus Et quinquaginta dies numerantur ab occisione agni
et celebritate pasche usque ad diem quo hec fieri cepta sunt in monte Syn-
na sicut post passionem domini ab eius resurrectione quinquagin-
ta dies numerantur ut veniat promissus a filio dei spiritus sanctus Et
ipso eius adventu quem in apostolorum actibus legimus per divisionem
linguarum ignis apparuit qui et insedit super unumquemque eorum con-
Exordio congruit ubi scriptum est Syna autem mons fumabat
totus propterea quod descendisset in eum deus in igne Et aliquanto post
Species autem maiestatis domini tamquam ignis ardens super verticem
montis coram filiis israel Aut si hoc ideo facta sunt quia nec pater nec filius
illic putari poterat eo modo sine spiritu sancto qui ipsam legem
operabatur scribi Deum quidem non per substantiam suam que invisibilis et
incommutabilis manet Sed per illam speciem creature illic apparuisse
cognoscimus sed aliquam ex trinitate personarum signo quodam proprio quantum
ad mei sensus capacitatem pertinet non videmus Utrum
deus per suam substantiam apparuit moysi an per visibilem creaturam c xvi

Sed etiam quo plerique moveri solent quia scriptum est Et lo-
cutus est dominus ad Moysen facie ad faciem sicut quis lo-
quitur ad amicum suum Cum paulopost dicat ipse Moyses
Si ergo inveni gratiam ante te ostende teipsum michi manifeste ut vide-
am te ut sim inveniens gratiam ante te ut sciam quia populus
tuus est gens hec Et paulopost item Dixitque moyses ad deum
Ostende michi maiestatem tuam Quid est quod in omnibus que supra fiebant
deus videri per suam substantiam putabatur Unde a miseris creditur

ex quo om

non pertractabilem sed per corpus visibilem filius dei. Et quod intraverat in
nebulam moyses ad hoc intrasse videbatur ut oculis quidem populi
ostenderetur caligo nebulosa, ille autem intus verba dei tanquam faciem eius
contemplatus audiret. Et quod dictum est Locutus est dominus ad moy-
sen facie ad faciem sicut quis loquitur ad amicum suum. Ecce idem
dicit Si inveni gratiam in conspectu tuo ostende mihi temetipsum manifeste.
Noverat utique quod corporaliter videbat et veram visionem dei spiritua-
liter requirebat. Locutio quippe illa que fiebat in vocibus sic modi-
ficabatur tanquam esset amici ad amicum loquentis. Sed deum patrem
quis oculis carneis videt. Et In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum per quod facta sunt omnia quis corporeis
oculis videt. Et spiritum sapientie quis corporeis oculis videt. Quid est
autem ostende mihi temetipsum manifeste ut videam te nisi ostende michi
substantiam tuam. Hoc autem si non dixisset moyses utique ferendi essent
stulti qui putarent per ea que supra gesta vel dicta sunt substantiam dei
oculis eius fuisse conspicuam. Cum vero hic apertissime demonstretur non
desideranti fuisse hoc concessum, quis audeat dicere per similes
formas que huic quoque visibiliter apparuerant non creaturam deo ser-
vientem sed hoc ipsum quod deus est cuiusquam oculis apparuisse morta-
lium. Et hic quid est quod postea dominus dixit ad moysen Non poteris
videre faciem meam et vivere. Non enim videbit homo faciem meam et vivet.
Et ait dominus Ecce locus est penes me stabis supra petram ut transibit
mea maiestas et ponam te in speluncam petre et tegam manu
mea super te donec transeam et auferam manum meam et tunc vi-
debis posteriora mea, nam facies mea non apparebit tibi.

Quod ex persona domini ihesu christi dicta intelligenda sint moysi ponam
te supra petram et auferam manum meam et cetera. Capitulum xviij

Non incongruenter ex persona domini nostri ihesu christi prefiguratum solet in-
telligi ut posteriora eius accipiantur caro eius in qua de vir-
gine natus est et mortuus et resurrexit sive propter posterita-
tem mortalitatis posteriora dicta sunt sive quod eam prope in fine seculi
hoc est posterius suscipere dignatus est. Facies eius illa dei forma
in qua non rapinam arbitratus est esse equalis deo patri, quam ne-
mo utique potest videre et vivere. Sive quod post hanc vitam in qua
peregrinamur a domino et ubi corpus quod corrumpitur aggravat animam
videbimus faciem ad faciem sicut dicit apostolus. De hac enim vita in
psalmis dicitur Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. Et iterum
quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. In qua vita
etiam secundum iohannem nondum apparuit quod erimus. Scimus igitur quod cum appa-
ruerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Sed utique post
hanc vitam intelligi voluit cum mortis debitum solverimus et resurrec-
tionis promissum receperimus. Sive quod etiam nunc in quantum dei sapientiam
per quam facta sunt omnia spiritualiter intelligimus in quantum carnalibus affec-
tibus morimur ut mortuum nobis hunc mundum deputantes nos quoque
huic mundo moriamur. Et dicamus quod ait apostolus Mundus michi
crucifixus est et ego mundo. De hac enim vita iterum dicit Si autem

mortui estis cum xpo quid adhuc velut viventes de hoc mundo decerni
tis Non ergo inmerito nemo potest faciem id est manifestacionem ipsam sapiencie
dei videre et vivere Ipsa enim species cui contemplande suspirat omnis qui
affectat diligere deum ex toto corde et ex tota anima et tota mente Ad quam
contemplandam etiam quantum potest proximum edificat qui diligit proximum
sicut se ipsum in quibus duobus preceptis tota lex pendet et prophete Quod
significatur etiam in ipso moyse Nam cum dixisset propter dilectionem
dei qua precipue flagrabat Si inveni graciam in conspectu tuo ostende
mihi te ipsum manifeste ut sim inveniens graciam ante te Continuo propter
dilectionem etiam proximi subiecit atque ait | ut sciam quia populus tuus est
gens hec | Illa ergo species est que rapit omnem animam racionabilem de
siderio sui tanto ardenciorem quanto mundiorem et tanto mundiorem
quanto ad spiritualia resurgentem | tanto autem ad spiritualia resurgentem quan
to a carnalibus morientem Sed dum peregrinamur a domino per fidem ambu
lamus et non per speciem posteriora xpi id est carnem per ipsam fidem vide
re debemus id est in solido fidei fundamento stantes quod significat petra
et eam de tali tutissima specula intuentes scilicet in katholica ecclesia
de qua dictum est Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam Tan
to enim certius diligimus quam videre desideramus faciem xpi quanto in
posterioribus eius agnoscimus quantum nos prior dilexerit xps Sed in ipsa
carne fides resurreccionis eius salvos facit atque iustificat Si enim
credideris inquit in corde tuo quod deus illum suscitavit a mortuis salvus
eris Et iterum Qui traditus est inquit propter delicta nostra et resurrexit pro
pter iustificacionem nostram | Itaque meritum fidei nostre resurreccio corporis
domini est Nam mortuam esse illam carnem in cruce passionis etiam
inimici eius credunt sed resurrexisse non credunt Quod firmissime
nos credentes tamquam de petre soliditate contuemur Unde certa spe
adopcionem expectamus redempcionem corporis nostri quia in hoc in membris xpi
speramus quod perfectum esse in ipso tamquam in ca
pite nostro fidei sanitate cognoscimus Inde non vult nisi cum transierit
videri posteriora sua ut in eius resurreccione credatur Pascha enim hebreum
verbum dicitur quod transitus interpretatur Unde et Iohannes evangelista dicit
Ante diem autem festum pasche Sciens ihesus quia venit hora eius
ut transiret de hoc mundo ad patrem Hoc tamen qui credunt nec tamen in
katholica sed in scismate aut in heresi credunt non de loco qui
est penes eum vident posteriora domini Quid enim sibi vult quod ait
dominus Ecce locus est penes me et stabis super petram Quis locus
terrenus est penes dominum Si hoc est penes eum quod eum spiritualiter
attingit Nam quis locus non est penes dominum qui attingit a fine
usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter Et cui dictum est
Celum sedes et terra scabellum pedum eius Et qui dixit Quam do
mum edificabitis mihi aut quis locus quietis mee Nonne manus
mea fecit hec omnia Sed videlicet intelligitur locus penes eum in quo
statur supra petram ipsa ecclesia katholica ubi salubriter videt pa
scha domini id est transitum domini et posteriora eius id est corpus eius qui credit
in resurreccionem eius Et stabis inquit super petram statim ut transeat

tua maiestas. Revera cum statui ut transiret maiestas domini in clarifica-
tione domini qua resurgens ascendit ad patrem solidatique sunt super
petram et ipse petrus tunc solidatus est ut eum fiducialiter predicaret quem
prius quam esset solidatus ter timore negaverat iam quidem pre-
destinatione positus in spelunca petre sed adhuc ei superposita manu domini
ne videret posteriora eius. Eum visurus erat. Et
ideo dominus ille transierat utique a morte ad vitam nondum resur-
rectione clarificatus erat. Nam et quod sequitur in Exodo et dicit: Tegam
manum meam super te donec transeam et auferam manum meam et tunc
videbis posteriora mea. Multi israelite quorum tunc erat figura moy-
ses post resurrectionem domini crediderunt in eum tamquam iam viden-
tes posteriora eius remota manu eius ab oculis suis. Unde
et ysaias talem prophetiam eorum commemorat. Incrassa cor popu-
li huius et aures eius obtura et oculos eorum grava. Denique in
psalmo non absurde intelligitur ex eorum persona dici. Quoniam die ac nocte
gravata est super me manus tua. Die fortasse cum manifesta mi-
racula faceret nec ab eis agnoscebatur. Nocte autem cum in passione mo-
reretur quando certius putaverunt sicut quemlibet hominem peremptum et
extinctum. Sed cum iam transisset ut eius posteriora viderent pre-
dicante sibi apostolo petro quia oportebat christum pati et resurgere
compuncti sunt dolore penitentie ut fieret in baptizatis quod in capite eius
psalmi dicitur. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt
peccata. Propterea cum dictum esset. Granata est super me manus tua tamquam
dominus transiret ut iam removeret manum et viderentur posteriora eius. Sequitur
vox dolentis et confitentis et ex fide resurrectionis domini peccatorum remissionem
accipientis. Conversus sum in erumpna mea dum infigitur spina. Pec-
catum meum cognovi et iniusticiam meam non operui. Dixi pronunci-
abo adversum me iniusticiam meam domino et tu remisisti impietatem cor-
dis mei. Neque enim tanto carnis nubilo debemus involvi ut pute-
mus faciem quidem esse domini invisibilem dorsum vero visibilem. quan-
doquidem in forma servi utrumque visibiliter apparuit. In forma autem
dei absit ut tale quid cogitetur. Absit ut verbum dei et sapientia dei
ex una parte habeat faciem et ex alia dorsum sicut corpus humanum aut omnino
ulla specie aut motione sive loco sive tempore commutetur. Quapropter si in
illis vocibus que fiebant in Exodo et illis omnibus corporalibus de-
monstrationibus dominus ihesus christus ostendebatur aut alias christus sicut lectio huius
loci huius considerata persuadet alias spiritus sanctus sicut ea que supra
diximus admonent non hoc efficitur ut deus pater numquam tali a-
liqua specie patribus visus sit. Multa enim alia visa sunt illis tempori-
bus non evidenter nominato et designato eis vel patre vel filio
vel spiritu sancto. Sed tamen per quasdam valde probabiles significationes nonnul-
lis indiciis existentibus ut nimis temerarium sit dicere deum patrem num-
quam patribus aut prophetis per aliquas formas visibiles apparuisse.
Hanc enim opinionem pepererunt illi qui non potuerunt in unitate trinitatis
intelligere quod dictum est. Regi autem seculorum immortali invisibili

soli deo / et quem nemo hominum vidit nec videre potest / quod ad ipsam summam
substantiam summeque divinam et incommutabilem ubi et pater et filius et spiritus
sanctus et solus deus per sanam fidem intelligitur visiones autem ille
per creaturam commutabilem deo incommutabili subditam facte sunt non proprie
sicut est sed significative sicut pro rerum causis et temporibus oportuit ostendentes deum

De visione danielis in qua illi patris et filii persona apparuit in specie corporali

Quanquam nescio quemadmodum isti intelligant C. xviii
quod danieli apparuit antiquus dierum a quo filius hominis quod
propter nos dignatus est accipere intelligitur regnum accepisse ab illo
scilicet qui dicit ei in psalmis Filius meus es tu ego hodie genui te
postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam / vel qui omnia
subiecit sub pedibus eius. Si ergo danieli et pater dans regnum et
filius accipiens apparuerunt in specie corporali quomodo isti dicunt patrem num-
quam visum prophetis / et ideo solum intelligi invisibilem quem nemo
hominum vidit nec videre potest Ita enim narravit daniel Aspiciebam inquit
donec throni positi sunt et vetustus dierum sedebat et indumentum eius quasi
nix alba et capillus capitis eius quasi lana munda thronus eius quasi
flamma ignis / rote eius ignis flagrans et flumen ignis trahebat
in conspectu eius / et mille milia deserviebant ei / et dena milia denum
milium assistebant ei et iudicium collocatum et libri aperti sunt etc. Et pau-
lo post Aspiciebam in visu noctis / et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis
veniens erat et usque ad vetustum dierum pervenit et oblatus est ei et ipsi
datus est principatus et honor et regnum et omnes populi tribus et lin-
gue ipsi servient Potestas eius potestas eterna que non transibit et regnum
eius non corrumpetur Ecce pater dans et filius accipiens regnum sem-
piternum et sunt ambo in conspectu prophetantis visibili specie Non ergo in-
convenienter creditur etiam deus pater eo modo solere apparere mortalibus Ni-
si forte aliquis dixerit ideo non esse visibilem patrem quia in conspectu somni-
antis apparuit / ideo autem filium et spiritum sanctum visibilem quia moy-
ses illa omnia vigilans vidit / quasi vero verbum et sapientiam dei vidit
moyses carnalibus oculis aut videri spiritus vel humanus potest
qui carnem istam vivificat vel ipse corporeus qui ventus dicitur quan-
to minus ille spiritus dei qui omnium hominum et angelorum mentes ineffa-
bili excellentia divine substantie supergreditur. Aut quisquam tanto errore pre-
cipitetur ut audeat dicere filium et spiritum sanctum etiam vigilantibus
hominibus visibilem esse patrem autem non nisi somniantibus Quomodo ergo
de patre solo accipiunt quem nemo hominum vidit nec videre potest Num-
quid dormiunt homines tunc homines non sunt / Aut qui potest formare similitudinem cor-
poris potest ad se significandum per visa somniantium non potest formare
ipsam corpoream creaturam ad se significandum oculis vigilantium cum
eius substantia ipsa qua est ipse id est nulla corporis similitudine dormienti
nulla corporea specie vigilanti possit ostendi Sed non solum patris verum etiam
filii et spiritus sancti Et certe qui vigilantium visis moventur ut non
patrem sed tantum filium et spiritum sanctum credant corporalibus hominum apparu-
isse conspectibus ut omittam tantam latitudinem sacrarum paginarum

et tam multiplices carnis intelligentiam. Verum nemo sane tam ineptus affir-
mare debet unquam personam patris per aliquam speciem corporalem vigilan-
tium oculis demonstratam. Sed ut hoc ut dixi omittam. Cum dicitur
de patre nostro abraham cum certe vigilanti et ministranti cum scriptura pre-
misisset dicens Visus est dominus abrahe non unus aut duo sed tres
apparuerunt viri / quorum nullus excelsius aliis eminuisse dicitur
est / nullus honorius effulsisse / nullus imperiosius egisse. Quapropter
quoniam in illa tripertita una distributione primum querere instituimus utrum pater
an filius an spiritus sanctus an aliquando pater aliquando filius aliquando spiritus sanctus. An sine
ulla distinctione personarum sicut dicitur deus unus et solus id est ipsa
trinitas per illas creature formas patribus apparuerit / inspectis atque tractatis que
potuimus quantum sufficere visum est scripturarum locis nichil aliud
quantum existimo divinorum sacramentorum modesta et cauta consideratio
persuadet / nisi ut temere non dicamus / quenam ex trinitate persona
cuilibet patrum vel prophetarum in aliquo corpore vel similitudine corporis appa-
ruerit. nisi cum continentia lectionis aliqua circumponit probabilia indi-
cia / Ipsa enim natura vel substantia vel essentia vel quolibet alio nomine ap-
pellandum est id ipsum quod deus est quicquid illud est corporaliter videri
non potest / per subiectam vero creaturam non solum filium vel spiritum sanctum
sed etiam patrem corporali specie sive similitudine mortalibus sensibus sig-
nificationem dare potuisse credendum est / Que cum ita sint ne immodera-
tius progrediatur secundus hic liber longitudine ea que restant in consequentibus
videamus. Explicit secundus liber. Incipit registrum tercii iiii:

Utrum deus visus est hominibus ipse per assumptam creature speciem an
vero angeli ex persona eius sint locuti. De mutationibus crea-
turarum sive in consuetudinariis sive insolitis que non fiunt ex potestate.
Exemplum quo ostenditur omnes causas actionum rationabilium a sum-
ma dei voluntate dependere. De providentia dei que sub-
iectorum sanctorum presidet angelorum. Quod ope dei omnis natura
administretur et per merita multa ordine quietudinis inserviat.
De miraculis que magicis artibus fiunt. De causis origi-
nalibus creaturarum corporalium quas mundo creator inseruit.
De significationibus que ad manifestandam voluntatem dei sive per an-
gelos dei sive per homines ministrantur. Essentiam trinitatis
nunquam apparuisse mortalibus oculis sed per subiectam sibi
creaturam significasse que voluit. Prephatio iiii:

Credant qui volunt malle me legendo quam dictando
laborare. Qui autem hoc nolunt credere experiri vero et possunt
et nolunt. Denique legendo vel meis inquisitoribus re-
deatur vel interrogatoribus aliorum quas propter personam quam
in servitio Christi gero et pro studio quo fidem nostram adversus
errorem carnalium et animalium hominum muniri inardesco licet est
enim me pati ut videant quam facile absisto labore me tempe-

et quanto etiam gaudio stilum possim habere ferratum. Credant si ea que legerunt
de hiis rebus sufficienter edita in latino sermone aut non sint aut
non inveniuntur aut certe difficile a nobis inveniri queunt, grece
autem lingwe non sit nobis tantus habitus ut talium rerum libris le-
gendis et intelligendis ullo modo reperiamur ydonei. Quo genere
litterarum ex hiis que nobis pauca interpretata sunt non dubito cuncta
que utiliter querere possumus contineri. Fratribus autem cum non valeam
resistere iure quo eis servus factus sum flagitantibus ut eorum in Christo
laudabilibus studiis lingwa ac stilo meo quas bigas in me
Christi caritas agitat maxime serviam. Ego quoque ipse multa que nes-
ciebam scribendo me didicisse confitear. Non debet hic labor meus
cuiquam pigro aut multum docto videri superfluus, cum multis impi-
gris multisque indoctis inter quos etiam mihi non parva ex parte
sit necessarius ex hiis que ab aliis de hac re scripta iam legimus plurimum
adminiculati et adiuti ea que de trinitate uno summo summeque
bono deo pie queri et disseri posse arbitror ipso exhortante
querenda atque adiuvante disserenda suscepi ut si alia non sunt
huiusmodi scripta sit quod habeant et legant qui voluerint et value-
rint. Si autem iam sunt tanto facilius aliqua inveniant quanto
talia plura esse potuerint. Sane cum in omnibus litteris meis non
solum pium lectorem sed etiam liberum correctorem desiderem, multo maxime
in hiis ubi ipsa magnitudo questionis utinam tam multos inven-
tores habere posset quam multos contradictores habet. Verumtamen sicut
lectorem meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi. Ille me
non amet amplius quam catholicam fidem, ille se non amet am-
plius quam catholicam veritatem. Sicut illi dico noli meis litteris
quasi canonicis scripturis inservire sed in illis et quod non credebas cum in-
veneris et incunctanter crede, in istis autem quod certum non habebas nisi certum
intellexeris noli firmiter retinere, ita illi dico noli meas litteras ex tua
opinione vel contentione sed ex divina lectione vel inconcussa raci-
one corrigere. Si quid in eis veri comprehenderis existendo non est
meum, at intelligendo et amando et tuum sit et meum. Si quid autem
falsi conviceris, errando fuit meum sed iam cavendo nec tuum sit
nec meum. Hic itaque tercius iste liber sumet exordium quousque secundus
pervenerat. Cum enim ad id ventum esset ut vellemus ostendere non ideo minorem
patre filium quia ille misit, hic missus est, nec ideo minorem utroque spiritum sanctum
quia et ab illo et ab isto missus in ewangelio legitur, suscepimus hoc querere
cum illuc missus sit filius ubi erat, quia in hunc mundum venit
et in hoc mundo erat, cum illuc etiam spiritus sanctus ubi et ipse erat, quoniam
spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam habet
vocis, utrum ideo missus sit dominus quia ex occulto in carne natus est
et de sinu patris ad oculos hominum in forma servi tamquam egressus
apparuit, ideo etiam spiritus sanctus quia et ipse corporali specie tamquam colum-
ba visus est et linguis divisis velut ignis ut hoc eis fuerit
mitti ad aspectum mortalium in aliqua forma corporea de spiritali

secundo propterea quod pater cum non fecit tantummodo misisse non etiam missus esse dictus sit. Deinde quesitum est cur et pater non aliquando missus dictus sit si per illas species corporales que oculis mortalium apparuerunt ipse demonstrabatur. Si autem filius demonstrabatur tunc / cur tanto post missus dicatur cum plenitudo temporis venit ut ex femina nasceretur. Cum quidem ante mittebatur cum in illis formis corporaliter apparebat. Aut si non recte missus diceretur nisi cum verbum caro factum est. Cur spiritus sanctus missus legatur cuius incarnatio talis non facta est. Si vero per illas antiquas demonstrationes nec pater nec filius sed spiritus sanctus ostendebatur. Cur etiam ipse nunc dicitur missus cum et illis modis et antea missus mittebatur. Deinde subdivisimus ut hec diligentissime tractarentur ac tripertitam fecimus questionem. Cuius una pars in secundo libro explicata est. Due sunt relique de quibus disserere deinceps aggrediar. Iam enim quesitum atque tractatum est in illis antiquis corporalibus formis et visis non tantummodo patrem nec tantummodo filium nec tantummodo spiritum sanctum apparuisse sed aut indifferenter dominum deum qui trinitas ipsa intelligitur aut quamlibet ex trinitate personam quam lectionis textus indiciis circumstantibus significaret. Incipit liber tercius. Capitulum primum

Nunc ergo primum queramus quod sequitur: Utrum deus hominibus visus est ipse per assumptam creaturam in eam speciem apparuit. An angeli ex persona eius sunt locuti. Nam secundo loco in mea distributione positum est: Utrum ad hoc opus tantummodo creatura formata sit in qua deus tunc sicut oportuisse iudicavit humanis ostenderetur aspectibus. An angeli qui iam erant ita mittebantur ut ex persona dei loquerentur assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui: sicut ipsum corpus suum cui non subduntur sed subditum regunt mutantes atque vertentes in species quas vellent accommodatas atque aptas actionibus suis secundum attributam sibi a creatore potentiam. Ea parte questionis quantum dominus dederit pertractata postremo erit videndum id quod instituimus inquirere: Utrum filius et spiritus sanctus et antea mittebantur. Et si ita est quid inter illam missionem et eam quam in evangelio legimus distet. An missus non sit aliquis eorum nisi cum vel filius factus est ex Maria virgine vel cum spiritus sanctus visibili specie sive in columba sive in igneis linguis apparuit. Sed fateor excedere vires intentionis mee utrum angeli manentes spiritali sui corporis qualitate per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus quod sibi coaptatum quasi aliquam vestem mutent et vertant in quaslibet species corporales etiam ipsas veras sicut aqua vera in verum vinum conversa est a domino. An ipsa propria corpora sua transforment in quod voluerint accommodata ad id quod agunt. Sed quodlibet horum sit ad presentem questionem non pertinet. Sed quamvis hec quia homo sum nullo experimento possim comprehendere sicut angeli qui hec agunt et magis ea norunt quam ego novi quantum mutetur corpus meum in affectu voluntatis mee sive quod in me sive quod ex aliis expertus sum. Quid tamen horum ex divinarum scripturarum auctoritatibus credendum sit non opus est dicere ne cogar probare et fiat sermo longior de re que non indiget presenti questioni. Illud nunc

videndum est utrum angeli tunc agebant et illas corporum species apparentes
oculis hominum et illas voces insonantes auribus cum ipsa sensibili creatura
alteri ad nutum serviens conditori in quod opus erat pro tempore vertebant
sicut in libro sapientie scriptum est Creatura enim tibi factori deserviens
extenditur in tormentum adversus iniustos et lenior fit ad beneficiendum
his qui in te confidunt propter hoc et tunc in omnia se transfigurans omnium
nutrici gratie tue deserviebat ad voluntatem horum qui a te deside-
rabant Pervenit enim potentia voluntatis dei per creaturam spiritalem
usque ad effectus visibiles atque sensibiles creature corporalis Ubi enim non
operatur quod vult dei omnipotentis sapientia que pertendit a fine usque ad fi-
nem fortiter et disponit omnia suaviter. De mutationibus creatu-
rarum sive inconsuetudinariis sive insolitis que non fiunt nisi per late...

Cap. vi.

Sed alius est ordo naturalis in conversione et mutabilitate corporum qui quamvis etiam ipse ad nutum deo serviat per
perpetuitatem tamen consuetudinis amisit admirationem sicuti sunt
que vel brevissimis vel certe non longis intervallis temporum celo terra
marique mutantur sive nascentibus sive occidentibus rebus sive
alias aliter atque aliter apparentibus. Alia vero quamvis ex eodem ordine venientia
tamen quia per longiora intervalla temporum minus usitata que licet
multi stupeant ab inquisitoribus huius seculi comprehensa sunt et progressu
generationum que sepius repetita et pluribus cognita eo minus mira
sunt sicut sunt defectus luminarium et raro existentes quedam species siderum
et terre motus et monstrosi partus animantium et quecumque similia quorum nihil
fit nisi dei voluntate sed plerisque non apparet. Itaque licuit va-
nitati philosophorum etiam causis aliis ea tribuere vel veris vel proximis
cum omnino videre non possent superiorem cunctis omnibus causam id est volunta-
tem dei vel falsis et ne ab ipsa quidem pervestigatione corporalium
rerum atque motionum sed a sua suspicione et errore prolatis. Dicam
si potero quedam exempli gratia quo sit apertior sermo. Est certe
in corpore humano quedam moles carnis et forme species et ordo
distinctioque membrorum et temperatio valitudinis. Hoc corpus inspirata
anima regit eademque rationalis et ideo quamvis mutabilis tamen que possit
illius incommutabilis sapientie particeps esse ut sit participatio eius
in idipsum sicut in psalmo scriptum est de omnibus sanctis ex quibus tamquam
ex lapidibus vivis edificatur illa Ierusalem mater nostra eterna in celis.
Ita enim cantatur Ierusalem que edificatur ut civitas cuius participatio eius
in idipsum. Idipsum quippe hoc loco illud summum et incommutabile
bonum intelligitur quod deus est atque sapientia voluntasque ipsius. Cui
cantatur alio loco Mutabis ea et mutabuntur tu autem idem ipse es
et anni tui non deficient. Exemplum quo ostenditur omnes
causas actionum rationabilium a prima dei voluntate descendere. Cap. vii.

Constituamus ergo animam talem sapientis hominis animam rationabilis
iam sit particeps incommutabilis eterneque veritatis quam de omni-
bus suis actionibus consulat nec omnino aliquid faciat quod non
in ea cognoverit esse faciendum ut ei subditus eique obtemperans re-
cte faciat. Iste si consulta summa ratione divine iustitie quam in-

secreto audiret aure cordis sui eam sibi iubentem in alicuius officiose misericordie corpus labore fatigaret et egritudinem contraheret consultisque medicis ab alio diceretur causa morbi esse corporis siccitatem ab alio autem humoris immoderationem unus eorum veram causam diceret alter erraret uterque tamen de proximis causis id est corporalibus pronunciaret. At si illius siccitatis causa quereretur et inveniretur voluntarius labor iam ventum esset ad superiorem causam que ab anima proficiscitur ad afficiendum corpus quod regit sed nec ipsa prima esset. Ille enim procul dubio superior erat in ipsa incommutabili sapientia cui omnis sapientis anima in caritate serviens et ineffabiliter iubenti obediens voluntarium laborem susceperat ita ut non nisi dei voluntas causa prima illius egritudinis verissime reperiretur. Iam vero si in labore officioso et pio adhibuisset sapiens ille ministros collaboratores servitii in opere bono nec tamen eadem voluntate deo servientes sed ad carnalium cupiditatum suarum mercedem pervenire cupientes vel incommoda carnalia devitantes. adhibuisset etiam iumenta si hoc exigeret illius operis implendi procuratio que utique iumenta mortalia essent animantia nec ideo moverent membra sub sarcinis quia aliquid de illo bono opere cogitarent sed naturali appetitu sue voluptatis et devitatione molestie postremo adhibuisset ipsa etiam corpora omni sensu carentia que illi operi essent necessaria sicut vinum et oleum vestem nummum codicem et si qua huiusmodi in his certe omnibus in illo opere operantibus sive animatis sive inanimatis quecumque moverentur attererentur repararentur exterminarentur reformarentur alio atque alio modo locis et temporibus affecta mutarentur. Nam non alia esset istorum tam visibilium et mutabilium factorum causa nisi invisibilis et incommutabilis illa voluntas dei per animam iustam sicut sedem sapientie cunctis utens et malis et irrationabilibus animis et postremo corporibus sive que illis inspirarentur et animarentur sive omni sensu carentibus cum primitus uteretur ipsa bona anima et sancta que sibi ad pium et religiosum obsequium subdidisset. Quod vero de uno sapiente quamvis adhuc corpus mortale gestante quamvis ex parte vidente posuimus exempli gratia hoc de aliqua domo ubi aliquorum talium societas est et hoc de civitate vel etiam de orbe terrarum licet cogitare si penes sapientes sanctosque ac perfecte deo subditos sit principatus et regimen rerum humanarum.

De providentia dei qua [illegible] procedit angelorum. Capitulum iiij

Sed hoc quia nondum est oportet enim nos in hac peregrinatione prius mortaliter exerceri et per vires mansuetudinis et patientie erudiri illam ipsam supernam atque celestem unde peregrinamur patriam cogitemus. Illic enim dei voluntas qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem in spiritibus summa pace atque amicitia copulatis et in unam voluntatem quodam spirituali caritatis igne conflatis tamquam in excelsa et sancta et secreta sede presidens velut in domo sua

et in templo suo inde se quibusdam ordinatissimis creature motibus primo
in spiritalibus deinde corporalibus per cuncta diffundit et utitur omnibus
ad incommutabile arbitrium sententie sue sive incorporeis sive corporeis rebus
sive rationalibus sive irrationabilibus spiritibus sive bonis per eius
gratiam sive malis per propriam voluntatem. Sed quemadmodum corpora
crassiora et inferiora per subtiliora et potentiora quodam ordine re-
guntur ita omnia corpora per spiritum vite et spiritus vite rationalis de-
sertor atque peccator per spiritum vite rationalem pium et iustum et ille
per ipsum deum ac si universa creatura per creatorem suum ex quo et per
quem et in quo etiam condita et instituta est. Ac per hoc volun-
tas dei est prima et summa causa omnium corporalium specierum atque mo-
tionum. Nihil enim fit visibiliter et sensibiliter quod non de interiore in-
visibili atque intelligibili aula summi imperatoris aut iubeatur
aut permittatur secundum ineffabilem iustitiam premiorum atque penarum in-
gratiarum et retributionum in ista totius creature amplissima quadam
immensaque republica. Si ergo apostolus quamvis adhuc portaret
sarcinam corporis quod corrumpitur et aggravat animam quamvis ad
huc ex parte atque in enigmate videret optans dissolvi et esse
cum Christo et in semetipso ingemiscens adoptionem expectans redemptionem
corporis sui potuit tamen significando predicare dominum Ihesum Christum aliter
per linguam suam aliter per epistolam aliter per sacramentum corporis et san-
guinis eius nec linguam quippe eius nec membranas et atra-
mentum nec significantes sonos lingua editos nec signa litterarum con-
scripta pelliculis corpus Christi et sanguinem dicimus sed illud tantum quod ex fructi-
bus terre acceptum et prece mistica consecratum rite sumimus ad salutem
spiritalem in memoriam pro nobis dominice passionis. Quod cum per manus ho-
minum ad illam visibilem speciem perducatur non sanctificatur ut sit tam ma-
gnum sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu dei cum hec omnia que
per corporales motus in illo opere fiunt deus operetur movens primitus
invisibilia ministrorum sive animas hominum sive occultorum spirituum
sibi subditas servitutes. Quid mirum si etiam in creatura celi et terre
maris et aeris facit deus que vult sensibilia atque visibilia ad
se ipsum in eis sicut oportere ipse novit significandum et demonstrandum
non ipsa sua qua est apparente substantia que omnino incommutabilis
est omnibusque spiritibus quos creavit interius secretiusque sublimior.

Opere dei omnis creatura administratur et quomodo miracula multo ordine con-
suetudinis i[n]serunt. Cap. v.

Vi enim divina totam spiritalem corporalemque administrante creatura omnium annorum certis quibusdam die-
bus advocantur aque maris et effunduntur super faciem ter-
re. Sed cum hoc sancto Helia orante factum est quia precesserat tam continua
et tam longa serenitas ut fame deficerent homines nec ea hora
qua ille servus dei oravit aer ipse aliqua humida facie mox
future pluvie signa pretulerat quam secutis tantis et tam velociter-

Sacrum eucharistie

imbribus apparuit vis divina quibus illud dispensabatur dabaturque
miraculum. Ita deus operatur sollempnia fulgura atque tonitrua
Sed quia in monte Syna inusitato modo fiebat voces que non
inditus apparebat miracula erant. Quis attrahit humorem
strepitu confuso edebantur, sed eis quedam signa dari certissime
per radicem vitis ad botrum et vinum facit nisi deus qui et homine
plantante et rigante incrementum dat. Sed cum ad nutum domini
aqua in vinum inusitata celeritate conversa est. etiam stultis fa-
tentibus vis divina declarata est. Quis arbusta fronde ac
flore sollempniter vestit nisi deus. Verum cum floruit virga sacerdotis
aaron collocuta est quodammodo cum dubitante humanitate divini-
tas et lignis certe omnibus et omnibus animalium carnalium gignendis
atque formandis communis est terrena materies. et quis ea facit nisi
qui dixit ut hec terra produceret et in eodem verbo suo que creavit
regit atque agit. Sed tamen eandem materiem ex virga moysi in carnem
serpentis proxime ac velociter vertit miraculum fuit rei quidem
mutabilis. sed tamen inusitata mutatio. Quis autem animat queque
viva nascentia nisi qui et illum serpentem ad horam sicut opus
fuerat animavit. Et quis reddidit cadaveribus animas suas cum re-
surgerent mortui. nisi qui animat carnes in uteris matrum ut o-
riantur morituri. Sed cum fiunt illa continuata quodam quasi fluvio
labentium manantiumque rerum et ab occulto in promptum et ex prompto
in occultum usitato itinere transeuntium naturalia dicuntur. Cum vero admonen-
dis hominibus inusitata mutabilitate geruntur magnalia nominantur.

De Miraculis que magicis artibus fiunt. Capitulum vii.

Hic video quid infirme cogitationi possit occurrere. Cur scilicet
ista miracula etiam magicis artibus fiant. Nam et magi
pharaonis similiter serpentes fecerunt et alia similia. Sed istud
amplius est admirandum. quomodo magorum illa potentia que ser-
pentes facere potuit ubi ad muscas minutissimas ventum est omnino
defecit. Sciniphes enim musculae sunt brevissime. qua tercia plaga
superba egiptiorum plebs cedebatur. ibi certe deficientes magi di-
xerunt. Digitus dei est hic. Unde intelligi datur ne ipsos quidem
transgressores angelos et aereas potestates in imam istam caligi-
nem tamquam in sui generis carcerem ab illius sublimis etheree
puritatis habitatione detrusas per quas magice artes possunt quicquid
possunt valere aliquid. nisi data desuper potestate. Datur autem ad fallaces
ffallaces fallendos sicut in egiptios et in ipsos etiam magos data
est. ut in eorum spirituum seductione viderentur mirandi a quibus fiebat
a dei veritate dampnandi. Vel ad admonendos fideles ne tale quid
facere pro magno desiderent propter quod etiam nobis scripture auctoritate

sit prodita vel ostendenda probanda manifestandaque sicut iustorum patientia
neque enim parva visibilium miraculorum potentia Iob cuncta que habebat
amisit et filios et ipsam corporis sanitatem Nec ideo putandum est istis
transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam
Sed deo potius a quo hec potestas datur quantum in sublimi et spirituali
sede incommutabilis iudicat Nam et dampnatis iniquis etiam in
metallo servit aqua et ignis et terra ut faciant inde quod volunt
sed quantum sinitur Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt
quia per illos magi resistentes famulo dei ranas et serpentes
fecerunt Non enim eas creaverunt. Omnium quippe rerum que corporaliter
visibiliterque nascuntur occulta quedam semina in istis corporeis
mundi elementis latent Alia sunt enim hec omnia conspicua oculis no-
stris ex fructibus et animantibus alia vero illa occulta istorum seminum
semina unde iubente creatore produxit aqua prima natatilia et
volatilia terra autem prima sui generis germina et prima sui generis
animalia Neque enim tunc in huiusmodi fetus ita producta sunt ut in eis
que producta sunt vis illa consumpta sit Sed plerumque desunt congrue
temperamentorum occasiones quibus erumpant / erumpant et species suas pera-
gant Ecce enim brevissimus surculus semen est nam convenienter mandatus
terre arborem facit. Huius autem surculi subtilius semen aliquod eiusdem
generis granum est et hoc usque nobis visibile Iam vero huius etiam gra-
ni semen quamvis oculis videre nequeamus ratione tamen conicere possumus
quia nisi talis aliqua vis esset in elementis istis non plerumque nascerentur
ex terra que ibi seminata non essent nec animalia tam multa nulla
marium feminarumque commixtione precedente sive in terra sive in aqua que tamen
crescunt et coeundo alia pariunt cum illa nullis coeuntibus parentibus
orta sint Et certe apes semina filiorum non coeundo concipiunt sed
tamquam sparsa per terras ore colligunt Invisibilium enim seminum crea-
tor ipse est creator omnium rerum quoniam quecumque nascendo ad oculos
nostros exeunt ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia
et incrementa debite magnitudinis distinctionesque formarum ab ori-
ginalibus tamquam regulis sumunt Sicut ergo nec parentes dicimus
creatores hominum nec agricolas creatores frugum quamvis eorum extrinsecus
adhibitis motibus ista creanda dei virtus interius operetur ita
non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare crea-
tores si pro subtilitate sui sensus et corporis semina rerum istarum nobis
occultiora noverunt et ea per congruas temperationes elementorum
latenter spargunt atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum in-
crementorum prebent occasiones Sed nec boni hec nisi quantum deus
iubet nec mali hec iniuste faciunt nisi quantum ipse iuste permittit
Nam iniqui malitia voluntatem suam habet iniustam potestatem autem non ni-

iuste accipit sive ad suam penam sive ad aliorum vel penam malorum
vel laudem bonorum Ita apostolus distinguens intrinsecus deum creantem atque
formantem ab operibus creature que admonentur intrinsecus et de agricul-
tura similitudinem assumens ait Ego plantavi appollo rigavit etc.
Sicut ergo in ipsa vita nostra mentem iustificando formare non potest
nisi deus, predicare autem extrinsecus evangelium et homines possunt
non solum boni per veritatem sed etiam mali per occasionem Ita crea-
tionem rerum visibilium deus operatur intrinsecus Exteriores autem operationes
sive bonorum sive malorum vel angelorum vel hominum sive etiam quo-
rumcumque animalium secundum imperium suum et a se impertitas distributio-
nes potestatum et appetitiones commoditatum Ita rerum nature adhibet
in qua creat omnia quemadmodum terre agriculturam Quapropter ita
non possum dicere angelos malos magicis artibus evocatos cre-
atores fuisse ranarum atque serpentium Sicut non possum dicere homines
malos segetis esse creatores quod eorum operam video exortam sed
nec iacob creator colorum in pecoribus fuit quia bibentibus in con-
ceptu matribus variatas virgas quas intuerentur apposuit Sed
nec ipse pecudes creatrices fuerunt varietatis prolis sue quia in-
heserat anime illarum discolor fantasia ex contuitu variarum virgarum
per oculos impressa que non potuit nisi corpus quod sic affecto
spiritu animabatur ex compassione commixtionis afficere unde teneris fe-
tuum primordiis colorem aspergeret ut enim sic ex semetipsis
afficiantur vel anima ex corpore vel corpus ex anima congrue rationes id
faciunt que incommutabiliter in ipsa summa dei sapientia quam nulla
spatia locorum capiunt Et cum ipsa sit incommutabilis nihil eorum
que vel mutabiliter sunt deserit quia nihil eorum nisi per ipsam crea-
tum est ut enim de pecoribus non virge sed pecora nascerentur fecit
hec incommutabilis et invisibilis ratio sapientie dei per quam creata
sunt omnia Ut autem de varietate virgarum pecorum conceptorum color
aliquid duceret fecit hoc anima gravide pecudis per oculos affecta
forinsecus et intrinsecus secundum proprium modulum formandi regulam tra-
hens quam intima potentia sui creatoris accepit Sed quanta
sit vis anime ad afficiendam atque mutandam materiam corporalem
cum tamen creatrix corporis dici non possit quia omnis causa mu-
tabilis sensibilisque forme omnisque modi et numeri et ponderis eius
unde efficitur ut et sit et natura ita vel ita sit ab intelligibili et
incommutabili vita que super omnia est existit et pervenit usque
ad extrema atque terrena multus sermo est neque nunc necessarius Verum
propter factum iacob de pecoribus commemorandum arbitratus sum ut
intelligeretur si homo qui virgas illas sic posuit dici non potest
creator colorum in agnis et hedis nec ipse matrum anime

que concepta per oculos corporis fantasia variatis seminibus carne
conceptis quantum natura passa est aspersa fuerunt multo magis possunt diversarum
ranarum serpentiumque creatores angelos malos per quos magi
pharaonis tunc illa fecerunt. De causis originalibus creaturarum
corporalium quas mundo deus inseruit. Capitulum vii.

Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere
atque administrare creaturam quod qui facit solus creator est deus
aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus ali-
quam operationem forinsecus admovere ut tunc vel tunc sic vel sic exeat
quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam
textura elementorum cuncta iam creata sunt sed acceptis opportunitatibus prodeunt.
Nam sicut matres gravide sunt fetibus sic ipse mundus gravidus
est causis nascentium que in illo non creantur nisi ab illa summa es-
sentia ubi nec oritur nec moritur aliquid nec incipit esse
nec desinit. Adhibere autem forinsecus accedentes causas que
tametsi non sunt naturales tamen secundum naturam adhibentur ut ea que se-
creto nature sinu abdita continentur erumpant quodammodo et foris
creentur explicando mensuras et numeros et pondera sua que in occulto
acceperunt ab illo qui omnia in mensura et numero et pondere dis-
posuit non solum mali angeli sed etiam mali homines possunt sicut
exemplo agriculture supra docui. Sed ne de animalibus tamquam diversa ratio
moveat quod habent spiritum vite cum sensu appetendi que secundum naturam sunt
vitandique contraria etiam hoc videndum est quam multi homines noverint
ex quibus herbis aut carnibus aut quarumcumque rerum quibuslibet su-
cis et humoribus vel ita positis vel ita obrutis vel ita contri-
tis vel ita commixtis queque animalia nasci soleant quorum se quis tam de-
mens audeat dicere creatorem. Quid ergo mirum si quemadmodum po-
test nosse quilibet nequissimus homo unde illi vel illi vermes muscęque
nascantur ita mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioribus
elementorum seminibus norunt unde rane serpentesque nascantur et hec
per certas et notas temperationum opportunitates occultis motibus adhibe-
ndo faciunt creari non creant. Sed illa homines non mirantur que solent ab hominibus
fieri. Quod si quisque celeritates incrementorum forte mi-
ratur quod illa animantia tam cito facta sunt attendat et ista que-
madmodum pro modulo facultatis humane ab hominibus procurentur.
Unde enim fit ut eadem corpora citius vermescant estate quam hieme
citius in calidioribus locis quam in frigidioribus. Sed hec ab hominibus
tanto difficilius adhibentur quanto desunt sensuum subtilitates et
corporum mobilitates in membris humanis terrenis et pigris. Unde qualibus-
cumque angelis vicinas causas ab elementis contrahere quanto
difficilius est tanto mirabiliores in huiusmodi operibus existunt
celeritates. Sed non est creator nisi qui principaliter ista format. Nec quis-
quam hoc potest nisi ille penes quem primitus sunt omnium que sunt mensure nu-

et pondera et ipse est verus creator deus. Creatura enim ineffabili potestate
fit etiam ut quod possent hii angeli si permitterentur ideo non possunt
quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio cur non potuerint facere
minutissimas muscas qui ranas serpentesque fecerunt nisi quia ma-
ior aderat dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum quod etiam ipsi ma-
gi confessi sunt dicentes Digitus dei est hic. Quid autem possint per natu-
ram nec possint per prohibitionem. Et quid per ipsius sue nature conditionem
facere non sinantur homini explorare difficile est immo vero non possibile
nisi per id donum dei quod apostolus commemorat dicens Alii di-
iudicatio spirituum. Novimus enim hominem posse ambulare et neque hoc posse
etiam si non permittatur. Volare autem non posse etiam si permittatur.
Sic et illi angeli quedam possunt facere si permittantur ab angelis
potentioribus ex imperio dei. Quedam vero non possunt nec si ab eis permit-
tantur. Quia ille non permittit a quo illis est talis nature modus.
Qui etiam per angelos et illa plerumque non permittit. que concessit
ut possint. Exceptis ergo illis que usitatissimo transcursu temporum
in rerum nature ordine corporali fiunt sicuti sunt ortus occasusque
siderum generationes et mortes animalium seminum et germinum
innumerabiles diversitates nebule et nubes nives et pluvie.
fulgura et tonitrua fulmina et grandines venti et ignes et fri-
gus et estus et omnia talia. Exceptis etiam illis que in eodem ordine
rara sunt. sicut defectus luminum et species inusitate siderum et mon-
stra et terre motus et similia. Exceptis ergo istis omnibus quorum prima
quidem et summa causa non est nisi voluntas dei. Unde et in psalmo
Cum quedam huius generis commemorata essent ignis grando nix
glacies spiritus tempestatis / ne quis ea vel fortuitu vel causis
tantummodo corporalibus vel etiam spiritualibus tamen preter voluntatem dei existenti-
bus agi crederet continuo subiecit que faciunt verbum eius

De significationibus que ad manifestandam voluntatem dei sive per an-
gelos sive per homines ministrantur. Capitulum viij.

Sed his dictis exceptis alia sunt illa que quamvis
ex eadem materia corporali ad aliquid tamen divinitus annuncian-
dum nostris sensibus admonentur que proprie miracula et signa dicun-
tur. nec in omnibus que nobis a domino deo annunciantur ipsius dei persona
suscipitur. Cum autem suscipitur aliquando in angelo demonstratur aliquando in
ea specie que non est quod angelus quamvis per angelum disposita mi-
nistretur. Rursus cum in ea specie suscipitur que non est quod angelus
aliquando iam erat ipsum corpus et ad hoc demonstrandum in aliquam muta-
tionem assumitur. Aliquando ad hoc exoritur ut re peracta rursus tollatur. Sic
etiam cum homines annunciant aliquando ex sua persona verba dei loquuntur / sicut
cum premittitur dixit dominus. aut hec dicit dominus aut tale aliquid. Aliquando
autem nichil tale premittentes ipsam dei personam in se suscipiunt

sicuti est Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gra-
dieris Sic non solum iudiciis veneficiis in factis dei persona sig-
nificanda imponitur prophete ut cum gerit in misterio prophetie sicut enim
personam gerebat qui vestimentum suum divisit in xii partes et decem de
eis servo regis salomonis dedit regi futuro israel Aliquando etiam res
que non erat quod propheta et erat iam in rebus in significandi sig-
nificationem assumpta est sicut somnio viso evigilans Jacob fecit de
lapide quem dormiens habebat ad caput Aliquando ad hoc fit eadem
species vel aliquantum mansura sicut potuit ille serpens eneus exaltatus
in heremo sicut possunt et littere vel peracto ministerio consumi sicut panis ad hoc
factus in accipiendo sacramento consumitur Sed quia hec hominibus nota sunt
quia per homines fiunt honorem tamquam religiosa possunt habere stuporem tam-
quam mira non possunt habere Itaque illa que per angelos fiunt quo dif-
ficiliora et ignotiora eo mirabiliora sunt nobis Illis autem tamquam
sue actiones note tamquam faciles Loquitur ex persona dei angelus
homini dicens Ego sum deus abraham et deus ysaac et deus iacob cum
scriptura predixisset visus est ei angelus domini Loquitur et ex
persona dei dicens Audi popule meus et reliqua Assumpta est virga ad
significationem et in serpentem angelica facultate mutata est Cum nec facul-
tas non desit homini assumptus est tamen ab homine lapis ad talem aliquam
significationem Inter factum angeli et factum hominis plurimum distat Illud
et mirandum est et intelligendum hoc autem tantummodo intelligendum quod ex
utroque intelligitur fortassis unum est Sed illa ex quibus intelligitur
diversa sunt tamquam si domini nomen et auro et attramento scribatur
illud est preciosius istud vilius quod tamen utroque significatur idipsum
est Et quamvis idem significaverint serpens et virga moysi quod lapis
iacob melius tamen aliquid lapis iacob quam serpentes magorum Nam sicut
unctio lapidis christum in carne in qua unctus est oleo exultacionis
pre participibus suis Ita virga moysi sed conversa in serpentem ipsum
christum factum obedientem usque ad mortem crucis Unde ait Sicut exal-
tavit moyses serpentem in heremo et reliqua Sicut intuentes illum
serpentem exaltatum in heremo serpentum morsibus non peribant Vetus
enim homo noster crucifixus est cum illo ut evacuaretur corpus peccati Per serpen-
tem autem mors intelligitur que facta est per serpentem in paradiso mo-
do locucionis per efficientem id quod efficitur demonstrante Ergo virga in ser-
pentem christus in mortem et serpens rursus in virgam christus in resurrectionem
totus cum corpore suo quod est ecclesia quod in fine temporis erit quam serpentis
cauda significat quam moyses tenuit ut rediret in virgam Serpentes autem
magorum tamquam mortui seculi nisi credentes in christum tamquam devora-
ti in corpus eius intraverint resurgere in illo non poterunt Lapis ergo
iacob ut dixi melius aliquid significat quam serpentes magorum Sed
enim factum magorum multo mirabilius verum hoc non preiudicat rebus

intelligendis tamquam si nomine hominis scribatur auro et atramento
illas etiam nubes et ignes quomodo fierent vel assumpserint angeli
ad significandum quod annuntiabat etiam si dominus vel spiritus sanctus illis corporalibus
formis ostendebatur quis novit hominum Sicut infantes non noverunt
quod in altari ponitur et peracta pietatis celebratione consumitur
unde vel quomodo efficiatur unde in usum religionis assumatur et si numquam
discant experimento vel suo vel aliorum et numquam illam speciem rerum vi-
deant nisi inter celebrationes sacramentorum cum offertur et datur dicatur-
que illis auctoritate gravissima cuius corpus sit et sanguis nihil aliud
credent nisi in illa omnino specie dominum oculis apparuisse mortalium
et de latere tali percusso liquorem illum omnino fluxisse Michi autem
utile est ut meminerim virium mearum fratresque meos admoneam
ut meminerint suarum ne ultra quam tutum est humana progre-
diatur infirmitas Quemadmodum enim hec faciant angeli vel
potius deus quemadmodum hec faciat per angelos malos sive
sinendo sive iubendo sive cogendo ex occulta sede altissimi
imperii sui nec oculorum acie penetrare nec fiducia rationis
enucleare nec provectu mentis comprehendere valeo ut tam certus
hinc loquar ad omnia que requiri de his rebus possunt quam si
essem angelus aut propheta aut apostolus Cogitationes enim mortalium
timide et incerte providentie nostre Corpus enim quod corrumpitur aggra-
vat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem
Et difficile estimamus que in terra sunt et in prospectu sunt invenimus
cum labore Que autem in celis sunt quis investigabit Sed quia
sequitur et dicit sensum autem tuum quis sciet nisi tu dederis sa-
pientiam et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis que in celis sunt quidem
non investigabimus quo in genere et corpora angelica dignitatem et
eorum quedam corporalis actio continetur Secundum spiritum tamen dei missum
nobis de altissimis et impertitam eius gratiam mentibus nostris audeo
fiducialiter dicere nec deum patrem nec verbum eius nec spiritum sanctum eius
quod est unus deus per illud quod est atque idipsum est ullo modo
esse mutabilem ac per hoc multo minus visibilem quoniam sunt quedam
quamvis mutabilia non tamen visibilia sicut nostre cogitationes
et memorie et voluntates et omnis incorporea creatura Visibile
autem quidquam non est quod non sit mutabile Essentia trini-
tatis numquam apparuisse mortalibus oculis sed per subiectam
sibi creaturam significasse que voluit Capitulum ix

Quapropter substantia vel si melius dicitur essentia dei ubi pro nostro mo-
dulo ex quantulacumque particula intelligimus patrem et filium
et spiritum sanctum quandoquidem nullo modo mutabilis est nullo modo
potest ipsa per semetipsam esse visibilis Proinde illa omnia que patribus visa

sunt tamen deus illis secundum dispensationem temporibus congruam praestaret
per creaturam facta esse manifestum est Et si nos latet quomodo ea
ministris angelis fecit per angelos tamen facta esse non ex nostro di-
cimus ne cuiquam videamur plus sapere quam oportet sed sapimus
ad temperantiam sicut deus nobis partitus est mensuram fidei et credi-
mus propter quod et loquimur Exstat enim auctoritas divinarum scrip-
turarum unde mens nostra deviare non debet nec relicto solidamento
divini eloquii per suspicionum suarum abrupta praecipitari Ubi nec
sensus corporis regit nec perspicua ratio veritatis elucet Apertissime
quidem scriptum est in epistola ad hebreos Cum dispensatio novi testamenti
a dispensatione veteris testamenti secundum congruentiam saeculorum aut temporum
distingueretur non tantum illa visibilia sed ipsum etiam sermonem per ange-
los factum Sic enim dicit Ad quem autem angelorum dixit aliquando Sede
ad dexteram meam quo adusque ponam inimicos tuos scabellum No-
ne omnes sunt spiritus ministratorii in ministerium missi propter eos
qui futuri sunt hereditate possidere salutem Hinc enim ostendit illa
omnia non solum per angelos facta sed etiam propter nos facta id est propter populum dei
cui promittitur hereditas vitae aeternae Sicut etiam ad Corinthios scrip-
tum est Omnia autem in figura contingebant illis Scripta autem sunt ad correp-
tionem nostram in quos fines saeculorum devenerunt Deinde quia tunc dicit
per angelos nunc autem per filium sermo factus est Consequenter aperteque
demonstrat propterea inquit habundantius oportet nos attendere ea quae audi-
vimus ne forte defluamus Si enim qui per angelos dictus est
sermo factus est firmus et omnis praevaricatio et inobedientia iustam
accepit mercedis retributionem quomodo nos effugiemus tantam ne-
glegentes salutem Et quasi quaereres quam salutem ut ostenderet se de
novo testamento iam dicere id est sermone qui non per angelos sed
per dominum facta est Quae cum initium accepisset ut enarraretur
per dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est attestante
deo signis et portentis et variis virtutibus et spiritus sancti divisionibus
secundum suam voluntatem Sed ait aliquis Cur ergo scriptum est Dixit dominus
ad moysen et non potius dixit angelus ad moysen Quia cum verba
iudicis praeco pronuntiat non scribitur in gestis ille praeco dixit sed ille
iudex Sic etiam loquente propheta sancto Et si dicamus propheta dixit
nichil aliud quam prophetam dixisse intelligi volumus Et si dicamus
dominus dixit per prophetam non subtrahimus sed quis per eum dixerit
admonemus Et illa quidem scriptura saepe aperit angelum esse dominum quo-
cuius loquente identidem dicitur dominus dixit sicut iam demonstravimus Sed
propter eos qui cum in scriptura illic angelum nominat ipsum per se ipsum
filium dei volunt intelligi quia propter annuntiationem paternae ac
suae voluntatis a propheta dictus est angelus propterea volui ex hac
epistola manifestius testimonium dare ubi non dictum est per angelum sed
per angelos Nam et stephanus in actibus apostolorum eo more nar-

nunc hoc quoque etiam in veteribus libris conscripta sunt. Viri fratres et patres
inquit audite. Deus glorie apparuit abrahe patri nostro cum
esset in Mesopotamia. Ne quis autem arbitretur tunc deum glorie
per illud quod in seipso est cuiusquam oculis apparuisse mortalium
in consequentibus dicit quod moisi angelus apparuit. Fugit inquit moises in
verbo isto et factus est inquilinus in terra Madian ubi genuit fi-
lios duos. Et completis illic annis xl. apparuit illi in deserto
montis Synai angelus domini in flamma ignis in rubo. Moy-
ses autem videns mirabatur visum et cetera. Hic certe et angelum et
dominum dicit. Eundem quod deum abraham et deum ysaac et deum
iacob. Sic in Genesi scriptum est. Nam forte quispiam dicturus est
quod moysi per angelum apparuit dominus. Abrahe vero per seipsum.
Et hoc a stephano non queramus. Ipsum librum interrogemus unde
stephanus ista narravit. Numquid enim quod scriptum est. Et dixit dominus
deus ad abraham. Et paulo post. Et visus est dominus deus abrahe.
Propterea ista non per angelos facta sunt. Cum alio loco similiter dicat. Vi-
sus est autem illi deus ad ylicem mambre sedenti eo ad hostium
tabernaculi sui meridie. Et tamen continuo adiungat. Respiciens autem
oculis suis vidit. Et ecce tres viri stabant super eum. De quibus iam
diximus. Quomodo enim poterunt isti qui vel a verbis ad intellectum
nolunt assurgere vel facile se ab intellectu in verba precipitant quomodo
poterunt explicare visum esse deum in viris tribus nisi eos sicut con-
sequentia docet angelos fuisse fateantur. An quia non dictum
est angelus ei locutus est vel apparuit. Propterea dicere audebunt
moysi quidem illam visionem ac vocem per angelum factam quia
ita scriptum est. Abrahe autem quia commemoratio angeli facta non est
per substantiam suam deum apparuisse atque contigisse. Quid quod nec apud
abraham de angelo tacitum est. Nam ita legitur. Cum ymolandus ei
filius peteretur. Et factum est post hec verba temptavit deus abraham
et cetera. Certe hic deus non angelus commemoratus est. Paulo post vero
ita se habet scriptura. Extendit autem abraham manum suam sump-
sit gladium et cetera. Quid ad hec dicetur. An dicturi sunt deum iussisse
ut occideretur ysaac et angelum prohibuisse. Porro ipsum patrem ad-
versus dei preceptum qui iusserat ut occideret obtemperasse angelo
ut parceret. Ridendus et abiciendus est hic sensus. Sed neque huic tam
crasso et abiecto ullum locum esse scriptura permittit. Continuo
subiungens. Nunc enim cognovi et cetera. Quid est propter me nisi
propter eum qui occidi preceperat. Idem ergo deus abrahe qui ange-
lus an potius per angelum deus. Attende scripturam. Certe iam hic
angelus manifestissime expressus est. Attende tamen quod contexat.
Respiciens abraham oculis suis vidit et reliqua sicut paulo ante quod

dicit deus per angelum Nunc cognovi quia times deum non quia tunc
deus cognovisse intelligendus est Sed egisse ut per deum ipse ab
raham cognosceret quantas haberet vires cordis ad obediendum deo usque
ad immolationem unici filii illo modo locutionis quo significatur per effi
cientem illud quod efficitur sicut dicitur frigus pigrum quod pigros facit
ut ideo cognovisse diceretur quia ipsum abraham cognoscere fecerat
qui poterat latere fidei sue firmitas nisi tali experimento pro
baretur Ita et ibi cognominat abraham nomen loci illius dominus vi
dit id est quod videri se fecit Nam continuo sequitur ut dicatur hodie
quod in monte dominus visus est Ecce idem angelus dominus dicitur Unde
nisi quia per angelum dominus Jam vero in eo quod sequitur prorsus prophetice
iste angelus loquitur et prorsus aperit quod per angelum loquitur deus
Et vocavit inquit angelus domini abraham iterum etc. Ista certe verba ut
dicat ille per quem loquitur Hec dicit dominus Etiam prophete solent habere
An filius de patre ait Dicit dominus et ipse est angelus patris
Quid ergo de illis tribus viris Nonne respiciunt quomodo urgeantur
qui visi sunt abrahe cum predictum esset Visus est ei dominus An quia
viri dicti sunt non erant angeli Danielem legant dicentem Ecce vir
gabriel Sed quid ultra differimus ora eorum evidentissimo atque gra
vissimo alio documento oppilare ubi non angelus singulariter nec
viri pluraliter sed omnino angeli dicuntur per quos non sermo quilibet
factus sed lex ipsa data manifestissime ostenditur quam certe nullus illorum
fidelium dubitat deum dedisse moysi ad subiugandum populum israel
sed tamen per angelos datam Ita stephanus loquitur Dura cervice
inquit et non circumcisi corde et auribus vos semper spiritui sancto
restitistis sicut patres vestri Quem prophetarum non sunt persecuti
patres vestri et reliqua Quid hoc evidentius Quid tanta auctoritate
robustius In edictis quidem angelorum illi populo data est lex Sed
domini nostri ihesu christi per eam disponebatur et prenunciabatur adventus
Et ipse tamquam verbum dei miro et ineffabili modo erat in ange
lis in quorum edictis ipsa lex dabatur Unde dicit in evangelio Si
crederetis moysi crederetis et mihi De me enim ipse scripsit Per angelos
ergo deus tunc loquebatur per angelos filius dei mediator
dei et hominum futurus ex semine abrahe suum disponebat adven
tum ut inveniret a quibus reciperetur confitentes reos quos lex
non impleta fecerat transgressores unde et apostolus ad galathas dicit
Quid ergo lex Transgressionis gratia posita est donec veniret semen
cui promissum est Dispositum per angelos in manu mediatoris hoc
est dispositum per angelos in manu sua non enim natus est per condicionem
sed per potestatem Quid autem non aliquem ex angelis dicit mediatorem
sed ipsum dominum ihesum christum in quantum homo fieri dignatus est habes alio lo
co Unus enim deus et unus mediator dei et hominum christus ihesus
Hinc illud pascha in interfectione agni sicut illa omnia que in christo venturo

incarnacionem atque passionem sed et resurrectionem in lege significant que data
est in edictis angelorum donec veniret dispositum per angelos in
manum mediatoris in quibus angelis erant utique pater et filius
et spiritus sanctus. Et aliquando pater aliquando filius aliquando spiritus sanctus aliquando sine
ulla distinctione persone deus per illos figurabatur et visibilibus et
sensibilibus formis apparens per creaturam tamen suam non per substantiam suam
cui videndo corda mundantur et per hec omnia que oculis vi
dentur et auribus audiuntur. Sed iam satis quantum existimo pro
capacitate nostra disputatum et demonstratum est quod in hoc libro suscepi
mus unde constitit et probabili ratione quantum homo vel
potius ego potui et firmitate auctoritatis quantum de scripturis sanctis
divina eloquia patuerit quod antiquis patribus nostris ante incarnatio
nem salvatoris cum deus apparere dicebatur voces ille ac species cor
porales per angelos facte sunt sive ipsis loquentibus vel agentibus
ex persona dei sicut etiam prophetas solere ostendimus sive assumentibus
ex creatura quod ipsi non erant ubi deus figurate demonstraretur hominibus
quod genus significationum nec prophetas omisisse exemplis multis
docet scriptura. Superest ergo ut videamus cum et nato per virginem
domino et corporali specie sicut columba descendente spiritu sancto visis
que igneis linguis sonitu facto de celo die penthecostes post
ascensionem domini non ipsum dei verbum per substantiam suam qua patri equale
atque coeternum est nec spiritus patris et filii per suam substantiam qua
et ipse utrique coequalis atque coeternus est. Sed utique creatura
que et illis modis formari et existere potuit corporeis atque
mortalibus sensibus apparuerit quid inter illas demonstrationes et has
proprietates filii dei et spiritus sancti quamvis per creaturam visibilem fa
ctas intersit quod alio volumine commodius ordietur ~~ordietur~~. Explicit
liber tertius incipit quartus de trinitate

reconciliat ut salvet quem praedestinat. De simplo salvatoris in quo
ad duplum nostrum congruit et concinit. De xl^ta et sex annis aedificationis
dominici corporis. De figuris et praefigurationibus quae ad adventum domini
praecesserunt. De unitate ecclesie in deo per gratiam dilectionis quam fortius
probet unitas patris et filii et spiritus sancti. De fallacie ludificatorum
qua homines in mundi specie fallunt. Morte Christi non fuisse necessitatis na-
ture sed voluntatis sue ac potestatis. De hiis qui sibi purgationem
de virtute propria pollicentur. De fide qua credimus temporaliter gesta et
veritate que reddit eterna. Nota. Magna transpositio in istis [?]
capitulis quo ad hoc registrum sed vide circa principium titulos capitulorum.

Scientiam terrestrium caelestiumque rerum magni estimare solet
genus humanum in quo profecto meliores sunt qui huic
scientie preponunt nosse semetipsos. laudabiliorque animus est cui
nota est infirmitas sua quam qui ea non respecta vias siderum
scrutatur etiam cogniturus aut qui iam cognitas tenet ignorans
ipse qua ingrediatur ad salutem ac firmitatem suam. Qui vero iam
evigilavit in deum spiritus sancti calore excitatus atque in eius amore
coram se viluit ad eumque intrare volens nec valens eoque sibi lu-
cente attendit in se invenitque se suamque egritudinem illius mun-
ditie contemperari cognovit non posse, flere dulce habet et eum precari
ut etiam atque etiam misereatur donec exuat totam miseriam. et precari cum fi-
ducia iam gratuito pignore salutis accepto per eius unicum
salvatorem et illuminatorem hominis. Hunc itaque egentem ac dolentem scientia
non inflat quia caritas edificat. Preposuit enim scientiam scientie. Prepo-
suit scire infirmitatem suam magis quam scire mundi menia fun-
damenta terrarum et fastigia celorum. et hanc apponendo scientiam appo-
suit dolorem peregrinationis sue ex desiderio patrie sue et conditoris
sui beati dei sui. In hoc genere hominum in familia Christi tui domine deus
meus si inter pauperes tuos gemo da mihi de pane tuo respondere
hominibus qui non esuriunt et sitiunt iustitiam. Sed saturati sunt et ha-
bundant. Saturavit autem eos fantasma eorum non veritas tua quam
repellendo resiliunt et in suam vanitatem cadunt. Ego certe sentio quam
multa figmenta pariat cor humanum et quid est cor meum nisi cor
humanum. Sed hoc oro deum cordis mei ut nihil ex eis figmentis
pro solido vero eructuem in has litteras. Sed inde veniat in eas
quicquid per me venire potuerit unde mihi quamvis proiecto a facie ocu-
lorum suorum et de longinquo redire conanti per viam quam stravit
nobis divinitas humanitate unigeniti sui aura veritatis eius aspergitur
quam in tantum licet mutabilis haurio in quantum in ea nihil mutabi-
le video, nec locis et temporibus sicut corpora. nec solis temporibus et quasi
locis sicut spirituum nostrorum cogitationes nec solis temporibus et nulla vel ima-
gine locorum sicut quedam nostrarum mentium ratiocinationes. Omnino enim dei essentia

est que nil mutabile habet nec in eternitate nec in veritate nec in volun-
tate quia eterna ibi est veritas et eterna caritas et vera ibi caritas
vera eternitas et cara est ibi eternitas cara veritas De gratia
dei qua sibi humanum genus reconciliat ut salvetur cum pietate c. ij :-

Sed quia exulavimus ab incommutabili gaudio nec tamen inde
precisi atque abrupti sumus ut non etiam in istis mutabi-
libus et temporalibus eternitatem veritatem beatitudinem queramus neque
mori enim nec falli nec perturbari volumus missa sunt nobis divinitus
visa congrua peregrinationi nostre quibus admoneremur non hic esse
quod querimus sed illuc ab ista esse redeundum unde nisi penderemus
hic ea non quereremus Ac primum nobis persuadendum fuit quantum
nos diligeret deus ne desperatione non auderemus erigi in eum Quales
autem dilexerit ostendi oportebat ne tamquam de meritis nostris superbien-
tes magis ab eo resiliremus et in nostra fortitudine magis de-
ficeremus Ac per hoc egit nobiscum ut per eius fortitudinem potius
proficeremus atque ita in infirmitate humilitatis perficeretur virtus caritatis
hoc significat in psalmo ubi ait pluviam quippe voluntariam segrega-
bis deus etc. pluviam quippe voluntariam non nisi gratiam
volunt intelligi non meritis redditam sed gratis datam unde et
gratia nominatur Dedit enim eam non quia digni eramus sed quia
voluit hec cognoscentes non fidentes in nobis erimus et hoc
est infirmari ipse enim perficit nos qui etiam paulo apostolo dixit
Sufficit tibi gratia mea etc. Persuadendum ergo erat homini quan-
tum nos dilexerit deus et quales dilexerit Quantum ne desperaremus
quales ne superbiremus hunc locum apostolus pernecessarium sic ex-
plicat Commendat autem suam caritatem deus in nobis Si enim
cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius
multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius Item alio
loco Quid ergo dicemus ad hec Si deus pro nobis quis
contra nos Qui filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tra-
didit illum Quomodo non cum illo omnia donavit nobis Quod
autem factum omnibus nobis annuntiatur hoc futurum ostendebat et
antiquis iustis ut per eandem fidem etiam ipsi humiliati in-
firmarentur et infirmati perficerentur Quia ergo unum est verbum
dei per quod facta sunt omnia quod est incommutabilis veritas ubi prin-
cipaliter atque incommutabiliter sunt omnia simul non solum que nunc
sunt in hac universa creatura verum etiam que fuerunt et que ventura
sunt ibi autem nec fuerunt nec futura sunt sed tantummodo sunt et omnia
vita sunt et omnia unum sunt et magis unum est et una vita est Sic
enim per ipsum omnia facta sunt ut quidquid factum est in hiis in illo vita
sit et facta non sit quia in principio non factum est verbum sed erat

verbum apud deum et deus erat verbum et omnia per ipsum facta sunt non per ipsum omnia facta essent nisi ipsum esset ante omnia factum. In his autem que per ipsum facta sunt etiam corpus quod vita non est per ipsum non fieret nisi in illo antequam fieret vita esset. Quod enim factum est in illo iam vita erat et non qualiscumque vita. et anima vita est corporis sed et hec facta est quia mutabilis est et per quid facta est nisi per dei verbum incommutabile. Omnia per ipsum facta sunt etc. Quod ergo factum est iam in ipso vita erat et non qualiscumque vita sed vita erat lux hominum lux utique racionalium mencium per quas homines a pecoribus differunt et ideo sunt homines. Non ergo lux corporea que lux est carnium oculorum sive de celo fulgeat sive de terrenis ignibus accendatur nec humanarum tantum carnium sed et belvinarum et usque ad minutissimos quosque vermiculos. Omnia enim hec vident istam lucem. Sed illa vita lux erat hominum nec longe posita ab unoquoque nostrum in illo enim vivimus movemur et sumus. Sed lux in tenebris lucet.

De incarnatione verbi ut participes eius esse possimus. Capitulum tercium

Tenebre autem sunt stulte mentes hominum prava cupiditate atque infidelitate cecate. Has ut curaret atque sanaret verbum per quod facta sunt omnia caro factum est et habitavit in nobis. Illuminatio quippe nostra participatio verbi est illius scilicet vite que lux est hominum. Huic autem participationi prorsus inhabiles et minus idonei eramus propter immundiciam peccatorum. Mundandi ergo eramus. Porro iniquorum et superborum una mundatio est sanguis iusti et humilitas dei ut ad contemplandum deum quod natura non sumus et quod peccato non sumus. Deus enim natura non sumus homines natura sumus iusti peccato non sumus. Deus itaque factus est homo iustus intercessit deo pro homine peccatore non enim congruit peccator iusto sed congruit homini homo. Adiungens ergo nobis similitudinem humanitatis sue abstulit dissimilitudinem iniquitatis nostre et factus est particeps mortalitatis nostre fecit participes divinitatis sue. Merito quippe mors peccatorum ex dampnationis necessitate veniens soluta est per mortem iusti venientem ex misericordie voluntate dum simplum eius congruit duplo nostro. Hec congruentia sive convenientia vel concinentia vel consonantia vel si quid commodius dicitur quod est unum ad duo in omni compaginatione vel si melius dicitur coaptacione creature valet plurimum. Hanc enim coaptacionem sicut mihi nunc occurrit dicere volui quam greci armoniam vocant. Nec nunc locus est ut ostendam quantum valeat consonantia simpli ad duplum que maxime in nobis reperitur et sic nobis insita naturaliter a quo utique nisi ab eo qui nos creavit ut nec imperiti possent eam non sentire sive ipsi cantantes sive alios audientes. Per

hat quippe voces acutiores graviores que concordant ita ut quis-
quis ab ea dissonuerit non scientiam cuius expertes sunt plurimi sed ipsum
sensum nostri auditus vehementer offendat. Sed hoc ut demonstretur
longo sermone opus est presentibus autem auribus exhiberi potest ab eo
qui novit in regulari monocordo. ¶ De simplo salvatoris
in quo duplum nostrum concurrit et congruit. Capitulum tertium

Verum quod instat impresentia quantum donat deus edisserendum
est quemadmodum simplum domini et salvatoris nostri Jhesu
Christi duplo nostro conveniat et quomodo concinat ad salutem.
Nos certe quod nemo christianus ambigit et anima et corpore mor-
tui sumus anima propter peccatum, corpore propter penam peccati. Utrique autem
rei nostre id est anime et corpori medicina resurrectionis opus erat
ut in melius renovaretur quod erat in deterius commutatum. Mors
autem anime impietas est et mors corporis corruptibilitas per
quam fit anime a corpore abscessus. Sicut enim anima deo deserente ita
corpus anima deserente moritur unde fit illa insipiens, hoc exa-
nime. Resuscitatur ergo anima per penitentiam et in corpore adhuc mortali
renovatio vite inchoatur a fide qua creditur in eum qui iusti-
ficat impium bonisque moribus augetur et roboratur de die in diem
cum magis magisque renovatur interior homo. Corpus vero tamquam
homo exterior quanto hec vita diuturnior est magis magisque corrum-
pitur vel etate vel morbo vel variis afflictionibus donec veniat
ad ultimam que ab omnibus mors vocatur. Eius autem resuscitatio
differtur in finem cum et ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. Et
Tunc enim similes ei erimus et videbimus. Nunc vero quamdiu corpus quod corrum-
pitur aggravat animam et vita humana super terram tota temptatio
est non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens in comparatione iusti-
tie qua equabimur angelis et glorie que revelabitur in nobis.
De morte autem anime a morte corporis distinguenda et discernenda
quid plura documenta commemorem cum dominus in evangelica sententia
utramque mortem cuivis facile discernendam posuit ubi ait Sine
mortuos sepelire mortuos suos. Sepeliendum quippe corpus
mortuum erat. Sepultores autem eius per infidelitatis impieta-
tem in anima mortuos intelligi voluit quales excitantur cum
dicitur Surge qui dormis etc. Detestatur autem quamdam mortem
apostolus dicens de vidua. Que autem in deliciis agit vivens mor-
tua est. Anima ergo iam pia que fuit impia propter iustitiam
fidei dicitur a morte revixisse atque vivere. Corpus autem non tantum
moriturum propter anime abscessum qui futurus est sed propter tantam
infirmitatem carnis et sanguinis quodam loco in scripturis etiam
mortuum dicitur loquente apostolo Corpus quidem mortuum est propter
peccatum, spiritus autem vita ex fide facta est, quia iustus ex fide vivit

Sed quid sequitur Si autem spiritus eius qui suscitavit ihesum a mor-
tuis habitat in vobis. Huic autem duple morti nostre salvator im-
pendit simplam suam et ad faciendam utramque resurrectionem nostram
in sacramento et exemplo proposuit unam suam Nec enim fuit peccator
aut impius ut ei tamquam spiritu mortuo in interiori homine renovari
opus esset et tamquam resipiscendo ad vitam iustitie revocari Sed
indutus carne mortali et sola moriens sola resurgens ea
sola nobis ad utrumque concinuit cum in ea fieret interioris hominis
sacramentum exterioris exemplum Interioris hominis nostri sacramento data
est illa vox pertinens ad mortem anime nostre significandam non solum in
psalmo verum etiam in cruce Deus deus meus ut quid me dereli-
quisti Cui voci congruit apostolus dicens Scientes quia vetus homo
noster simul crucifixus est cum christo etc. Crucifixione quippe interioris
hominis penitentie dolores intelliguntur et continentie quidam salubris
cruciatus per quam mortem mors impietatis perimitur in qua nos
non relinquit deus Et ideo per talem crucem evacuatur corpus peccati
ut iam non exhibeamus membra nostra membra iniquitatis peccato Quia
interior homo si utique renovatur de die in diem profecto vetus est
antequam renovetur. Intus namque agitur quod idem apostolus dicit Exui-
te vos veterem hominem etc. Quod ita consequenter exponit Quapropter depo-
nentes mendacium loquimini veritatem Ubi autem deponitur mendacium nisi in-
tus ut inhabitet in monte sancto dei qui loquitur veritatem in corde suo
Resurrectio vero corporis domini ad sacramentum interioris resurrectionis
nostre pertinere ostenditur ubi postquam resurrexit ait mulieri
Noli me tangere etc. Cui misterio congruit apostolus dicens
Si autem resurrexistis cum christo etc. Hoc est christum non tangere nisi
cum ascendit ad patrem Non de christo carnaliter sapere Iam vero
ad exemplum mortis exterioris hominis nostri dominice carnis mors
pertinet quia per talem passionem maxime hortatus est servos suos
ut non timeant eos qui occidunt corpus animam autem non possunt
occidere propter quod dicit apostolus Ut suppleam que desunt pressurarum
christi in carne mea Et ad exemplum exterioris hominis nostri pertinere
invenitur resurrectio corporis domini quia discipulis ait Palpate et videte
quia spiritus carnem et ossa non habet Et unus ex discipulis eius etiam
cicatrices eius contrectans exclamavit Dominus meus et deus
meus Et cum illius carnis tota integritas appareret demonstra-
tum est in ea quod suos exhortans dixerat Capillus capitis vestri
non peribit Unde etiam prius Noli me tangere etc. Et unde antequam
ascendat ad patrem a discipulis tangitur nisi quia illic in-
sinuabatur interioris hominis sacramentum hic prebebatur exterioris ex-
emplum An forte quisquam ita est absurdus atque aversus a vero
ut audeat dicere a viris eum tactum antequam ascenderet mulieribus autem

eum ascendisse propter hoc exemplum futurae resurrectionis nostrae in
corpore quod praecessit in domino dicit apostolus initium christus deinde qui
sunt christi De corporis enim resurrectione illo loco agebat propter quam
etiam dicit Transfiguravit corpus humilitatis nostrae conforme corpori
gloriae suae Una ergo mors salvatoris nostri duabus morti
bus nostris saluti fuit et una eius resurrectio duas nobis resur
rectiones praestitit cum corpus eius in utraque re id est in morte et in resur
rectione et in sacramento interioris hominis nostri et exemplo exterioris
medicinali quadam convenientia ministratum est Cap v

De ratione simpli ad duplum per numerum ternarium atque senarium

Hec autem ratio simpli ad duplum oritur quidem ternario
numero unum quippe ad duo tria sunt Sed hoc totum quod
dixi ad senarium pervenit unum enim et duo et tria sex
fiunt Qui numerus propterea perfectus dicitur quia partibus suis completur
habet enim eas tres partes sextam tertiam et dimidiam nulla pars
alia quae dici possit quota sit invenitur in eo Sexta ergo eius
unum est tertia duo dimidia tria Unum autem et duo et tria
consummant eundem senarium Cuius perfectionem nobis sancta scriptura
commendat in eo maxime quod deus sex diebus perficit opera sua et
sexto die factus est homo ad ymaginem dei et sexta aetate generis
humani filius dei venit et factus est filius hominis ut nos
reformaret ad ymaginem dei Ea quippe aetas nunc agitur
sive millenis annis singulis distribuantur aetatibus sive in divinis
litteris memorabiles atque insignes quosdam articulos temporum in
vestigamus ut prima aetas inveniatur ab adam usque ad noe
inde secunda usque ad abraham et deinceps sicut matheus evan
gelista distinxit ab abraham usque ad david a david
usque ad transmigrationem babilonis atque inde usque ad virginis
partum Quae tres aetates coniunctae illis duabus faciunt quinque
Proinde sextam inchoavit nativitas domini quae nunc agitur usque ad
occultum temporis finem Hunc senarium numerum quandam temporis figu
ram etiam in illa tripartita distributione agnoscimus qua
unum tempus computamus ante legem alterum sub lege tertium sub
gratia in quo tempore sacramentum renovationis accepimus ut in fine
temporis etiam resurrectione carnis omni ex parte renovati ab universa
non solum animae verum etiam corporis infirmitate sanemur Unde intelli
gitur illa mulier in typo ecclesiae a domino sanata et erecta quam
mulcaverat infirmitas alligante sathana De talibus enim
occultis hostibus plangitur illa voce psalmi Curvaverunt animam meam
Habebat autem mulier octodecim annos in infirmitate quod
est ter seni Menses autem annorum octodecim inveniuntur in numero

solidi quadrati senarii quod est sexies seni et hoc sexies
Iuxta quippe est in eodem euangelii loco Arbor quoque illa ficul
nea trinis inutilem sterilitate etiam tertii anni arguebat
Sed ita pro illa intercessum est ut dimitteretur illo anno ut si fru
ctum ferret bene Sin aliter excideretur Nam et tres anni ad eandem
triplicitatem distributionem pertinent et menses trium annorum quadra
tum senarium faciunt quod est sexies seni Annus etiam unus si
xii menses integri considerentur quos tricenum dies compleat Tales
quippe menses veteres observaverunt quos circuitus lunaris ostendit
senario numero pollet Quod enim valet sex in primo ordine numerorum
qui constat ex unis ut perveniat ad decem hoc autem valent sexa
ginta in secundo ordine qui constat ex denis ut perveniat ad centum
Sexagenarius ergo numerus dierum sexta pars anni est Proinde per se
narium primi ordinis multiplicatur tamquam senarius secundi ordinis et fiunt
sexies sexageni trecenti sexaginta dies qui sunt integri duodecim
menses Sed quoniam sicut menses circuitus lune ostendit hominibus
sic annus circuitu solis animadversus est Restant autem quinque di
es et quadrans diei ut sol impleat cursum suum annumque conclu
dat Quatuor enim quadrantes faciunt unum diem quem necesse est
intercalari excurso quadriennio quod bisextum vocant ne temporum
ordo turbetur Etiam ipsos quinque dies et quadrantem si consideremus
Senarius numerus in eis plurimum valet primo quia sicut fieri solet
ut a parte totum computetur non est iam quinque dies sed potius sex ut qua
drans ille accipiatur pro die Deinde quia in ipsis quinque diebus sexta
pars mensis est ipse autem quadrans sex horas habet Totus enim dies id est
cum sua nocte xxiiii hore sunt quarum pars quarta qui est quadrans
diei sex hore inveniuntur Ita in anni cursu senarius numerus valet

De quadraginta et sex annis edificationis dominici corporis C. vi

Nec immerito in edificatione dominici corporis in cuius figura
templum a iudeis destructum triduo se resuscitaturum di
cebat numerus ipse senarius pro anno positus intelligitur Dixe
runt ergo Quadraginta et sex annis edificatum est templum Et qua
dragies sexies seni fiunt cclxxvi dies Qui numerus dierum complet
ix menses et sex dies qui tamquam decem menses parientibus fe
minis imputantur non quia omnes ad sextum diem post nonum
mensem perveniunt Sed quia ipsa perfectio corporis domini tot diebus
ad partum perducta comperitur sicut a maioribus traditum suscipiens
ecclesie custodit auctoritas Octavo enim kalendas aprilis conceptus
creditur quo et passus Ita in monumento novo quo sepultus est
ubi nullus positus erat mortuorum nec ante nec postea congruit
uterus virginis quo conceptus est ubi nullus seminatus est morta
lium Natus autem traditur viii kalendas Ianuarii Ab illo ergo die

usque ad editum computati cclxxvi reperiuntur dies qui senarium numerum
quadragies sexies habet. Quo numero annorum templum edificatum
est quia eo numero senariorum corpus domini perfectum est quod mortis
passione destructum triduo resuscitavit. Dicebat enim hoc de tem
plo corporis sui sicut evidentissimo et robustissimo evangelii testimonio de
claratur quod ait Sicut fuit Jonas in ventre ceti et cetera

De triduo impleto quo dominus resurrexit Capitulum vii

Ipsum autem triduum non totum et plenum fuisse scriptura testis est
sed primus dies a parte extrema totus annumeratus est dies vero tertius
a parte prima et ipse totus medius autem inter eos id est secundus abso
lute totus xxiiii horis suis duodecim nocturnis duodecim di
urnis. Crucifixus est enim primo iudeorum vocibus hora tertia cum esset
dies sexta sabbati. Deinde in ipsa cruce suspensus est hora sexta et
spiritum tradidit hora nona. Sepultus autem est cum iam sero esset
sicut se habent verba evangelii quod intelligitur in fine diei. Unde
ergo libet incipias etiamsi alia ratio reddi potest quomodo non sit
contra evangelium Johannis ut hora tertia ligno suspensus intelligatur
totum diem primum non comprehendis. Ergo a parte extrema totus compu
tabitur sicut tertius a parte prima quod a nocte sumat dies initium.
Nox enim usque ad diluculum quo domini resurrectio declarata est ad
tertium pertinet diem. Quia dies qui dixit de tenebris lumen
clarescere ut per gratiam novi testamenti et per participationem resurrectionis
Christi audiremus Fuistis enim aliquando tenebre et cetera insinuat nobis
quodammodo quod a nocte sumat dies initium. Sicut enim primi dies
propter futurum hominis lapsum a luce in noctem ita isti propter hominis
reparationem a tenebris ad lucem computantur. Ab hora ergo mortis
usque ad diluculum resurrectionis hore sunt xl ut etiam ipsa hora no
na connumeretur. Cui numero congruit etiam vita eius super terram
post resurrectionem in xl diebus et est ille numerus in scripturis fre
quentissimus ad insinuandum misterium perfectionis in quadripartito
mundo. Habent enim perfectionem quandam decem ut ea quater multipli
cata faciunt xl. A vespere autem sepulture usque ad diluculum resur
rectionis xxxvi hore sunt qui est quadratus senarius. Refertur ad il
lam rationem simpli ad duplum ubi est coaptationis maxima
consonantia. xii enim ad xxiiii simpli ad duplum conveniunt et fiunt
xxxvi nox tota cum die toto et nocte tota nec hoc sine illo
sacramento quod supra commemoravi. Non absurde quippe spiritum
diei comparamus corpus autem nocti. Dominicum enim corpus in mor
te ac resurrectione et spiritus nostri figuram et corporis gerebat. Ac per hoc
etiam sic ergo apparet illa ratio simpli ad duplum in horis xxxvi
cum xii ad xxiiii conferuntur. Et horum quidem numerorum causas cum

in scripturis sanctis positi sunt ut alius alias indagare vel quibus iste quas ego tradidi preponende sint vel etiam probabiliores frustra tamen eos esse in scripturis positos et nullas esse tantas misticas causas cur isti ibi numeri commorarentur nemo tam stulte ineptus est ut contendat. Ego autem quas tradidi vel ecclesie catholice a maioribus traditas quas vel divinarum scripturarum testimonio vel ex ratione numerorum similitudinumque collegi contra rationem nemo sobrius contra scripturas nemo christianus contra ecclesiam nemo pacificus senserit.

De pignoribus et prefigurationibus que ad venturum pertinent. Capitulum octavum.

Hoc sacramentum hoc sacrificium hic sacerdos hic deus antequam missus veniret factus ex femina omnia que sacrate ac mistice patribus nostris per angelica miracula apparuerunt sive que per ipsos facta sunt similitudines huius fuerunt ut omnis creatura factis quodammodo loqueretur unum futurum in quo esset salus universorum a morte reparandorum. Quia enim ab unitate dei summi et veri per impietatis iniquitatem resilientes et dissonantes defluxeramus et evanueramus in multa discissi per multa et inherentes in multis oportebat nutu et imperio dei miserantis ut ipsa multa venturum conclamarent unum et a multis conclamatus veniret unus et multa contestarentur venisse unum et a multis exonerati veniremus ad unum et multis peccatis in anima mortui et propter peccatum in carne morituri amaremus sine peccato mortuum in carne pro nobis unum et in resuscitatum credentes et cum illo per fidem spiritu resurgentes iustificaremur in uno iusto facti unum nec in ipsa carne nos resurrecturos desperaremus cum multa membra intuemur precessisse nos caput unum in quo nunc per fidem mundati et tunc per speciem redintegrati et per mediatorem deo reconciliati hereamus uni fruamur uno permaneamus unum.

De filio dei qui et in forma dei et in forma servi una est persona. Capitulum nonum.

Sic ipse filius dei verbum dei et idem ipse mediator dei et hominum filius hominis equalis patri per divinitatis unitatem et particeps noster per humanitatis susceptionem patrem interpellans pro nobis per illud quod homo erat nec tamen tacens quod deus cum patre unum erat. Et inter cetera ita loquitur. Non pro his rogo tantum sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum. Et reliqua.

De unitate ecclesie in deo per gratiam dilectionis cuius forma perfecta unitas patris et filii et spiritus sancti. Capitulum decimum.

Non dixit. Ego et ipsi unum quamvis per id quod ecclesie caput est et corpus eius ecclesia posset dicere. Ego et ipsi non unum sed unus quia caput et corpus unus est christus. Sed divinitatem suam consubstantialem patri ostendens propter quod et alio loco dicit. Ego et pater unum sumus in suo genere hoc est in eiusdem nature consubstantiali parilitate vult esse suos unum sed in ipso quia in se ipsis non possent

dissociati ab invicem per diversas voluntates et cupiditates et immundicias peccatorum, unde mundantur per mediatorem ut sint in illo unum, non tantum per eandem naturam qua omnes ex hominibus mortalibus equales fiunt sed etiam per eandem caritatem in eandem beatitudinem conspirante concordissima voluntate in unum spiritum quodammodo caritatis igne conflata. Ad hoc enim valet quod ait ut sint unum sicut et nos unum sumus ut quemadmodum pater et filius non tantum equaliter substantie sed etiam voluntate unum sunt, ita et hii inter quos et deum mediator est filius, non tantum per id quod eiusdem nature sunt sed etiam per eandem dilectionis societatem unum sint. Deinde idipsum quod mediator est per quem reconciliamur deo sic indicat: Ego inquit in eis et tu in me ut sint consummati in unum.

De mediatore ad mortem dyabolo et mediatore ad vitam ihesu christo. Capitulum xi.

Hec est vera pax et cum creatore nostro nobis firma connexio purgatis et reconciliatis per mediatorem vite sicut maculati et alienati ab eo recessimus per mediatorem mortis. Sicut enim dyabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem, ita christus humilis hominem obedientem perduxit ad vitam. Quia sicut elatus cecidit et deiecit consentientem, sic iste humiliatus surrexit et erexit credentem. Quia enim non pervenerat dyabolus quo iste perduxerat, mortem quippe spiritus in impietate gestabat sed mortem carnis non subierat quia nec indumentum susceperat, magnus homini videbatur princeps in legionibus demonum per quos fallaciarum regnum exercet. Sic hominem per elationis typum potentie quam iusticie cupidiorem aut per falsam philosophiam magis inflans aut per sacra sacrilegia irretiens, in quibus etiam magice fallacie curiosiores superbioresque animas deceptas atque illusas precipitat, subditum tenent, pollicens etiam purgationem anime per eas quas teletas appellant, transfigurando se in angelum lucis per multiformem machinationem in signis et prodigiis mendacii.

De fallacibus ludificationibus quibus homines immundi spiritus fallunt. Capitulum xii.

Facile est enim spiritibus nequissimis per aeria corpora facere multa que mirentur anime terrenis corporibus aggravate etiam melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus et exercitationibus modificata in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent ut hii qui nunquam talia viderunt narrata vix credant, quid magnum est dyabolo et angelis eius de corporeis elementis per aeria corpora facere que caro miretur, aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus fantasmata imaginum machinari quibus vigilantes dormientesque decipiat vel furentes exagitet. Sed sicut fieri potest ut homo vita ac

moribus melior putetur nequissimos homines vel in aere ambulan
tes vel motibus insolitis corporum multa incredibilia facientes
nec ullo modo talia facere concupiscat nec eos propterea sibi preponen
dos existimet. Sed anima fidelis ac pia non solum si videat verum
etiam si propter fragilitatem carnis exhorreat miracula demonum
non ideo tamen aut non se posse talia dolebit. Aut ob hoc illos
meliores esse iudicabit cum sit presertim in societate sanctorum qui
potestate dei cui cuncta subiecta sunt et nequaquam fallacia et mul
to maiora fecerunt siue homines siue angeli boni ¶ De fal

sis et deceptoriis purgatoribus. Capitulum xiii

Nequaquam igitur
per sacrilegas similitudines et impias curiositates et magi
cas consecrationes anima purgatur et reconciliatur deo quia falsus
mediator non traicit ad superiora sed potius obsidens intercludit
viam per affectus quos tanto malignitores quanto superbiores
sue societati inspirat qui non possit ad euolandum pennas nu
trire virtutum sed potius ad deprimendum pondera aggerare
viciorum. tanto grauius anima ruitura quanto sibi videtur euecta su
blimius. Proinde sicut magi fecerunt diuinitus moniti quos ad
humilitatem domini adorandam stella perduxit. Ita et nos non qua
venimus sed per aliam viam ad patriam redire debemus quam rex hu
milis docuit / et quam rex superbus / humili regi aduersarius
obsidere non possit. Et nobis enim ut adoremus humilem Christum ce
li enarrauerunt gloriam dei Cum in omnem terram exiuit sonus eorum
et in fines terre Via nobis fuit ad peccatum mortem per peccatum in Adam /
per unum quippe hominem intrauit peccatum in hunc mundum et per
peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes pec
cauerunt. Huius vie mediator dyabolus fuit persuasor peccati
et precipitator in mortem nam et ipse ad operandam duplam mortem
nostram simplam attulit suam per impietatem namque mortuus
in spiritu. carne utique mortuus non est. Nobis autem et impietatem
persuasit et propter hanc ut in mortem venire mereremur effecit. Unum ergo
appetiuimus iniqua persuasione alterum nos secutum est iusta dam
pnacione. propterea quippe scriptum est Deus mortem non fecit. quia
causa mortis ipse non fuit. Sed tamen retributione eius iustissima
mors irrogata est peccatori. Sicut supplicium iudex irrogat reo ca
usa tamen supplicii non est iusticia iudicis sed meritum criminis. Quo
ergo nos mediator mortis transmisit. et ipse non venit. id est ad
mortem carnis ibi nobis dominus deus noster medicinam emendatio
nis inseruit quam ille non meruit occulta et nimis archana
diuine alteque iusticie. Ut ergo sicut per unum hominem mors ita per
unum hominem fieret resurrectio mortuorum. quia magis vita
bant homines quod vitare non poterant mortem carnis quam mor
tem spiritus. id est magis penam quam meritum pene vnde non peccare.

aut non vivat aut parum vivat. Non mori autem quamvis non obtineat
vehementer satagit. Vite mediator ostendens quam non sit mors timenda
que per humanam conditionem iam evadi non potest sed potius impietas
que per fidem caveri potest occurrit nobis ad finem quo veniebamus sed non qua
veniebamus. nos enim per peccatum ad mortem venimus ille per iustitiam. Et
ideo cum sit mors nostra pena peccati. mors illius facta est hostia pro peccato

Mortem Christi non fuisse necessitatis nostre sed voluntatis pie/ceptatis C xiiii

Quapropter cum spiritus corpori preponatur. mors quod sit spiritus a deo dese-
ri. mors autem corporis ab spiritu deseri. ea quod sit pena in morte
corporis ut quia spiritus volens deseruit deum. deserat corpus
invitus ut cum spiritus deum deseruerit quia voluit. deserat corpus
etiam si noluerit nec deserat cum voluerit nisi aliquam sibi vim
qua ipsum corpus perimatur intulerit. Demonstravit spiritus mediatoris
quam nulla pena peccati usque ad mortem carnis eius accesserat. quia
non eam deseruit invitus sed quia voluit. quando voluit et quomodo vo-
luit. Quippe verbo dei ad unitatem commixtus. Hinc ait potestatem
habeo ponendi animam meam etc. et hoc maxime mirati sunt sicut
evangelium loquitur qui presentes erant cum post illam vocem in qua fi-
guram peccati nostri edidit continuo tradidit spiritum. Longa enim morte cru-
ciabantur suspensi. unde latronibus ut iam morerentur et de ligno
ante sabbatum deponerentur crura confracta sunt. Ille autem quia mortu-
us inventus fuit miraculo fuit. hoc etiam pilatum legimus fuisse
miratum cum ab illo sepeliendum corpus domini peteretur. Ille utique decep-
tor qui fuit homini mediator ad mortem falso quod se opponit
ad vitam nomine purgationis per sacra et sacrificia sacrilega quibus
superbi seducuntur quia nec participationem mortis nostre habere potuit
nec resurrectionem sue simplam quippe suam mortem ad duplam nostram
potuit afferre simplam vero resurrectionem in qua et sacramentum esset
renovationis nostre et in fine eius que figura est evigilationis ex-
emplum non utique potuit. Ille proinde qui spiritu vivus carnem suam
mortuam resuscitavit. verus vite mediator illum spiritum mortuum et
mortis mediatorem a spiritibus in se credentium foras misit ut
non regnaret intrinsecus. sed forinsecus oppugnaret nec tamen
expugnaret. Cui seipsum quoque temptandum prebuit ut ad superandas
etiam temptationes eius mediator esset. non solum per adiutorium
verumetiam per exemplum. Sed ille primitus ubi per omnes aditus ad
interiora moliens irrepere expulsus est post baptismum in heremo
completa omni temptatione illecebrosa quia vivum spiritum mortuus
spiritus non invasit. Cum non avidus mortis humane quivit se ad
faciendam mortem quam potuit et permissus est in illud quod ex no-
bis mortale vivus mediator acceperat. et ubi potuit aliquid
facere ibi ex omni parte devictus est. Et unde accepit exterius

potestatem dimitteret carnis occidendae praecederet interior qua nos tenebat
potestas eius occisa est. Factum est enim ut vincula peccatorum multorum in
multis mortibus per unius unam mortem quam peccatum nullum prae-
cesserat solverentur. Quam propterea Dominus pro nobis indebitam reddidit ut
nobis debita non noceret. Neque enim cuiusquam iure potestatis exutus
est carne, sed ipse se exuit. Nam qui posset non mori si vellet,
procul dubio quia voluit mortuus est. Et ideo principatus et potesta-
tes expoliavit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Morte sua
quippe uno verissimo sacrificio pro nobis oblato quidquid culparum
erat unde nos principatus et potestates ad luenda supplicia iure de-
tinebant purgavit, abolevit et extinxit, et sua resurrectione in
novam vitam nos praedestinatos vocavit, vocatos iustificavit, iusti-
ficatos glorificavit. Ita dyabolus hominem quem per consensionem seductum
tamquam iure integro possidebat, et ipse nulla corruptione carnis
et sanguinis septus, per istam corporis mortalis fragilitatem nimis
egeno et infirmo, tanto superbior quanto velut ditior et fortior
quasi pannoso et aerumnoso dominabatur, in ipsa morte carnis amisit.
Quo enim cadente non secutus compulit redemptorem. Hic in mortis
consortio filius dei nobis fieri dignatus est amicus, quo non per-
veniendo meliorem se nobis atque maiorem putavit inimicus. Dixit
enim redemptor noster: Maiorem dilectionem nemo habet. Quocirca etiam ipso
Domino se credidit dyabolus superiorem, inquantum illi Dominus in passionibus
cessit, quia et de ipso intellectum est quod in psalmis legitur: Minuisti eum
paulominus ab angelis, ut ab iniquo velut aequo iure adversus
nos agente ipse occisus innocens eum iure aequissimo superaret atque
ita captivitatem propter peccatum factam captivaret, nosque liberaret a cap-
tivitate propter peccatum, suo iusto sanguine iniuste fuso mortis cyrogra-
phum delens et iustificandos redimens peccatores. Hinc etiam dyabolus
adhuc suos illudit, quibus se per sua sacra velut purgandis et
potius implicandis atque mergendis falsus mediator opponit, quod
superbis facillime persuadet irridere atque contemnere mortem Christi, a
qua ipse est quanto alienior tanto eis sanctior atque divinior. Qui
tamen apud eum paucissimi remanserunt, agnoscentibus gentibus et pia
humilitate vincentibus pretium suum, eiusque fiducia deserentibus hostem
suum et concurrentibus ad redemptorem suum. Nescit enim dyabolus quomodo illo
et insidiante et furente utatur ad salutem fidelium suorum excellentissima
sapientia dei, a fine superiore quod est initium spiritualis creaturae usque ad
finem inferiorem quod est mors corporis pertendens fortiter et disponens
omnia suaviter. Attingit enim ubique propter suam munditiam et nihil in-
quinatum in eam incurrit. A morte autem carnis alieno dyabolo unde
nimium superbus incedit, mors alterius generis praeparatur in aeterno igne
tartari, quo non solum terrenis sed etiam cum aeriis corporibus

quam etiam spiritus possint. Superbi autem homines quibus christus quia mortuus est viluit ubi nos tam magno emit et ista morte vicerit tum hominibus conditorum ex supplicio natae quam traxit ex primo peccato et in illam cum illo praecipitabat, quae contra christo proponebat quia ipse in istam decidat quo per distante nam ipse non ceciderit et quo propter eos pungentes misericordiam ille descendit et tamen se daemonibus esse meliores et eis dubitant credere eos quia maledictis omnibus insectari detestari quia non cessant. Christi autem alienos ab huius mortis passione noverint propter quam christum contempserunt nec sic volunt considerare quam fieri potuit ut in se manens nec posse ex ulla parte mutabile verbum dei per inferioris tamen naturae susceptionem aliquid inferius pati posset quod immundus daemon quia terrenum corpus non habet pati non possit. Sic tamen et ipsis daemonibus meliores tamen quia carnem portant mori sic possunt quemadmodum mori daemones quia non carnem portant non utique possunt. Et cum de mortibus sacrificiorum suorum multa praesumant quae se fallacibus superbis quod spiritibus immolare non sentiunt. Aut si etiam sentiunt aliquid sibi prodesse arbitrantur perfidorum et invidorum amicitiam quorum intentionis nullum negotium est nisi impedimento reditus nostri non intelligunt nec se ipsos superbissimos spiritus honoribus sacrificiorum gaudere potuisse nisi uni vero deo pro quo coli volunt verum sacrificium deberetur.

De sacrificio vero et perfecto quod ipse pro nobis salvator effectus est. Capitulum xv

Neque id posse rite offerri nisi per sacerdotem sanctum et iustum nec nisi ab eis accipiatur quod offertur pro quibus offertur atque id sine vitio sit ut pro vitiosis mundandis possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt qui pro se offerri sacrificium deo volunt. Quis ergo tam iustus et sanctus sacerdos quam unicus dei filius qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata nec originalia nec ex humana vita quae adduntur. Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur quam humana caro et quid tam aptum huic immolationi quam caro mortalis et quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium quam sine ulla contagione carnalis concupiscentiae caro nata in utero et ex utero virginali. Et quid tam grate offerri et suscipi posset quam caro sacrificii nostri corpus effectum sacerdotis nostri ut quia quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus verusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos deo ut unum cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat et quod offerebat.

De hijs qui sibi purgationem de virtute propria pollicentur. Capitulum xvi

Sunt autem quidam qui se putant ad contemplandum deum et inhaerendum deo virtute propria posse purgari quos ipsa superbia maxime maculat. Nullum enim vitium est cui magis

divina lege magis resistat et in quod magis accipiat deficiendi ministerium ille superbissimus spiritus ad summa mediator ad ima interclusor ministerium
obsistere impediens alia via devitetur aut per ipsum deficiente quod
improbat amalech aptissime et ad terram promissionis repugnando
transitum negans per crucem domini que moysi manibus extensis est pre-
figurata superatur. Hinc enim sibi purgationem isti virtute propria pollicentur quia
nonnulli eorum potuerunt aciem mentis ultra omnem creaturam transmittere
et lucem incommutabilis veritatis quantulacumque ex parte contingere quod
cristianos multos ex fide interim sola viventes nondum potuisse
derident. Sed quid prodest superbienti et ob hoc erubescenti lignum con-
scendere de longinquo prospicere patriam transmarinam aut quid obest
humili de tanto intervallo non eam videre in illo ligno ad eam ve-
nienti quo dedignatur ille portari.

Sapientes mundi nec resurrectionis veritatem cognoscere nec futurorum ordinem seriei potuisse quamvis et ipsi vaticinia habere videantur. Capitulum xvij

Si etiam resurrectionem carnis nos credere reprehendunt sibique
potius etiam de hiis rebus credi volunt quasi vero quia summam
incommutabilemque substantiam per illa que facta sunt intelligere
potuerunt propterea de conversione rerum mutabilium aut de contexto
seculorum ordine consulendi sunt. Numquid enim quia verissime disputant et
documentis certissimis persuadent eternis rationibus omnia temporalia fieri propterea
potuerunt in ipsis rationibus perspicere vel ex ipsis colligere quot sint
animalium genera que semina singulorum in exordiis qui modus in incre-
mentis qui numeri per conceptus per ortus per etates per occasus qui
motus in appetendis que secundum naturam sunt fugiendisque contrariis. Nonne
ista omnia non per illam incommutabilem sapientiam sed per locorum ac
temporum historiam quesierunt et ab aliis experta atque conscripta credi-
derunt. Quo minus mirandum est nullo modo eos potuisse prolixiorum seculorum
seriem investigare et quandam metam huius excursus quo tamquam
fluvio genus decurrit humanum atque inde conversionem ad suum
cuique debitum terminum. Ista enim nec historici scribere potuerunt longe
futura et a nullo experta atque narrata nec isti philosophi ceteris meliores
in illis summis eternisque rationibus intellectu talia contemplati sunt
alioquin non eiusdem generis preterita que potuerunt historici inquirerent sed po-
tius et futura prenoscerent. Quod qui potuerunt ab eis va-
tes a nostris appellati prophete sunt.

Unde aput impios sunt quidam futura presciri. Capitulum xviii

Quamquam et prophetarum nomen non
omnino alienum est a litteris eorum. Sed plurimum interest utrum experi-
mento preteritorum futura coniciantur sicut medici multa provi-
dendo etiam litteris mandaverunt que ipsi experta notaverant sicut denique
agricole vel etiam naute multa prenunciant. Talia enim si ex longis
intervallis temporum fiant divinationes putantur an vero iam ventura
processerint et longe visa venientia nuncientur pro acuto sensu viden-

tum. Quod cum faciunt aeree potestates divinare traduntur tamquam si quisquam de montis vertice aliquem longe videat venientem et proximis
in campo habitantibus annunciet. Hoc autem ab angelis sanctis quibus
eam deus per verbum sapientiam suam indicavit ubi et futura et praeterita
stant et quibusdam praemittuntur hominibus vel ab eis audita rur-
sus ad alios homines transmittuntur. Quamquam et quorundam hominum men-
tes in tantum evehuntur spiritu sancto ut non per angelos sed per se ipsas
futurorum instantes causas in ipsa summa arce conspiciant. Au-
diunt enim et ista aeree potestates sive angelis ea nunciantibus si-
ve hominibus et tantum audiunt quantum opus esse iudicat cui
subdita sunt omnia. Multa etiam praedicuntur instinctu quodam
impulsu spiritus nescientium sicut caiphas nescivit quid dixit sed
cum esset pontifex prophetavit. Ergo de successionibus seculorum et de re-
surrectione mortuorum philosophos nec illos consulere debemus qui cre-
atoris eternitatem in quo vivimus movemur et sumus quantum potue-
runt intellexerunt quia per ea quae facta sunt cognoscentes deum
non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt. Sed dicentes se
esse sapientes stulti facti sunt. Et cum idonei non essent in eternitate
spiritalis et incommutabilis naturae aciem mentis tam constanter
infigere ut in ipsa sapientia creatoris atque rectoris universitatis vide-
rent volumina seculorum quae iam ibi essent ut semper essent hic autem
futura essent ut non essent atque ut ibi viderent conversiones in melius
non solum animorum sed etiam corporum humanorum usque ad sui modi per-
fectionem. Cum ergo ad haec ibi videnda nullo modo essent idonei ne
ad id quidem digni habiti sunt ut eis ista per sanctos angelos nun-
ciarentur sive forinsecus per sensus corporis sive interioribus revelatio-
nibus in spiritu expressis sicut patribus nostris vera pietate praeditis haec
demonstrata sunt qui ea praedicentes et vel de praesentibus signis vel de
proximis rebus ita ut praedixerant factis fidem facientes auctoritatem
cui de longe futuris usque in finem seculi crederetur habere meruerunt.
Potestates autem aeree superbe atque fallaces etiam si quaedam de so-
cietate et civitate sanctorum et de vero mediatore a sanctis prophetis
vel angelis audita per suos vates dixisse reperiuntur id e-
gerunt ut per haec aliena vera etiam fideles dei si possent ad
sua falsa traherent. Deus autem per nescientes id egit ut veritas
undique resonaret fidelibus in adiutorium impiis in testimonium.

De fide qua creduntur temporaliter gesta et veritate ad quam etiam. C xix

Omnia igitur ad eterna capessenda idonei non eramus. Sordesque
peccatorum nos praegravabant temporalium rerum amore contracte et de
propagine mortalitatis tamquam naturaliter inolite purgandi
eramus. Purgari autem ut contemperaremur eternis non nisi per temporalia

possemus quolibet iam contemplari tenebamur. Sanitas enim a morbo
plurimum distat. Sed media curatio nisi morbo congruat non
perducit ad sanitatem. Inutilia temporalia decipiunt egrotos, utilia
temporalia suscipiunt sanandos et sanatos ad eterna transmittunt. Mens
autem rationalis sicut purgata contemplationem debet rebus
eternis sic purganda temporalibus fidem. Dixit quidam et illorum qui quon-
dam apud grecos sapientes habiti sunt: Quantum ad id quod ortum est
eternitas valet, tantum ad fidem veritas. Et profecto est vera sententia. Quod
enim nos temporale dicimus, hoc ille quod ortum est appellavit. Ex quo ge-
nere etiam nos sumus, non tantum secundum corpus, sed etiam secundum animi
mutabilitatem. Non enim proprie vocatur eternum quod aliqua ex parte mutatur.
Quantum ergo mutabiles sumus, in tantum ab eternitate distamus.
Promittitur enim nobis vita eterna per veritatem, a cuius perspicuitate
rursus tantum distat fides nostra quantum ab eternitate mortalitas.
Nunc ergo adhibemus fidem rebus temporaliter gestis propter nos et per
ipsam mundamur ut cum ad speciem venerimus quemadmodum succedit
fidei veritas, ita mortalitati succedit eternitas. Quapropter quoniam
fides nostra fiet veritas cum ad id quod nobis credentibus promittitur
pervenerimus. Promittitur autem nobis vita eterna. Et dixit veritas
non que fiet sicut futura est fides nostra sed que semper est veritas quia
ibi est eternitas. Dixit vero veritas: Hec est vero vita eterna ut
cognoscant te unum et verum deum et quem misisti ihesum christum. Cum
fides nostra videndo fiet veritas, tunc mortalitatem nostram commu-
tatam tenebit eternitas. Quod donec fiat et ut fiat, quia rebus
ortis accommodamus fidem credulitatis sicut in eternis speramus
veritatem contemplationis, ne fides mortalis dissonaret a veritate vi-
te eterne, ipsa veritas patri coeterna de terra orta est cum filius dei
sic venit ut fieret filius hominis et in se ipse exciperet fidem nostram qua
nos perduceret ad veritatem suam. Qui sic suscepit mortalitatem no-
stram ut non amitteret eternitatem suam. Quantum enim ad id quod
ortum est eternitas valet, tantum ad fidem veritas. Ita nos purgari
oportebat ut ille nobis fieret ortus qui maneret eternus, ne alter
nobis esset in fide, alter in veritate. Nec ab eo quod orti sumus ad
eterna transire possemus nisi eterno per ortum nostrum sociato ad e-
ternitatem ipsius traiceremur. Nunc itaque illuc quodammodo secuta
est fides nostra quo ascendit in quem credidimus, ortus, mortuus,
resuscitatus, assumptus. Horum quattuor duo posteriora noveramus in nobis.
Scimus enim et homines oriri et mori. Duo vero reliqua, id est resusci-
tari et assumi, iuste nobis speramus futura quia in illo facta
credimus. Itaque in illo quia et id quod ortum erat transiit ad eternitatem,
transiturum est et nostrum cum fides pervenerit ad veritatem. Iam enim cre-
dentibus ut in verbo fidei manerent et inde ad veritatem ac per hoc
ad eternitatem perducti a morte liberarentur, ita loquitur: Si manseritis
in verbo meo vere discipuli mei estis. Et quasi quererent quo fructu

scrutabuntur et cognoscetis veritatem Et rursus cum dicunt quid
prodest mortalibus veritas Et veritas inquit liberabit vos Unde
nisi a morte a corruptione a mutabilitate / veritas quippe immortalis
incorrupta incommutabilisque permanet vera autem immortalitas
vera incorruptibilitas vera immutabilitas ipsa est eternitas

De missione filii dei quia in forma servi patre factus est minor
cum in forma dei patri permaneat equalis Capitulum xx

Ecce ad quid missus est filius dei ymo vero ecce quid
est missum esse filium dei quecumque propter faciendam fidem
qua mundaremur ad contemplandam veritatem in rebus ortis
ab eternitate prolatis et ad eternitatem relatis temporaliter gesta sunt
aut testimonia missionis huius fuerunt aut missio ipsa filii dei
Sed testimonia quedam venturum prenunciaverunt quedam venisse
testata sunt Factum quippe creaturam per quem facta est omnis
creatura / omnem creaturam testem habere oportebat nisi enim mul-
tis missis predicaretur unus non multis dimissis teneretur unus
et in hiis nisi talia essent testimonia que parvis magna vi-
derentur non crederetur ille tam magnus ut magnos faceret ma-
gnus qui ad parvos missus est Incomparabiliter enim maiora filii
dei facta sunt celum et terra / et omnia que in eis sunt quia omnia per ipsum
facta sunt quam signa atque portenta que in eius testimonium pro-
ruperunt Sed tamen homines ut hec magna per eum facta parvi crederent
illa parva tamquam magna tremuerunt Cum ergo venit plenitudo
temporis etc. usque adeo parvum ut factum eo itaque missum quo factum
Si ergo maior mittit minorem fatemur et nos factum minorem
et in tantum minorem in quantum factum et in tantum factum in quantum missum
Misit enim filium suum factum ex muliere per quem tamen quia facta sunt omnia
non solum priusquam mulier factus sed priusquam essent omnia
Eundem mittenti confitemur equalem quem dicimus missum minorem
Quomodo ergo ante istam plenitudinem temporis qua eum oportebat mit-
ti priusquam missus esset videri a patribus potuit cum eis angeli-
ca visa quedam demonstrarentur quando nec iam missus sicut equalis
est patri videbatur Unde enim dicit philippo a quo utique sicut a ceteris
et ab ipsis a quibus crucifixus est in carne videbatur Tanto tempore
vobiscum sum et non cognovistis me etc. nisi quia videbatur
et non videbatur / videbatur sicut missus factus erat non videbatur
sicut per eum omnia facta erant Aut etiam unde id dicit Qui habet
mandata dei et servat ea etc. usque Et manifestabo ei meipsum
Cum quid tamen esset manifestus ante oculos hominum nisi quia carnem
quod verbum in plenitudine temporis factum erat suscipiende nostre fidei
porrigebat ipsum enim verbum per quod omnia facta sunt et facta erant purgatae per fidem mentem contemplandum in eternitate servabat Si enim filius

voluit. Cum insufflans ait: Accipite spiritum sanctum. Neque enim flatus ille corporeus cum sensum corporaliter tangeret procedens a corpore substantia spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum a patre sed et a filio procedere spiritum sanctum. Quis enim dementissimus dixerit alium fuisse spiritum sanctum quem insufflans apostolis dedit et alium quem post ascensionem suam misit? Unus enim spiritus est, spiritus dei, spiritus patris et filii, spiritus sanctus qui operatur omnia in omnibus. Sed quod bis datus est dispensatio est significationis fuit, de quo suo loco quantum dominus dederit disseremus. Quod ergo ait dominus: Quem ego mittam vobis a patre, ostendit spiritum et patris et filii. Quem etiam cum dixisset: Quem mittet pater, in nomine meo, non tamen dixit: Quem mittet pater a me, quemadmodum dixit: Quem ego mittam vobis a patre, intelligi ostendens quod totius divinitatis vel si melius dicitur deitatis principium pater est. Qui ergo a patre procedit et filio, ad eum refertur a quo natus est. Et quod dicit evangelista: Spiritus nondum erat datus quia Ihesus nondum erat glorificatus, quomodo intelligitur nisi quia certa illa spiritus sancti datio vel missio post clarificationem Christi futura erat qualis nunquam antea fuerat? Neque enim antea nulla erat, sed talis non fuerat. Si enim antea spiritus sanctus non dabatur, quo impleti locuti sunt prophetae? Cum scriptura dicat aperte et multis locis ostendat spiritu sancto eos fuisse locutos. Cum et de Iohanne baptista dictum sit: Spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suae. Et spiritu sancto repletus Zacharias invenitur pater eius ut de illo talia diceret. Et spiritu sancto Maria ut talia de domino quem gestabat utero praedicaret. Spiritu sancto Symeon et Anna ut magnitudinem Christi parvuli agnoscerent. Quomodo ergo spiritus sanctus nondum erat datus quia nondum Ihesus erat clarificatus, nisi quia illa datio vel donatio vel missio spiritus sancti habitura erat quandam proprietatem suam in ipso adventu qualis antea nunquam fuit? Nusquam enim legimus linguis quas non noverant homines locutos veniente in se spiritu sancto sicut tunc factum est, cum oporteret eius adventum signis sensibilibus demonstrari, ut ostenderetur totum orbem terrarum atque omnes gentes in linguis variis constitutas credituras in Christum per donum spiritus sancti, ut impleretur quod in psalmo canitur: Non sunt loquelae neque sermones quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum.

Verbo itaque dei ad unitatem personae copulatus et quodammodo commixtus est homo, cum veniente plenitudine temporis missus est in hunc mundum factus ex femina filius dei ut esset et filius hominis propter filios hominum. Hanc personam angelica natura figurare antea potuit ut praenuntiaret, non expropriare ut ipsa esset. Capitulum xxi.

De creaturis autem demonstratione spiritus sancti sive per columbae speciem sive per linguas igneas, cum eius substantiam patri et filio coaeternam pariterque incommutabilem subdita et serviens creatura temporalibus motibus et formis ostenderet, cum ad eius personae unitatem sicut caro quod verbum factum est non copularetur, non audeo dicere nihil tale

factam esse ambigat sed plane evidenter dixerim patrem et filium et spiritum
sanctum unius eiusdemque substantie deum creatorem trinitatem omnipotentem in
separabiliter operari sed ita non posse per longe imparem maximeque corpo
ream creaturam inseparabiliter demonstrari sicut per voces nostras que utique
corporaliter sonant non possunt pater et filius et spiritus sanctus nisi suis et propriis
intervallis temporum certa separatione distinctis que sua cuiusque voca
buli sillabe occupant nominari. In sua quippe substantia qua sunt tria unum
sunt pater et filius et spiritus sanctus sine ullo temporali motu super omnem
creaturam idipsum sine ullis intervallis temporum vel locorum et simul
unum atque idem ab eternitate in eternitatem tamquam ipsa eternitas que
sine veritate et caritate non est. In meis enim vocibus separati sunt
pater et filius et spiritus sanctus nec simul dici potuerunt et in litteris visibili
bus sua separatim locorum spacia tenuerunt. Et quemadmodum cum
memoriam meam vel intellectum et voluntatem nomino singula quidem
nomina ad res singulas referuntur sed tamen ab omnibus tribus singula
facta sunt. nullum enim horum trium nominum est quod non et memoria et in
tellectus et voluntas mea operata sint. Ita trinitas simul operata
est et vocem patris et carnem filii et columbam spiritus sancti. Cum ad personas
singulas hec singula referantur qua similitudine utcumque cognoscitur
inseparabilem in se ipsa trinitatem per visibilis creature speciem separabiliter
demonstrari et inseparabilem trinitatis operationem etiam in singulis esse
rebus que vel ad patrem vel ad filium vel ad spiritum sanctum demonstrandum
proprie pertinere dicuntur. Si ergo a me queritur quomodo facte sint vel voces
vel sensibiles forme atque species ante incarnationem verbi dei que hoc
futurum prefigurarent per angelos ea deum operatum esse credo. Quod
etiam scripturarum sanctarum testimoniis quantum existimo satis ostendi.
Si autem queritur ipsa incarnatio quomodo facta sit ipsum dei verbum dico
carnem factum id est hominem factum non tamen in hoc quod factum est conversum
atque mutatum. Ita sane factum ut ita ut ibi sit non tantum verbum dei
et hominis caro sed etiam rationalis hominis anima atque hoc totum et
deus dicatur propter deum et homo propter hominem. Quod si difficile in
telligitur mens fide purgetur magis magisque abstinendo a
peccatis et bene operando et orando cum gemitibus desideriorum sanctorum
ut per divinum adiutorium proficiendo et intelligat et amet. Si autem
queritur post incarnationem verbi quomodo facta sit vel vox patris vel
species corporalis qua demonstratus est per creaturam quidem facta ista non
dubito sed utrum tantummodo corporalem atque sensibilem an adhibito etiam
spiritu rationali vel intellectuali hoc enim quibusdam placuit appella
ri quod greci dicunt noeron non quidem ad unitatem persone. Quis
enim hoc dixerit ut quodcumque illud est creature per quod sonuit vox
ista sit deus pater vel quodcumque id est creature in quo per columbe speciem
vel per igneas linguas spiritus sanctus demonstratus est. Ita sit spiritus sanctus

sicut est dei filius homo ille qui ex virgine factus est. Sed tamen ad ministerium peragende significationis sicut oportuisse deus iudicavit omnino aliud atque aliud intelligendum sit inventu difficile est et temere affirmare non expedit. Quomodo tamen ista sine corporali vel intellectuali creatura potuerint fieri non video neque ad hunc locum est explicare. Est ita prima quantum vires dominus dedit. Prius enim sunt discutienda et revelanda hereticorum argumenta que non ex divinis libris sed ex rationibus proferunt quibus se vehementer cogere arbitrantur testimonia scripturarum que de patre et filio et spiritu sancto sunt ita esse intelligenda ut ipsi volunt. Nunc enim non ideo minorem filium quia missus est a patre nec ideo minorem spiritum sanctum quia et pater eum misit et filius sufficienter quantum arbitror demonstratum est. Sive enim propter visibilem creaturam sive potius propter principii commendationem non propter inequalitatem vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantie in scripturis hec posita intelligantur quia etiam si voluisset deus pater per subiectam creaturam visibiliter apparere absurdissime tamen aut a filio quem genuit aut a spiritu sancto qui de illo procedit missus diceretur. Iste igitur sit huius voluminis modus. Deinceps in ceteris adiuvante domino illa hereticorum versutissima argumenta qualia sint et quemadmodum redarguantur videbimus. Explicit igitur liber quartus. Incipit prephatio in librum quintum.

Hic iam exordiens dicere que dici non cogitari vel ab homine aliquo vel certe a nobis non omnino possunt quamvis et ipsa nostra cogitatio cum de deo trinitate cogitamus longe se illi de quo cogitat imparem sentiat neque ut est eum capiat sed ut scriptum est etiam a tantis quantus Paulus apostolus hic erat per speculum et in enigmate videatur. Primum ab ipso domino deo nostro de quo semper cogitare debemus et de quo digne cogitare non possumus cui laudando reddenda est omni tempore benedictio et cui enunciando nulla competit dictio et adiutorium ad intelligenda atque explicanda que intendo et veniam precor sicubi offendo. Memor enim sum non solum voluntatis verum etiam infirmitatis mee. Ab his etiam qui ista lecturi sunt ut ignoscant peto ubi me magis voluisse quam potuisse dicere adverterint quod vel ipsi melius intelligunt vel propter eloquii mei difficultatem non intelligunt. Sicut ego eis ignosco ubi propter suam tarditatem intelligere non possunt. Facilius enim nobis invicem ignoscimus si noverimus aut certe credendo firmum tenuerimus ea que de natura incommutabili et invisibili summeque vivente ac sibi sufficiente dicuntur non ex consuetudine visibilium atque mutabilium et mortalium vel egenarum rerum esse metienda. Sed cum in his etiam que nostris corporalibus adiacent sensibus vel quod nos ipsi in interiore homine sumus scientia comprehendendo laboremus nec sufficiamus non tamen impudenter illa.

que supra sunt diuina et ineffabilia. pietas fidelis ardescit, non
quam superborum virium inflat arrogantia. sed quam gracia ipsius creato-
ris et saluatoris inflammat. Nam quo intellectu homo deum capit
qui ipsum intellectum suum quo eum vult capere nondum capit. Si autem
hunc iam capit attendat nichil eo esse in sua natura melius
et videat utrum ibi videat ulla lineamenta formarum nitores co-
lorum spaciosam gradacionem. vel gradualem partium distanciam
molis distensionem aliquas per locorum interualla motiones
vel quid eiusmodi. nichil certe istorum inuenimus in eo quod in na-
tura nostra nichil melius inuenimus. id est in nostro intellectu quo sapienciam
capimus quantum capaces sumus. quod ergo non inuenimus in meliore
nostro non debemus in illo querere quod longe melius est meliore
nostro ut sic intelligamus deum si possumus quantum possumus sine
qualitate bonum sine quantitate magnum sine indigencia creato-
rem sine situ presidentem sine habitu omnia continentem sine loco
ubique totum sine tempore sempiternum sine ulla sui mutacione mu-
tabilia facientem nichilque pacientem. Quisquis deum ita cogitat et
nondum potest inuenire quid sit pie tamen caueat quantum potest ali-
quid de eo sentire quod non sit. Ordo Capitulorum

Quod modeste ac sobrie debeat homo cui etiam sue mentis
natura inexplicabilis est de dei substancia cogitare
Contra arrianorum argumentum. Cum in deo ingeniti et geniti
appellacio substanciarum indicet diuersitatem. De incommutabili essen-
cia que solus deus est. De accidentibus siue separabilibus siue in-
separabilibus que in deo non possunt esse quia non est mutabilis
Quod nec in deo ad aliquid dicitur non secundum substanciam dici nec tamen
esse accidencia sed relatiua incommutabilia. Cum ingenitus
non pater dicitur possit illa accipi quam ad se ipsum et substancialiter dicitur
Quod in quibusdam locis valeat negatiua particula qua aliquid
non quid sit sed quid non sit ostenditur. Quod in trinitate diuinitatis
quicquid ad se dicitur quamquam persona in diuersis aliter communicet sit et unam
significet eandemque substanciam. Quod una necessitate tres persone in trinita-
te dicantur. De vera magnitudine cuius participacione magna sunt quecumque
sunt magna. Relatiue non substancialiter dici quod deus pater et filius et
spiritus sanctus proprie nominatur. De relatiuis que referri ad inuicem
nequeunt cum tamen relatiua sint. Trinitatem deum non tria principia
sed unum esse principium quia pater et filius et spiritus sanctus unus creator est
sicut unus deus est. Quod in trinitate et pater ad filium princi-
pium sit et pater et filius ad spiritum sanctum. Quod in spiritu sancto eciam
antequam daretur possit donum nomine donum intelligi ut ea semper
non aliud fuit donum esse quam ipsum esse. De appellacionibus re-
latiuis que non ab eterno sed ad creacionem referenda sunt
Licet in deo nichil accidit. Capitulum primum incipit hic

Est tamen sine dubitatione substantia vel si melius hoc appellatur essentia quam greci ousiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia et ab eo quod est scire dicta est scientia, ita ab eo quod est esse dicta est essentia. Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo: Ego sum qui sum, et: Dices filiis israel: Qui est misit me ad vos. Sed alie que dicuntur essentie sive substancie capiunt accidentias quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque mutatio; deo autem aliquid eiusmodi accidere non potest. Et ideo sola est incommutabilis substantia vel essentia que deus est, cui profecto ipsum esse unde essentia nominata est maxime ac verissime competit. Quod enim mutatur non servat ipsum esse, et quod mutari potest etiam si non mutetur potest quod fuerat non esse, ac per hoc illud solum quod non tantum non mutatur verum etiam mutari omnino non potest sine scrupulo occurrit quod verissime dicatur esse. Contra sophisma arrianorum argumentantium de deo ingeniti et geniti appellatione substantiam diversitate. Cap. iij.

Quamobrem etiam de hiis que nec dicuntur ut cogitentur nec cogitantur ut sunt respondere incipiamus adversariis fidei nostre. Inter multa que arriani adversus catholicam fidem solent disputare hoc sibi maxime callidissimum machinamentum proponere videntur cum dicunt: Quicquid de deo dicitur vel intelligitur non secundum accidens sed secundum substantiam dicitur. Quapropter ingenitum esse patri secundum substantiam est et genitum esse filio secundum substantiam est. Diversum est autem ingenitum esse et genitum esse; diversa est ergo substantia patris et filii. Quibus respondemus: Si quicquid de deo dicitur secundum substantiam dicitur, ergo quod dictum est: Ego et pater unum sumus, secundum substantiam dictum est. Una est ergo substantia patris et filii. Aut si hoc non secundum substantiam dictum est, dicitur ergo aliquid de deo non secundum substantiam. Et ideo iam non cogimur secundum substantiam intelligere ingenitum et genitum. Item dictum est de filio: Non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Item querimus secundum quid equalis. Si enim non secundum substantiam dicitur equalis, admittunt ut dicatur aliquid de deo non secundum substantiam. Admittant ergo non secundum substantiam dici ingenitum et genitum. Quod si propterea non admittunt quia omnia de deo secundum substantiam dici volunt, secundum substantiam filius est equalis patri. Cap. iiij.

Accidens enim dici non solet nisi quod aliqua mutatione eius rei cui accidit amitti potest. Nam et si quedam dicuntur accidentia inseparabilia que appellantur grece acorista, sicut est plume corvi color niger, amittit eum tamen non quidem quamdiu pluma est, sed quia non semper est pluma. Quapropter ipsa materia mutabilis est, et ex eo quod desinit esse illud animal vel illa pluma totumque illud corpus in terram mutatur et vertitur, amittit utique etiam illum colorem. Quamvis et accidens quod separabile dicitur non separatione sed mutatione amittatur, sicut est capillis hominum nigritudo, quoniam dum capilli sunt possunt albescere, separabile accidens dicitur. Sed diligenter intuentibus satis apparet non separatione emigrare aliquid a capite dum canescit ut nigritudo inde candore succedente

discedat et aliquo eat secundum illam qualitatem coloris sibi obvii atque immu-
tari. Nichil itaque accidens in deo quia nichil mutabile aut
amissibile. Quod si et illud dici accidens placet quod licet non a-
mittatur minuitur tamen vel augetur sicuti est anime vita. Nam
et quamdiu est anima tamdiu vivit. et quia semper anima est semper
vivit. Sed quia magis vivit cum sapit minusque cum desi-
pit fit hic etiam aliqua mutatio. non ut desit vita sicuti deest
insipienti sapientia. sed ut minus sit. nec tale aliquid in deo fit quia
omnino incommutabilis manet. Quamobrem nichil in eo secundum accidens
dicitur. id est secundum substantiam dicitur. In rebus enim creatis atque mutabilibus
quod non secundum substantiam dicitur. restat ut secundum accidens dicatur. Omnia enim ac-
cidunt eis que vel amitti possunt vel minui. et magnitudines
et qualitates. similitudines. plenitudines. equalitates et si qua talia. et ha-
bitus et situs et habitus et loca et tempora et opera atque passiones. [c. v.]
In deo quidem nichil secundum accidens dicitur quia in eo nichil mutabi-
le est. nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid
sicut pater ad filium. et filius ad patrem. quod non est accidens. quia
et ille semper pater et ille semper filius. et non ita semper quasi ex quo
natus est filius aut ex eo quod numquam desinat esse filius pater esse
non desinat pater. sed quia ex eo quod semper natus est filius nec cepit
umquam esse filius. quod si aliquando cepisset aut aliquando desineret
esse filius secundum accidens diceretur. Si vero quod dicitur pater. ad se ipsum di-
ceretur. non ad filium. et quod dicitur filius. ad se ipsum diceretur non ad
patrem secundum substantiam diceretur et ille pater et ille filius. Sed quia et pater
non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius. Et filius non dicitur nisi
ex eo quod habet patrem. non secundum substantiam hec dicuntur quia non quisque
eorum ad se ipsum sed ad invicem atque ad alterutrum ista dicuntur. ne-
que secundum accidens quia et quod dicitur pater et quod dicitur filius
eternum atque incommutabile est eis. Quamobrem licet diversum sit esse
patrem esse. et filium esse non tamen est diversa substantia quia hec non secundum
substantiam dicuntur. sed secundum relativum. quod tamen relativum non est acci-
dens. quia non est mutabile. Capitulum Sextum

Sed enim huic se putant resistendum esse sermoni quod pater
ad filium dicitur. et quod filius ad patrem. ingenitus tamen et ge-
nitus ad se ipsos dicuntur. non ad alterum. Non enim hoc est
dicere ingenitum. quod est patrem dicere. quia et si filium non genu-
isset nichil prohiberet eum dicere ingenitum. et si gignat quisque
filium non ex eo ipse est ingenitus quia geniti homines ex aliis
hominibus gignuntur et ipsi alios gignunt. Ergo pater ad filium dicitur
et filius ad patrem. ingenitus autem ad se ipsum. et genitus ad se ipsum
dicitur. Et ideo si quidquid ad se ipsum dicitur secundum substantiam dicitur. Di-
versum est enim ingenitum esse et genitum esse. diversa igitur sub-
stantia est.

Hoc enim dictum non intelligunt de ingenito aliquid secundum se dici quod diligentius pertractandum est, quia nec ideo quisque pater quia ingenitus nec ingenitus ideo quia pater. Et propterea non ad aliquid sed ad se dici putatur ingenitus. Genitum vero mira cecitate non advertunt dici non posse nisi ad aliquid. Ideo quippe filius quia genitus et filius utique genitus. Sicut enim filius ad patrem sic genitus ad genitorem refertur. et sicut pater ad filium ita genitor ad genitum. Ideoque alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Nam quamvis de patre deo utrumque dicatur illud tamen ad genitum id est ad filium dicitur quod nec illi negant; hoc autem quod ingenitus dicitur ad seipsum dici perhibent. Dicunt ergo si aliquid ad seipsum dicatur pater quod ad seipsum dici non potest filius. Et quidquid ad seipsum dicatur secundum substantiam dicatur. Et ad seipsum dicitur ingenitus quod dici non potest filius ergo secundum substantiam dicitur ingenitus quod filius quia dici non potest non est eiusdem substantie. Cui versutissime respondetur ita ut ipsi cogantur dicere secundum quid sit equalis filius patri utrum secundum id quod ad se dicatur an secundum id quod ad patrem dicitur. Non enim secundum id quod ad patrem dicitur quoniam ad patrem filius dicitur ille enim non filius sed pater est. quia non sic ad se dicuntur pater et filius quomodo amici aut vicini. relative quippe amicus dicitur ad amicum. Et si equaliter se diligunt eadem in utroque amicitia est. Et relative vicinus dicitur ad vicinum. Et quia equaliter sibi vicini sunt quantum enim iste illi tantum et ille huic vicinatur. Eadem in utroque vicinitas. quia vero filius non ad filium relative dicitur sed ad patrem non secundum hoc quod ad patrem dicitur equalis est filius patri. Restat ergo ut secundum id equalis sit quod ad se dicitur. Quidquid autem ad se dicitur secundum substantiam dicitur. restat ergo ut secundum substantiam sit equalis. Eadem est igitur utriusque substantia. Cum vero ingenitus dicitur pater non quid sit sed quid non sit dicitur. Cum enim relativum negatur non secundum substantiam negatur quia ipsum relativum non secundum substantiam dicitur.

Hoc exemplis faciendum planum est. hoc significari cum dicitur genitus quod significatur cum dicitur filius. Ideo enim filius quia genitus et quia filius utique genitus. Quod ergo dicitur ingenitus hoc ostenditur quod non sit filius. Sed genitus et ingenitus commode dicuntur. filius enim latine dicitur sed infilius ut dicatur non admittit loquendi consuetudo. Nichil tamen intellectui demitur si dicatur non filius quemadmodum etiam si dicatur non genitus pro eo quod dicitur ingenitus nichil aliud dicitur. Sicut enim et vicinus et amicus relative dicuntur nec tamen potest inimicus dici quomodo dicitur inimicus. Quamobrem non est in rebus considerandum quid vel sinat vel non sinat usus sermonis nostri sed quis rerum ipsarum intellectus

Cap. VII

enunciat. Non ergo iam dicamus ingenitum quamvis dici latine
possit sed pro eo dicamus non genitum quod tantum valet quantum ergo aliud ^ nisi
dicamus quam non filium. Negativa porro ista particula non id effi-
ciat ut quod sine illa relative dicitur eadem preposita substancialiter dicatur
sed id tantum negat quod sine illa aiebat sicut in ceteris predicamentis. Velut
cum dicimus homo est substanciam designamus. Qui ergo dicit non homo est
non aliud genus predicamenti enunciat sed tantum illud negat.
Sicut ergo secundum substanciam aio homo est sic secundum substanciam nego cum dico
non homo est. Et cum queritur quantus sit et aio quadrupedalis
est id est quatuor pedum secundum quantitatem dicit non quadrupedalis est secundum quantitatem
negat. Candidus est secundum qualitatem aio non candidus est secundum
qualitatem nego. Propinquus est secundum relativum aio non propinquus
est secundum relativum nego. Secundum situm aio cum dico iacet secundum situm
nego cum dico non iacet. Secundum habitum aio cum dico armatus
est secundum habitum nego cum dico non armatus est. Tantundem enim
valet si dicam inermis est. Secundum tempus aio cum dico hesternus
est secundum tempus nego cum dico non hesternus est. Et cum dico Rome
est secundum locum aio et secundum locum nego cum dico non Rome est.
Secundum id quod est facere aio cum dico cedit. Si enim dicam non cedit
secundum id quod est non facere nego ut ostendam non hoc facere. Et cum
dico vapulat secundum predicamentum aio quod pati vocatur et secundum illud nego
non vapulat cum dico. Et omnino nullum predicamenti genus est secundum
quod aliquid agere volumus nisi ut secundum idipsum predicamentum negare convin-
camur si preponere negativam particulam volumus. Que cum ita sint
si secundum substanciam aierem dicendo filius substancialiter negarem dicendo
non filius. Quia vero relative aio cum dico filius est ad pa-
trem enim refero relative nego si dico non filius est ad paren-
tem enim eandem negationem refero volens ostendere quod ei parens
non sit. Et si tantum valet quod dicitur filius tantundem valet
quod dicitur genitus sicut prelocuti sumus tantundem ergo valet quod
dicitur non genitus quantum valet quod dicitur non filius. Relative
enim negamus dicendo non filius. Relative igitur negamus dicendo non
genitus. Ingenitus porro quid est nisi non genitus. Non ergo
receditur a relativo predicamento cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus
non ad se ipsum dicitur sed quod ex genitore sit ostenditur in eodem tamen
predicamento quod relativum vocatur utraque significatio vertitur. Quod enim relative
pronunciatur non indicat substanciam. Ita quamvis diversum sit genitus
et ingenitus non indicat diversam substanciam quia sicut filius ad pa-
trem et non filius ad non patrem refertur ita genitus ad genitorem
et non genitus ad non genitorem referatur necesse est. Cap. viii
Quapropter illud precipue teneamus quidquid ad se dicitur prestantissima
illa et divina sublimitas substancialiter dici. Quod enim ad aliquid

non substantialiter sed relative. tamen esse eiusdem substantie in patre et filio
et spiritu sancto ut quidquid de singulis ad se ipsos dicitur non pluraliter in summa
sed singulariter accipiatur. Quemadmodum enim deus est pater et filius deus
est et spiritus sanctus deus est quod secundum substantiam dici nemo dubitat non tamen
tres deos sed unum deum dicimus eam ipsam prestantissimam trinitatem.
Ita magnus pater. magnus filius. magnus et spiritus sanctus non
tamen tres magni sed unus magnus. Non enim de patre solo sicut illi
perverse sentiunt sed de patre et filio et spiritu sancto scriptum est Tu es
solus deus magnus. et bonus pater. bonus filius. bonus et
spiritus sanctus. non tamen tres boni sed unus bonus de quo dictum est
Nemo bonus nisi unus deus. Etenim dominus Ihesus ne ab illo qui
dixerat Magister bone tamquam hominem compellans secundum hominem
tantummodo intelligeretur ideo non ait Nemo bonus nisi solus pater sed nemo
bonus nisi unus deus. In patris enim nomine ipse per se pater pro-
nunciatur. In dei vero et ipse et filius et spiritus sanctus quia trinitas unus
deus. Situs vero et habitus et loca et tempora non proprie sed translative ac
per similitudines dicuntur in deo. Nam et sedere super cherubim dicitur
quod ad situm dicitur. Et abyssum tamquam vestimentum amictus quod ad habitum
Et anni tui non deficient quod ad tempus. Et si ascendero in celum tu
illic es. quod ad locum. Quod autem ad faciendum attinet fortassis de
solo deo verissime dicatur. Solus enim deus facit et ipse non fit
nec patitur quantum ad eius substantiam pertinet qua deus est. Itaque om-
nipotens pater. omnipotens filius omnipotens et spiritus sanctus. non tamen tres omnipoten-
tes sed unus omnipotens. ex quo omnia per quem omnia et in quo omnia ipsi
gloria. Quidquid ergo ad se ipsum dicitur et de singulis personis ter dicitur
patre et filio et spiritu sancto. et simul de ipsa trinitate non pluraliter sed singulariter
dicitur. Quoniam quippe non aliud est deo esse et aliud magnum esse
sed hoc idem illi est esse quod magnum esse propterea sicut non dicimus tres
essencias sic non dicimus tres magnitudines sed unam essentiam et unam
magnitudinem. Essentiam quam grece usiam dicunt quam usitatius substantiam vo-
camus. Dicunt quidem et illi ypostasim sed nescio quid volunt inter-
esse inter usiam et ypostasim ita ut plerique nostri qui hec greco
tractant eloquio dicere consueverint unam usiam tres ypostases
quod est latine unam essentiam tres substantias. Sed quia nostra loquendi
consuetudo iam obtinuit ut hoc intelligatur cum dicimus essentiam
quod intelligitur cum dicimus substantiam non audemus dicere unam essentiam tres
substantias sed unam substantiam vel essentiam. Tres enim personas multi latini
ista tractantes et digni auctoritate dixerunt cum alium modum ap-
tiorem non invenirent quo enunciarent verbis quod sine verbis intelli-
gebant. Revera enim cum pater non sit filius et filius non sit pater et
spiritus sanctus ille qui etiam donum dei vocatur nec pater sit nec filius
tres utique sunt. Ideo pluraliter dictum est Ego et pater unum sumus. Et
non enim dixit unum est quod Sabelliani dicunt sed unum sumus.

Tamē tū q̄reret² quid tres magna prorsus inopia hūanū
laborat eloquiū dctm̄ ē tñ tres psone nō ut illud diceret² s; ne taceretur
Sicut ergo nō dicim⁹ tres essencias ita et nō dicim⁹ Cap x
tres magnitudines neqz tres magnos In reb⁹ eni q̄ pticipacione magnitudis magne sunt quib⁹ aliud ē esse
aliud magnas ēē sicut magna dom⁹ et magn⁹ mons et
magn⁹ anim⁹ In his ergo reb⁹ aliud ē magnitudo aliud q̄
ab ea magnitudiē magnū ē Et prorsus nō hec magnitudo q̄
est magna dom⁹ s; illa vera est magnitudo qua nō solū ma
gna ē dom⁹ q̄ magna ē et qua magn⁹ ē mons q̄sq̄s
magn⁹ ē sed etiā qua magnū est quicquid aliud magnū dr̄
ut aliud sit illa magnitudo aliud ea q̄ alia magnitudine
magna dicit² q̄ magnitudo utiqz primitus ē multo cz excelle
ntius quam ea que pticipacione eius magna sit Cap xi
Deus eni quia nō ea magn⁹ ē q̄ nō est q̄d ipse ut q̄si
particeps eius sit deus cū magn⁹ ē alioquin illa erit
maior magnitudo quam deus deo eni nō est aliquid
mai⁹ Ea igit² magnitudie magn⁹ est qua ipse ē eadē ma
gnitudo Et ideo sicut nō dicim⁹ tres essencias sic nec tres mag
nitudines hoc ē eni deo esse q̄d magnū esse eadē cū magnos
tres dicim⁹ sed unū magnū quia nō pticipacione magnitudis dei
magn⁹ est sed seipso magno magn⁹ est quia ipse est sua
magnitudo hoc de bonitate et de eternitate et de omnipotencia dei
dictum sit omnib⁹ omnino predicamentis que de deo possunt prenunciari q̄d ad
seipsum dicit² nō translate ac similitudine sed ppe si tñ ppe de illo aliquid
Quod eni ppe singula in eadē ore hois dici pt Cap xii
Trinitate dicitur nullomo ad seipsa sed ad invicem et ut ad crea
turam dicitur et ideo relative nō substancialit ea dici manifestum ē
Sicut eni trinitas unus deus dicit² magnus bonus eternus omps
idemqz ipse sua dici pt deitas ipse sua magnitudo ipse sua bo
nitas ipse sua eternitas ipse sua omnipotencia Non sic pt dici tri
nitas pr nisi forte translate ad creaturam ppter adopcionem filiorum
Quod eni scriptum est Audi israel Dns deus tuus unus est dns
non utiqz excepto filio aut excepto spū sco oportet
intelligi quem unum dnm deū nrm recte dicim⁹ etiam patrem nrm
per gratiam eni suam nos regenerat Trinitas vero filius nullo mo
dici pt Spiritus vero sanctus sm id quod scriptum est Deus spiritus
est pt quidem universaliter dici quia et pater spiritus et filius spiritus et pater
sanctus et filius sanctus Itaqz pater et filius et spiritus sanctus quo unus
deus et utiqz deus sanctus ē et deus spiritus sanctus est pt appellari
trinitas et spiritus sanctus sed tñ ille sanctus qui nō trinitas sed in tri
nitate intelligit² in eo q̄ ppe dicitur spiritus sanctus relative dicitur et ad pa
trem et ad filium refertur quia spiritus sanctus et patris et filii spiritus est
Sed ipsa relatio nō apparet in hoc nomine apparet eni cū dicitur donum
dei Donum eni ē patris et filii quia et a patre procedit sicut dns dicit

Et quod apostolus ait Si quis spiritum christi non habet hic non est eius Dei porro u-
triusque spiritum sanctum ait donum ergo donatoris et donator doni cum
dicitur relative utrumque ad invicem dicitur Ergo spiritus sanctus ineffa-
bilis quedam patris filiique communio et ideo fortasse sic appel-
latur quia patri et filio potest eadem appellatio convenire Nam hoc
ipse proprie dicitur quod illi communiter quia et pater spiritus et filius spiritus
et pater sanctus et filius sanctus ut ergo ex nomine quod utrique convenit
utriusque communio significetur vocatur donum amborum spiritus sanctus Et
hec trinitas unus deus solus bonus magnus eternus omnipotens ipse sibi
unitas deitas magnitudo bonitas et omnipotentia. Capitulum xij

Nec movere debet cum diximus relative dici spiritum sanctum
non ipsam trinitatem quia non ei videtur vicissim respondere
vocabulum eius ad quem refertur non enim sicut dicimus servum
domini et dominum servi filium patris et patrem filii quod ista relative
dicuntur ita etiam possumus hic dicere Dicimus enim spiritum sanctum patris non di-
cimus vicissim patrem spiritus sancti ne filius eius intelligatur spiritus
sanctus In multis enim relativis hoc contingit ut non inveniatur voca-
bulum quo sibi vicissim respondeant que ad se referuntur Quid
enim tam manifeste relative dicitur quam pignus ad illud quippe
refertur cuius pignus est et semper pignus alicuius rei pignus Numquid
ergo cum dicimus pignus patris et filii possumus vicissim dicere
patrem pignoris aut filium pignoris At vero cum dicimus donum
patris et filii non quidem possumus dicere patrem doni aut fi-
lium doni sed ut hec vicissim respondeant dicimus donum donatoris
et donatorem doni quod hic potuit inveniri usitatum vocabulum illic non potuit.

Dicitur ergo relative pater ideoque relative dicitur principium Capitulum xiij
et si quid forte aliud sed pater ad filium dicitur principi-
um vero ad omnia que ab ipso sunt Item dicitur relative filius relative
dicitur et verbum et imago et in omnibus hijs vocabulis ad patrem
refertur Nichil enim horum pater dicitur et principium dicitur filius Cum
enim diceretur ei Tu quis es respondit principium qui et loquor vobis
Sed numquid patris principium Creatorem se quippe ostendere voluit cum se
dixit esse principium sicut et pater est principium creature quod ab illo sunt
omnia Nam et creator relative dicitur ad creaturam sicut dominus
ad servum Et ideo cum dicimus et patrem principium et filium principium non
duo principia creature dicimus quia pater et filius simul ad creaturam
unum principium sicut unus creator sicut unus deus Si enim quid-
quid in se manet et gignit aliquid vel operatur principium est ei rei quam
gignit vel ei quam operatur Non possumus negare etiam spiritum sanctum
recte dici principium quia non eum separamus ab appellatione creatoris
et scriptum est de illo quod operetur et utique in se manens operatur Non
enim in aliquid eorum que operatur ipse mutatur et vertitur Et que
operatur vide Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utili-
tatem Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie Alii sermo scientie secundum
eundem spiritum Alteri vero fides in eodem spiritu Alii curationum donatio in-

in vno spiritu aliis operaciones virtutum alii prophecia aliis diiudicatio
spirituum alteri genera linguarum Omnia hec operatur vnus atque idem spiritus
diuidens propria vnicuique prout vult utique sicut deus Quis enim ta-
lia possit operari nisi deus Idem enim deus qui operatur omnia in
omnibus Nam et singillatim si interrogemur de spiritu sancto verissime
respondemus quod deus sit et cum patre et cum filio simul vnus deus est
Unum ergo principium ad creaturam dicitur deus non duo vel tria prin-
cipia ad se enim inuicem in trinitate Capitulum xiiij

Si gignens ad id quod gignit principium est pater ad filium principium est
quia genuit Utrum enim et ad spiritum sanctum sit principium pater
quo dictum est de patre procedit non parua questio est quia si ita
est non iam principium ei tantum erit quam gignit aut facit sed etiam
ei quam dat ubi et illud elucescit ut potest quod multos solet
mouere cur non sit filius etiam spiritus sanctus cum et ipse a patre exeat
sicut in euangelio legitur Exiit enim non quomodo natus sed quomodo datus
et ideo non dicitur filius quia neque natus est sicut vnigenitus
neque factus ut per graciam in adopcione nasceretur sicut nos Quod enim
de patre natum est ad patrem solum refertur cum dicitur filius et ideo
filius patris est non et noster Quod autem datum est et ad eum qui dedit
refertur et ad eos quibus dedit Itaque spiritus sanctus non tantum patris
et filii qui dederunt sed etiam noster dicitur qui accepimus sicut dicitur
domini salus qui dat salutem eadem etiam nostra salus est qui
accepimus non ille spiritus noster quo sumus quia ipse spiritus est
hominis qui in ipso est Sed alio modo iste ipse noster quo dicimus Et panem
nostrum da nobis Quamquam et illum spiritum qui hominis dicitur utique acci-
pimus Quid enim inquit habes quod non accepisti Sed aliud est
quod accepimus ut essemus aliud quod accepimus ut sancti essemus
Unde scriptum est et de Iohanne quod in spiritu et virtute Helye veniet
Dictus est Helye spiritus Sed spiritus sanctus quem accepit Helias Hoc
et de Moysen intelligendum est cum ait ei dominus Tollam de spiritu tuo
et dabo eis hoc est dabo illis de spiritu sancto quem etiam tibi dedi
Si ergo et quod datur principium habet eum a quo datur quia non aliunde
accepit illud quod ab ipso procedit fatendum est patrem et filium
principium esse spiritus sancti non duo principia sed sicut pater et filius
vnus deus et ad creaturam relatiue vnus creator et vnus dominus
sic relatiue ad spiritum sanctum vnum principium Ad creaturam vero pater
et filius et spiritus sanctus vnum principium sicut vnus creator et vnus dominus Capitulum xv

Ulterius enim queritur Utrum quemadmodum filius non hoc tantum na-
scendo habet ut filius sit sed omnino ut sit Sic et spiritus sanctus
eo quo datur habeat non ut tantum donum sit sed omnino ut sit Utrum
ergo erat antequam daretur sed nondum erat donum An eo ipso quo
daturus erat cum deus natus donum erat et antequam daretur Sed si
non procedit nisi cum datur nec procederet utique priusquam esset cui daretur

quo iam erat ipsa substantia sic non esset nisi ipsa daretur. Sed filius non
tantum ut sit filius quod relative dicitur sed omnino ut sit ipsam substantiam nascendo
habet. Utrum ergo semper procedat spiritus sanctus et non ex tempore sed ab eternitate procedit
sed quia sic procedebat ut esset donabile iam donum erat et antequam
esset cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter
cum dicitur donatum. Nam donum potest esse et antequam detur. Donatum vero
nisi datum fuerit nullo modo dici potest. Capitulum xvi

Nec moveat quod spiritus sanctus cum sit coeternus patri et filio dicitur
tamen aliquid ex tempore veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam
sempiterne spiritus donum, temporaliter autem donatum. Nam et si dominus
non dicitur nisi cum habere incipit servum etiam ista appellatio relativa
ex tempore est deo. Non enim sempiterna creatura est cuius est ille dominus.
Quomodo ergo obtinebimus nec ipsa relativa esse accidentia quoniam
nihil accidit deo temporaliter quia non est mutabilis sicut in exordio
huius disputationis tractavimus. Ecce dominum esse non sempiternum habet
ne cogamur etiam sempiternam dicere creaturam quia ille sempiterne
non dominaretur nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut enim non
potest esse servus qui non habet dominum sic nec dominus qui non habet
servum. Et quisquis extitit qui eternum quidem deum dicat solum, tempora
enim non esse eterna propter varietatem et mutabilitatem sed tamen tempora non
in tempore esse cepisse. Non enim erat tempus antequam inciperent tempora, et ideo
non in tempore accidit deo ut dominus esset quia ipsorum temporum dominus erat
que utique non in tempore esse ceperunt. Quid respondebit de homine qui in
tempore factus est cuius utique dominus non erat antequam esset cuius esset.
Certe vel ut dominus hominis esset ex tempore accidit, et ut omnis auferri
videatur controversia certe ut tuus dominus esset aut meus qui modo
esse cepimus ex tempore accidit deo. Aut si et hoc propter obscuram questionem
anime videtur incertum quid ut esset dominus populi Israel, quia et si iam
erat anime natura quam ille populus habebat quod non querimus tamen ille
populus nondum erat et quando esse cepit apparet. Postremo ut dominus
esset huius arboris et huius segetis ex tempore accidit, que modo
esse ceperunt. Quia et si materies ipsa iam erat. Aliud est esse
tamen dominum materie, aliud est esse dominum iam facte nature. Alio tempore
est etiam dominus ligni homo et alio tempore est dominus arche quamvis ex
ipso ligno fabricate quod utique non erat cum ligno dominus iam esset.
Quomodo ergo obtinebimus nihil secundum accidens dici deum nisi quia
eius nature nihil accidit quo mutetur ut ea sint accidentia
relativa que cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur accidunt
sicut amicus relative dicitur. Neque enim incipit esse nisi cum amare
cepit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis ut amicus dicatur. Nummus
enim cum dicitur precium relative dicitur nec tamen mutatus est cum esse cepit precium
neque cum dicitur pignus et si qua similia. Ergo nummus potest nulla sui
mutatione totiens dici relative ut neque cum incipit dici neque

cum desinit aliquid in eius natura vel forma quantum est mutatoris fi-
at. Quanto facilius dei in commutabili dei substantia debemus accipere ut
ita dicatur relative aliquid ad creaturam ut quamvis temporaliter inci-
piat dici non tamen ipsi substantie accidisse intelligatur sed illi creature
ad quam dicitur. Domine inquit refugium factus es nobis. Refugium ergo
nostrum deus relative dicitur ad nos enim refertur. Et tunc refugium
noster fit cum ad eum refugimus. Numquid tunc fit aliquid in eius natura
quod antequam ad eum refugeremus non erat. In nobis ergo fit aliqua
mutatio. Deteriores enim fuimus antequam ad eum refugeremus et efficimur
iusti cum ad eum refugimus. In illo enim nulla. Sic et pater noster esse incipit
cum per eius gratiam regeneramur quoniam dedit nobis potestatem filios
dei fieri. Substantia itaque nostra in melius mutatur cum filii eius efficimur. Simul
et ille pater noster esse incipit sed nulla sue commutatione substantie.
Quod ergo temporaliter incipit dici deus quod ante ea non dicebatur mani-
festum est relative dici non tamen secundum accidens dei quod ei aliquid
acciderit sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid deus in-
cipit relative. Et quod amicus dei iustus esse incipit ipse mutatur.
Deus enim absit ut temporaliter aliquem diligat quasi nova dilectione que
in ipso ante non erat apud quem nec preterita transierunt et futura iam
facta sunt. Itaque omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit sicut
predestinavit sed cum convertuntur et inveniunt illum tunc incipere ab eo
diligi dicuntur ut eodem modo dicatur quo potest humano affectu ca-
pi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis
illi mutantur non ipse sicut lux infirmis oculis aspera firmis
lenis est ipsorum scilicet mutatione non sua. Explicit quintus liber.

Capitula libri sexti

De eo quod apostolus ait Christum dei virtutem et dei sapientiam. De patre
et filio hoc solum non dici illud de illo quod non ambo sunt
Deus enim de deo bonus de bono iustus de iusto virtute quod simul sunt
dicatur. Pater autem de patre aut filius de filio quod non ambo
simul sunt non potest dici. De unitate filii cum patre et ita in
unum nobiscum. Patrem inqualitercumque non posse in trinitate esse
dissimiles et si hec equalitas in ambus reperiatur humanis ullo
incorporabilis [illegible] in commutabili etiam quoque substantia quod est deus
trinitas. De spiritu sancto unitate cum patre et filio. De natura
corporea et creatura spirituali quod simplices non sunt neque incom-
mutabiles. De simplici et incommutabili essentia dei quamvis mul-
tipliciter secundum substantiam nominetur. Trinitatem deitatis nullo pacto triplicem
esse dicendam quia nec tria ibi plus sit quam unum vel unum minus
quam tria. De solo vero deo patre et filio et spiritu sancto. De summa sin-
gularis quia in trinitate proprietate in illis [illegible] hic sexti libri.

Incipit capitulum primum.

Equalitatem patris et filii et spiritus sancti putant nonnulli hoc
impediri quominus intelligatur quia scriptum est christum dei vir-
tutem et dei sapientiam ut ideo non videatur equalitas quia
non est pater ipse virtus et sapientia sed genitor virtutis et sa-
pientie. Et revera non mediocri intentione queri solet quomodo dicatur deus
virtutis et sapientie pater. Dicit enim apostolus christum dei virtutem et sapientiam
dei. Et hinc nonnulli nostri adversus arrianos hoc modo ratiocina-
ti sunt eos dumtaxat qui primitus se adversus catholicam fidem extulerant. Nam
ipse Arrius dixisse fertur: Si filius est natus est. Si natus est
erat tempus quando non erat filius; non intelligens etiam natum esse
deo sempiternum esse ut sit coeternus patri filius sicut splendor qui
gignitur ab igne atque diffunditur coevus est illi, ut esset coevus
si ignis esset eternus. Unde quidam posteriores arriani abie-
cerunt istam sententiam fassique sunt non ex tempore cepisse filium dei. Sed
inter disputationes quas habebant nostri adversus eos qui dicebant: E-
rat tempus quando non erat filius. Hanc etiam nonnulli ratiocinationem
inserebant: Si dei filius virtus et sapientia dei est nec umquam deus
sine virtute et sapientia fuit, coeternus est deo patri filius. Dicit enim
apostolus christum dei virtutem et dei sapientiam. Dementis est autem dicere: Non
igitur erat tempus quando non erat filius. Que ratiocinatio ad id co-
git ut dicamus deum patrem non esse sapientem nisi habendo sapientiam
quam genuit non existendo per se pater ipsa sapientia. Deinde si ita
est filius quoque ipse sicut dicitur deus de deo, lumen de lumine, videndum
est utrum possit sapientia de sapientia dici. Si non est deus pater ipsa sa-
pientia sed tantum genitor sapientie. Quod si tenemus, tum non et ma-
gnitudinis sue et bonitatis eternitatis omnipotentie sue geni-
tor sit, ut non ipse sit sua magnitudo et sua bonitas et sua
eternitas et sua omnipotentia, sed ea magnitudine magnus sit quam
genuit et ea bonitate bonus et eternitate eternus et ea omnipotentia
omnipotens que de illo nata est, sicut non ipse sua sapientia sapiens
est que de illo nata est. Nam illud non est formidandum ne co-
gamur multos filios dei dicere preter adoptionem creature coeternos
patri si magnitudinis sue genitor est et bonitatis eternitatis et om-
nipotentie. Huic etiam calumpnie facile respondetur sic non effici quia
multa nomina sunt ut ille multorum filiorum coeternorum sit pater, quem-
admodum non efficitur ut duorum sit cum dicitur christus dei virtus et sa-
pientia. Eadem quippe virtus est que sapientia et eadem sapientia que
virtus. Ita igitur etiam de ceteris ut eadem sit magnitudo que virtus
et si qua alia vel supra commemorata sunt vel commemorari adhuc possunt.

Capitulum ij

Sed si non dicitur in se ipso nisi quod ad filium dicitur, id est
pater vel genitor vel principium eius; si etiam gignens ei quod
de se gignit consequenter principium est. Quidquid enim aliud dici-
tur filio dicitur vel potius in filio, sive magnus ea magnitudine quam
genuit, sive potens ea potentia vel virtute quam genuit, sive iustus

ea iusticia qua genuit. sine sapiens ea sapiencia qua genuit. sine bonus
ea bonitate qua genuit. Magnitudo enim ipsa non dicitur pater sed magni-
tudinis generator. Filius vero sicut in se ipso dicitur filius quod non cum ipso patre
dicitur sed ad patrem. non sic et in se ipso magnus sed cum patre cuius ipse
magnitudo est. Sic et sapiens cum patre dicitur cuius ipse sapiencia est. sicut
ille sapiens cum filio quia ea sapiencia sapiens est quam genuit. Quicquid
quod ergo ad se dicuntur non dicitur alter sine altero id est quicquid dicuntur quod
substanciam eorum ostendat ambo simul dicuntur. Si hec ita sunt iam ergo
nec deus est pater sine filio nec filius deus sine patre sed ambo simul
deus. Et quod dictum est in principio erat verbum in patre erat verbum in-
telligitur. Aut si in principio dictum est ac si diceretur ante omnia quod
sequitur Et verbum erat apud deum verbum quidem solus filius accipi-
tur non simul pater et filius tamquam ambo unum verbum. Sic enim
verbum quomodo ymago. Sed filius solus ymago patris quemadmodum
et filius. Non enim ambo simul filius. Quod vero adiungitur Et verbum
erat apud deum, multum est ut sic intelligatur, verbum quod solus est
filius erat apud deum quod non solus est pater, sed pater et
filius simul deus. Sed quid mirum si in quibusdam rebus
longe inter se diversis potest hoc dici. Quid enim tam diversum quam
animus et corpus. potest tamen dici animus erat apud hominem id est in homine cum
animus non sit corpus. homo enim animus simul et corpus sit. Ut etiam quod conse-
quenter scriptum est Et deus erat verbum sic intelligatur verbum quod
non est pater deus erat simul cum patre. Ita ergo ne dicamus ut pater sit
generator magnitudinis. hoc est generator virtutis vel generator sapiencie
sue. Filius enim magnitudo virtus et sapiencia. Deus vero magnus
omnipotens sapiens ambo simul. Quomodo ergo deus de deo lumen de lumine
non enim simul ambo deus de deo sed solus filius de deo scilicet patre
nec ambo simul lumen de lumine sed solus filius de lumine patre. Nisi forte
ad insinuandum et brevissime inculcandum quod coeternus est patri filius
ita dictum est deus de deo et lumen de lumine. Et si quid hoc
modo dicitur ac si diceretur hoc quod non est filius sine patre, et de eo
quod non est pater sine filio. proinde intelligatur quod non precessit ge-
nitor illud quod genuit. Quod si ita est hoc solum de eis dici non
potest illud de illo quod simul ambo non sunt. sicut verbum de verbo dici
non potest quia non simul ambo verbum sed solus filius nec ymago de yma-
gine quia non simul ambo dei ymago, nec filius de filio quia simul
ambo filius. secundum quod dictum est Ego et pater unum sumus. unum sumus
enim dictum est quod ille hoc ego sum secundum essenciam non secundum relativum. Cap. iii

Et nescio utrum inveniatur in scripturis dictum unum sunt quorum est
diversa natura. Si enim et aliqua plura eiusdem nature sint
et diversa senciunt. Nam si iam unum essent. ex eo quod homines erant
non diceret ut sint unum sicut et nos unum cum suos discipulos pa-
tri commendaret. At vero Paulus et Apollo quia ambo homines et idem
senciebant Qui plantat enim et qui rigat unum sunt. Cum ergo sic

dicitur unum ut non addatur quid unum et plura unum dicuntur eadem
natura atque essentia non dissidentia neque dissentientia significantur. Cum
vero additur quid unum potest aliquid significari ex pluribus unum factum
quamvis diversis natura sicut anima et corpus non sunt utique unum quid
enim tam diversum nisi addatur aut subintelligatur quid unum id est
unus homo aut unum animal. Inde apostolus. Qui adheret meretrici
inquit unum corpus est. Non dixit unum sunt aut unus est sed addidit
corpus tamquam ex duobus diversis masculino et femino unum
corpus adiunctione compositum. Et qui adheret domino inquit unus
spiritus est. Non dixit qui adheret domino unus est aut unum sunt
sed addidit spiritus. Diversum enim natura spiritus hominis et spiritus dei sed
inherendo fit unus spiritus ex diversis duobus ita ut sine humano
spiritu beatus sit dei spiritus atque perfectus. Beatus enim hominis spiritus non
nisi cum deo. Nec frustra ut existimo cum tanta in ewangelio secundum Iohannem
et totiens diceret dominus de ipsa unitate vel sua cum patre vel nostra
invicem nobiscum nusquam dixit ut nos et ipsi unum sed ut sint
unum sicut et nos unum. Pater ergo et filius unum sunt utique secundum
unitatem substantie et unus deus est et unus magnus et unus sapiens
eius sicut tractatum est. Unde ergo maior pater? Si enim maior
magnitudine maior. Cum enim magnitudo eius filius sit nec ille
magnitudine maior est eo qui se genuit nec ille maior ea magni-
tudine qua magnus est. ergo equalis. Unde equalis si non eo
quod est cui non est aliud esse et aliud magnum esse. Aut si pater
eternitate pater maior est non est equalis filius quantumcumque in
enim equalis. Si magnitudine dicitis non est par magnitudo ergo minus
etiam est atque ita ceteras. Quid in fortitudine equalis est in sapientia
vero non est equalis. Sed quomodo est equalis virtus que minus sapit? An
in sapientia equalis est et in virtute vero non est equalis. Sed quomodo est equalis sapientia
que minus potens est. Restat itaque ut si in nulla re est non sit equalis.
Sed scriptura clamat non rapinam arbitratus est esse equalis deo.
Cogitur ergo quivis adversarius veritatis qui modo teneatur auctoritate
apostolica in qualibet vel una re equalem deo filium confiteri. Eligat
quam voluit hinc enim ostenditur in omnibus esse equalem que de substantia eius dicuntur.

Capitulum iiij

Sic enim virtutes que sunt in humano animo quamvis
alio atque alio modo singule intelligantur nullo tamen modo se-
parantur ab invicem ut quicumque fuerint equales verbi gratia in
fortitudine equales sint et prudentia et iustitia et temperantia.
Si enim dixeris equales esse istos fortitudine sed illum prestare prudentia
sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit ac per hoc nec
fortitudine equales sunt quando est illius fortitudo prudentior. At-
que ita de ceteris virtutibus invenies si omnes eadem consideratione
percurras. Non enim de viribus corporis agitur sed de animi forti-
tudine. Quanto magis ergo in illa incommutabili eterna que substantia incomparabiliter

simplicitate quam est anima humana. Haec ita se habent, quando ipse
animo non est hoc esse quod est fortem esse aut prudentem esse aut iustum aut
temperantem; potest enim esse anima et nullam istarum habere virtutum. Deo enim hoc est
esse quod potentem esse aut iustum esse aut sapientem esse et si quid de
illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris quo eius
substantia significatur. Quamobrem sive ita dicatur Deus de deo ut
et singulis hoc nomen conveniat non tamen ut ambo simul duo dii
sed unus deus sit. Ita enim sibi cohaerent quod etiam in distantibus diversis-
que substantiis fieri apostolus testis est. Nam et solus deus spiritus est et solus
hominis spiritus utique spiritus est; tamen si haereat domino unus spiritus est. Quanto
magis ibi ubi est inseparabilis atque eterna connexio ne absurde
dici videatur quasi filius amborum cum dicatur filius dei. Si id quod dicitur
deus non nisi de ambobus simul dicitur sive quidquid de deo dicitur quod
substantiam eius indicat non nisi de ambobus simul immo de ipsa simul
trinitate dicitur. Sive ergo hoc sive id sit diligentius discutiendum
est. Nunc unum agitur: satis est videre nullo modo filium equalem esse
patri si in aliquo quod pertinet ad significandam eius substantiam in-
equalis invenitur sicut iam ostendimus. Apostolus autem dixit equalem;
in omnibus ergo equalis est patri filius et est unius eiusdemque substantie. Cap. v.

Quapropter etiam spiritus sanctus in eadem unitate substantie et equalitate
consistit. Sive enim sit unitas amborum sive sanctitas sive
caritas sive ideo unitas quia caritas et ideo caritas quia
sanctitas manifestum est quia non aliquis duorum est quo uterque con-
iungitur quo genitus a gignente diligatur generatoremque suum dili-
gat sintque non participatione sed essentia sua neque dono superioris
alicuius sed suo proprio servantes unitatem spiritus in vinculo pacis
quod imitari per gratiam et ad deum et ad nos ipsos iubemur in quibus
duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Ista sunt illa tria unus so-
lus magnus sapiens sanctus beatus. Nos enim ex ipso et per ipsum
et in ipso beati quia ipsius munere inter nos unum; cum illo enim
unus spiritus quia agglutinatur anima nostra post eum et nobis haerere
deo bonum est quia perdet omnem qui fornicatur ab eo. Spiritus ergo
sanctus commune est aliquid patris et filii quidquid illud est; et ipsa co-
munio consubstantialis et coeterna; que si amicitia convenienter dici pot-
est dicatur sed aptius dicitur caritas et hoc est substantia quia deus substantia est
et deus caritas sicut scriptum est. Sicut enim substantia cum patre et filio
ita simul magna et simul bona et simul sancta et quidquid aliud ad
se dicitur quoniam non est aliud deo esse et aliud magnum esse vel
bonum esse et cetera sicut supra ostendimus. Si enim minus magna est caritas
quam sapientia minus quam est diligitur sapientia. Equalis est igitur ut quanta
est sapientia tantum diligatur. Est enim sapientia equalis patri sicut supra dis-

putavit. Equalis est igitur et spiritus sanctus et si equalis in omnibus equalis
propter summam simplicitatem que in illa substantia est et ideo non amplius quam
tria sunt. unus diligens eum qui de illo est et unus diligens eum de
quo est et ipsa dilectio. Que si nichil est quomodo deus dilectio est Si
non est substantia quomodo deus substantia est Si enim queritur quomodo simplex et multi-
plex sit illa substantia animadvertenda est primo creatura quare sit multiplex
Nullo enim modo vere simplex et prius corpus omnino utique partibus
constat ita ut sit ibi alia pars maior alia minor et maius sit
omnino quam pars quelibet aut quantalibet Nam et celum et terra
partes sunt universe mundane molis et sola terra vel solum celum in-
numerabilibus partibus constat et in tertia sui parte minor est quam cete-
ra et in dimidia minor quam tota et totum mundi corpus quod
ex duabus plerumque partibus appellari solet id est celum et terra utique maius
est quam solum celum aut sola terra. Et in unoquoque corpore aliud est
magnitudo et aliud color aliud figura. Potest enim et deminuta
magnitudine manere idem color et eadem figura et colore mutato ma-
nere eadem figura et eadem magnitudo et figura eadem non ma-
nente tam magnum esse et eodem modo coloratum et quecumque alia
dicuntur simul de corpore possunt et simul et plura sine ceteris commutari ac per hoc
multiplex esse convincitur natura corporis simplex enim nullo modo creatura quoque
spiritualis sicut est anima. Est quidem in corporis comparatione simplicior
sine comparatione enim corporis multiplex est etiam ipsa non simplex. Nam
ideo simplicior est corpore quia non mole diffunditur per spatium loci
sed in unoquoque corpore et in toto tota est et in qualibet parte eius tota
est et ideo cum fit aliquid in qualibet exigua particula corporis quod
sentiat anima quamvis non fiat in toto corpore illa tamen tota sentit
quia totam non latet. Sed tamen etiam in anima cum aliud sit artificio-
sum esse aliud inertem aliud acutum aliud memorem aliud cupi-
ditas aliud timor aliud leticia aliud tristicia possintque
et alia sine aliis et alia magis et alia minus innumerabilibus et in-
numerabiliter in anime natura inveniri manifestum est non simplicem sed
multiplicem esse naturam. Nichil enim simplex mutabile est
Omnis enim creatura mutabilis est.

Capitulum septimum

Deus enim multipliciter quidem dicitur magnus bonus sapiens
beatus verus et quidquid aliud non indigne dici videtur
sed eadem magnitudo eius est que sapientia non enim mole ma-
gnus est sed virtute et eadem bonitas que sapientia et magnitudo
et eadem veritas que illa omnia et non est aliud ibi beatum esse et
aliud magnum aut sapientem aut verum aut bonum esse aut omnino
ipsum esse. Nec quoniam trinitas est ideo triplex putandus est. Alio-
quin minor erit pater solus quam simul pater et filius. Quamquam non
invenitur quomodo dici possit aut pater solus aut filius solus cum
semper atque inseparabiliter et ille cum filio sit et ille cum patre. Non ut
ambo sint pater aut ambo filius sed quia semper in invicem ne-
uter solus. Quia vero dicimus et deum solum ipsam trinitatem quamvis

unus semper sit cum spiritibus et animabus sanctis. Sed solum dicimus quod deus
est. quia non est illic cum illo deus sed ita solum dicimus patrem non
quia separatur a filio sed quia non ambo simul pater est. Cap vij

Cum itaque tantus est solus pater vel solus filius vel solus
spiritus sanctus quantus est simul pater et filius et spiritus sanctus nullo modo
triplex dicendus. Corpora quippe adhesione sua crescunt
Quamvis enim qui adheret uxori sue unum corpus sit. maius tamen
corpus fit quam si solius viri esset aut solius uxoris. In rebus
enim spiritualibus cum minor maiori adheret sicut creatura creatori
illa fit maior quam erat. non ille. In hiis enim que non mole
magna sunt hoc est maius esse quod est melius esse. Melior enim
fit spiritus alicuius creature cum adheret creatori quam si non adhere-
at et ideo etiam maior quia melior. Qui ergo adheret domino v-
nus spiritus est. sed tamen dominus non ideo fit maior quamvis fiat ille
qui domino adheret. In ipso igitur deo cum adheret equalis patri est
filius. Equalis enim spiritus sanctus patri et filio. Equalis non fit
maior deus quam singuli eorum. quia non est quo crescat illa perfectio
Perfectus enim sive pater sive filius sive spiritus sanctus. Et perfectus
deus pater et filius et spiritus sanctus et ideo trinitas potius quam triplex

Et quoniam ostendimus quomodo possit dici solus pater. Cap viij
considerandum est illa sententia qua dicitur deum verum solum
non esse patrem solum sed patrem et filium et spiritum sanctum. Si quis
enim interroget pater solus utrum sit deus. quomodo respondebitur non
esse. nisi forte ita dicamus esse quidem patrem deum sed non esse
solum deum. Esse enim solum deum patrem et filium et spiritum sanctum. Sed quid
agimus de illo testimonio domini. patrem enim dicebat et patrem nomina-
verat ad quem loquebatur cum ait. Hec est autem vita eterna ut
cognoscant te unum verum deum. Quod quidem arriani volunt sic
accipere. quasi non sit filius verus deus. Quibus pretermissis videndum
est utrum intelligere cogamur cum dictum est patri ut cognoscant te v-
num verum deum tanquam hoc insinuare voluerit. quia et solus
pater verus est. ne non intelligamus deum nisi ipsa tria simul pa-
trem et filium et spiritum sanctum. Utrum ergo ex domini testimonio et patrem unum
deum verum dicimus. et filium unum verum deum et spiritum sanctum unum deum verum
et simul patrem et filium et spiritum sanctum id est simul ipsam trinitatem non
tres veros deos sed unum verum deum. An quia addidit et quem
misisti ihesum christum subaudiendum est unum verum deum. Et ordo verborum
est ut et te et quem misisti ihesum christum cognoscant unum verum deum
Cur ergo tacuit de spiritu sancto. An quia consequens est ut ubicumque
nominatur unum tanta pace unum adherens ut per hanc utrumque
unum sit iam ex hoc intelligatur etiam ipsa pax quamvis non
commemoretur. Nam et illo loco apostolus videtur quasi pretermittere

spiritum sanctum et tamen ibi intelligitur ubi ait Omnia vestra Vos enim christi
christus enim dei Et iterum caput mulieris vir Caput viri christus
caput vero christi deus Et rursus Si deus non nisi omnia simul tria
quomodo caput christi deus id est caput christi trinitas cum in trinitate sit christus
ut sit trinitas An quod est pater cum filio caput est ei quod est solus
filius Cum filio enim pater deus Solus enim filius christus maxi-
me quia iam verbum caro factum loquitur secundum quam humilitatem eius
etiam maior est pater sicut dicit quoniam pater maior me est ut ipsum deum
esse quod illi cum patre unum est caput sit hominis mediatoris
quod ipse solus est Si enim mentem recte dicimus principale hominis
id est tanquam caput humane substantie cum ipse homo cum mente sit homo
Cur non multo congruentius multo quam magis verbum cum patre quod simul
deus est caput est christi quamvis christus homo nisi cum verbo quod caro
factum est intelligi non possit Sed hoc ut iam diximus aliquan-
to diligentius postea considerabimus Nunc enim equalitas trinitatis et
una eademque substantia quantum breviter potuimus demonstrata est ut quoquo modo
se habeat ista questio que disputatione acriore intenditur dis-
cutiendum nichil impediat quominus fateamur summam equali-
tatem patris et filii et spiritus sancti Capitulum Nonum

Quidam cum vellet brevissime singularum in trinitate personarum
insinuare propria Eternitas inquit in patre species in ymagine
usus in munere Et quoniam non mediocris auctoritatis in
tractatione scripturarum et assertione fidei vir extitit Hylarius
enim hoc in libris suis posuit horum verborum id est patris et ymaginis
et muneris eternitatis et speciei et usus abditam scrutatus
intelligentiam quantum valeo non eum secutum arbitror in eternitatis
vocabulo nisi quod pater non habet patrem de quo sit filius autem de patre
est ut sit atque ut illi coeternus sit ymago enim si perfecte implet
illud cuius est ymago ipsa coequabitur ei non illud ymagini sue
in qua ymagine speciem nominavit credo propter pulcritudinem ubi
iam est tanta congruentia et prima equalitas et prima similitudo
nulla in re dissidens et nullo modo inequalis et nulla ex parte dissimilis
sed ad identidem respondens ei cuius ymago est ubi est prima et sum-
ma vita cui non est aliud vivere et aliud esse sed idem esse
et vivere et primus ac summus intellectus cui non est aliud vivere
et intelligere aliud Sed id quod est intelligere hoc vivere hoc esse
unum est omnia tanquam verbum perfectum cui non desit aliquid et ars
quedam omnipotentis atque sapientis dei plena omnium rationum viventium
incommutabilium et omnes unum in ea sicut ipsa unum de uno cum
quo unum Ibi novit omnia deus que fecit per ipsam et ideo cum de-
cedant et succedant tempora non decedit aliquid vel succedit scien-
tie dei Non enim hec que creata sunt ideo sciuntur a deo quia facta sunt ac non
potius ideo facta sunt vel mutabilia quia immutabiliter ab eo sciuntur
Ille igitur ineffabilis quidam complexus patris et ymaginis non est

sine perfructione sine caritate sine gaudio. Illa igitur dilectio et de-
lectatio felicitas vel beatitudo si tamen aliqua humana voce dig-
ne dicitur usus ab illo appellatus est breviter. et est in trinitate spiritus
sanctus non genitus sed genitoris genitique suavitas ingenti
largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas pro captu
earum ut ordinem suum teneant et locis suis acquiescant. Hec omnia
que arte divina facta sunt et unitatem quandam in se ostendunt
et speciem et ordinem. Quodque enim horum et unum aliquid est sicut
sunt nature corporum et ingenia animarum et aliqua specie formatur sic-
ut sunt figure vel qualitates corporum ac doctrine vel artes et ordi-
nem aliquem petit vel tenet sicut sunt pondera vel collocationes
corporum atque amores aut delectationes animarum. Oportet igitur ut crea-
torem per ea que facta sunt intellecta conspicientes trinitatem intel-
ligamus cuius in creatura quomodo dignum est apparet vestigium.
In illa enim trinitate summa origo est rerum omnium et perfectissima pul-
critudo et beatissima delectatio. Ita quod illa tria et ad se invicem de-
terminari videntur sed hic in rebus corporeis ceterum incorporeis
non tamen est una quantum tres simul et plus aliquid sunt due quam
una res et ipsa infinita sunt. Ita et singula sunt in singulis et omnia
in singulis et singula in omnibus et omnia in omnibus et unum omnia. Qui
videt hoc vel ex parte vel per speculum et in enigmate gaudeat co-
gnoscens deum et sicut deum honoret et gratias agat. Qui vero
non videt tendat per pietatem ad videndum non per cecitatem ad
calumpniandum. Quoniam unus deus est sed tamen trinitas. Nec confuse ac-
cipiendum est ex quo omnia per quem omnia in quo omnia nec diis mul-
tis sed ipsi gloria in secula seculorum. Explicit liber sextus. Capitula septi-
mi.

Utrum quicquid de deo non relative sed ad se ipsum dicitur in-
libet persone in trinitate conveniat. Item que patris et filii
essentiam signant non esse relativa quia quicquid ad se non ad
aliquid dicitur simul ambo sunt. De sapientia a deo genita vel
creata. Quomodo a grecis vel a latinis nuncupentur dici de
ineffabili trinitate. De verbo et essentia dei. De verbis personis
unius essentie. Liber septimus. Capitulum primum.

Iam nunc queramus diligentius quantum dat deus quod paulo ante
distulimus utrum et singula queque in trinitate persona possit
et ipsa per se ipsam non cum ceteris duabus dici deus aut magnus
aut sapiens aut verus aut omnipotens aut iustus et si quid aliud de
deo dici potest non relative sed ad se ipsum an vero non dicantur
ista nisi cum trinitas intelligitur. Hec enim questionem facit quod scriptum
est Christum dei virtutem et dei sapientiam utrum ita sit pater sapientie atque
virtutis sue ut hac sapientia sit sapiens quam genuit et hac virtute

potens qua genuit. et quia ipse potens et sapiens. ipse genuit vir-
tutem et sapientiam. Dicamus ergo cum si ita est. non est non magnitudinis
pater sit qua magnus est. et bonitatis qua bonus. et iu-
stitie qua iustus et alia si que sunt. Si hec omnia pluribus vocabulis
in eadem sapientia et virtute intelliguntur ut ea sit magnitudo que virtus
ea bonitas que sapientia. et ea rursus sapientia que virtus sicut iam tra-
ctatum est. meminerimus cum aliquid horum nomina sic accipiendum esse
tamquam si omnia commemorem. Queritur ergo an pater etiam singulus sit sa-
piens atque ipsa sibi ipse sapientia an ita sit sapiens quomodo dicens.
verbo enim quod genuit dicens est non verbo quod profertur et sonat et
transit sed verbo quod erat apud deum. et deus erat verbum et
omnia per ipsum facta sunt. verbo equali sibi quo semper atque immu-
tabiliter dicit se ipsum. non est enim ipse verbum sicut nec filius nec
ymago. dicens enim exceptis illis temporalibus vocibus dei que in
creatura fiunt non sonant et transeunt. dicens ergo ille coeterno verbo
non per singulos intelligitur sed cum ipso verbo sine quo non est
utique dicens ita ut et sapiens sic dicens ut ita sit sapientia sicut
verbum et hoc sit verbum esse quod est esse sapientia. hoc etiam esse virtutem
ut virtus et sapientia et verbum idem sit et relative dicatur sicut
filius et ymago atque ille non singulus potens vel sapiens sed
cum ipsa virtute atque sapientia qua genuit. sicut non singulus dicens sed
eo verbo et cum eo verbo quod genuit. atque magnus ea et cum
ea magnitudine quam genuit. Et si non alio magnus alio
deus sed eo magnus quo deus quia non aliud illi est magnum
esse aliud deum esse. Consequens est ut nec deus singulus sed ea
et cum ea deitate qua genuit ut sic sit filius deitas patris
sicut sapientia et virtus patris et sicut est verbum et ymago patris. Et quia
non aliud illi est esse aliud deum esse ita sit esse essentia pa-
tris filius sicut est verbum et ymago eius. Ac per hoc etiam
excepto eo quod pater est non sit aliquid pater nisi quia est ei filius ut
non tantum id quod dicitur pater quod manifestum est eum non ad se ipsum sed
ad filium dici relative. Et ideo pater quia est ei filius sed omnino
ut sit quod ad se ipsum et ideo sit quia genuit essentiam suam. Sicut
enim magnus est non nisi ea quam genuit essentia quia non aliud
est illi esse aliud magnum esse. Ita ergo pater est essentie sue sicut
est illi esse aliud magnum esse. Ita pater est et virtutis et sapientie sue
pater est magnitudinis sue sicut virtutis pater est et virtutis et sapientie sue.
Eadem quippe eius magnitudo que virtus et eadem essentia
que magnitudo. Hec disputatio nata est ex eo quod scriptum est christum esse
dei virtutem et dei sapientiam. Quapropter in eas angustias sermo
coartatur cum ineffabilia fari cupimus. Ut aut dicamus christum
non esse dei virtutem et dei sapientiam atque ita impudenter et impie
apostolo aut christum quidem dei virtutem et dei sapientiam esse fateamur. Sed
eius patrem non esse patrem virtutis et sapientie sue quod non minus
impium est. Sic enim nec istius erit pater quia christus dei virtus et dei

sapientia est aut non esse patrem virtute sua potentem neque sapientia sua
sapientem, quis autem audeat dicere aut aliud in patre intelligi
esse, aliud sapientem esse, ut non hoc ipso sit quo sapiens est
quod de anima intelligi solet que alias insipiens alias sapiens est velut
natura mutabilis et non summe perfecteque simplex, aut patrem non
esse aliquid ad seipsum et non solum quod pater est sed omnino quidquid est ad
filium relative dici. Quomodo ergo eiusdem essentie filius, cum pater
quidem ad seipsum nec essentia est nec omnino ad seipsum sed etiam
esse ad filium illi est. At enim multo magis unius eiusdemque essentie
quia una eademque essentia pater et filius quandoquidem patri non ad
seipsum est ipsum esse sed ad filium quam essentiam genuit et qua
essentia est quidquid est. Neuter ergo ad se est et uterque ad invicem
relative dicitur. An pater solus non solum quod pater dicitur sed omnino
quidquid dicitur relative ad filium dicitur. Ille enim dicitur et ad se. Et si
ita est quidquid dicitur ad se, an ipsa essentia. Sed patris essentia est
filius sicut patris virtus et sapientia, sicut verbum patris et ymago
patris. Aut si essentia dicitur ad se filius pater enim non est essentia
sed genitor essentie. Non est enim ad seipsum sed hac ipsa essentia
qua genuit sicut hac ipsa magnitudine magnus quam genuit.
Ergo et magnitudo dicitur ad se filius, ergo et virtus et sapientia et
verbum et ymago. Quid enim absurdius quam ymaginem ad se dici.
Aut si non idipsum est ymago et verbum quod est virtus et sapientia sed
illa relative dicuntur hec autem ad se non ad aliud incipit non ea
sapientia qua genuit sapiens esse pater quia non potest ipse ad eam relative
dici et ille ad eum relative non dici. Omnia enim que relative
dicuntur ad invicem dicuntur. Restat itaque ut etiam essentia filius
relative dicatur ad patrem. Ex quo conficitur inopinabilissimus sensus ut
ipsa essentia non sit essentia vel certe cum dicitur essentia non essentia sed
relative dicatur indicetur. Quomodo cum dicitur dominus non essentia indicatur
sed relativum quo refertur ad servum. Cum enim homo dicitur vel aliquid
tale quod ad se non ad aliud dicitur tunc indicatur essentia. Homo
ergo cum dicitur dominus ipse homo essentia est, dominus vero relative dicitur.
Homo enim ad se dicitur, dominus autem ad servum. Hic enim unde agimus
si essentia ipsa relative dicitur, essentia ipsa non est essentia. Huc accedit
quia omnis essentia que relative dicitur est etiam aliquid excepto relativo sicut homo
dominus et homo servus et equus iumentum et nummus arra. Homo
et equus et nummus ad se dicuntur et substantie sunt vel essentie. Dominus vero
et servus et iumentum et arra ad aliquid relative dicuntur. Sed si non esset
homo id est aliqua substantia non esset qui relative dominus diceretur. Et si non esset
equus quedam substantia non esset quod iumentum relative diceretur. Ita si num-
mus non esset aliqua substantia nec arra posset relative dici. Quapropter et
si pater non est aliquid ad seipsum non est omnino qui relative dicatur ad ali-
quid. Non enim sicut ad aliquid coloratum refertur color eius nec omnino
ad se dicitur color sed semper alicuius colorati. Illud enim cuius color est sic
etiam si eo quo coloratum dicitur ad colorem refertur, unde id quo corpus

dicitur ad se dicitur, nullo modo ita putandum est patrem non dici aliquid
ad semetipsum sed quicquid dicitur ad filium dici. Eundem vero filium et ad semetipsum
et ad patrem cum dicitur magnitudo magna et virtus potens utique
ad semetipsum magnitudo atque virtus magni et potentis patris qua
pater magnus et potens est. Non ergo ita utrumque substantia et utrumque una
substantia. Sicut enim absurdum est dicere candidum non esse candore,
sic absurdum est dicere sapientem non esse sapientia. Et sicut candor
ad semetipsum dicitur candidum ita et sapientia ad semetipsum dicitur sapiens. Sed can-
dor corporis non est essentia quoniam ipsum corpus essentia est et illa eius
qualitas unde et ab ea dicitur candidum corpus cui non est hoc
esse quod candidum esse. Aliud enim ibi forma et aliud color
et utrumque non in seipso sed in aliqua mole que moles nec forma
nec color est sed formata atque colorata. Sapientia vero et sapiens
est et ipsa sapiens est. Et quoniam quecumque anima participatione sapientie
fit sapiens si rursus desipiat manet tamen in se sapientia nec cum
fuerit anima in stultitiam commutata illa mutatur non ita est in
eo qui ex ea fit sapiens quemadmodum candor in corpore quo ex illo
candidum est. Cum enim corpus in alium colorem fuerit commutatum non
manebit candor ille atque omnino esse desinet. Quod si et pater
genuit sapientiam ex ea fit sapiens neque hoc est illi esse quod sapere
qualitas eius est filius vero proles eius et non erit ibi iam
summa simplicitas. Sed absit ut ita sit quia ibi est vere summe simplex
summe essentia. Hoc ergo ibi est esse quod sapere non per illam sapientiam
quam genuit sapiens est pater alioquin non ipse illam sed illa eum
genuit. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi est esse quod sapere
nisi eo est quo sapiens est. Quapropter que causa est illi ut sapiens
sit ipsa illi causa est ut sit. Proinde si sapientia quam genuit causa
est illi ut sapiens sit etiam ut ipse illi causa est quod fieri non
potest nisi gignendo eum aut faciendo sed neque genitricem neque con-
ditricem patris ullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est
insanius. Ergo et pater ipse sapientia est et ita dicitur filius sapientia
patris quomodo dicitur lumen patris id est ut quemadmodum lumen de lu-
mine et utrumque unum lumen sic intelligatur sapientia de sapientia et
utrumque una sapientia. Ergo et una essentia quia hoc est ibi esse quod
sapere. Quod enim est sapientie sapere et potentie posse et eternitati eternum
esse iusticie iustum esse magnitudini magnum esse hoc est essentie
ipsum esse. Et quia in illa simplicitate non est aliud sapere quam esse eadem ibi sapientia que essentia.

Cap. ii.

Pater igitur et filius simul una essentia et una ma-
gnitudo et una veritas et una sapientia. Sed non pater et filius
simul ambo unum verbum quia non simul ambo unus filius. Sicut
enim filius ad patrem refertur non ad semetipsum dicitur ita et verbum ad
eum cuius verbum est refertur cum dicitur. Eo quippe filius quo verbum et
eo verbum quo filius. Quoniam igitur pater et filius simul non utique unus filius
consequens est ut pater et filius simul non ambo unum verbum. Et propterea

^

nō eo vim v̄bū quo sapiā · eo q̄ v̄bū nō ad se dr̄ ſ; tm̄ relatiue
ad eū cuiꝰ ē v̄bū · sicut filiꝰ ad patrē Sed sapiā vero eo quo sapiā
et ideo q̄ vna eēncia vna sapiā / quod v̄o et v̄bū sapiā ē · ſ; non eo
v̄bū quo sapiā · v̄bū enim relatiue · sapiā eēncialr̄ intelligit̄ / id
dicta accipiaꝰ cū dicit̄ v̄bū ac si dicat̄ nata sapiā ut sit et filiꝰ
et ymago ⁊ hec duo cū dicūt̄ · i · nata sapiā ī vna eoꝝ eo q̄ est
nata · et v̄bū et ymago ł filius intelligat̄ et ī hijs oībꝰ
noībus nō ondatur eēncia · q̄ relatiue dr̄ur sit ī alio quo ē
sapiā et ad se dicat̄ sapiā eēm sapiēs ē etiā eēncia dr̄itur
et hoc eiꝰ eē quo sape vn̄ pater et filiꝰ simul vna sapiā
q̄a vna eēncia et sigillatī sapiā de sapiā · sicud eēncia de eēncia
Et nō q̄a pr̄ nō est filius ł filiꝰ nō est pr̄ vel ille inge-
nitus ille v̄o genitꝰ · id nō vna eēncia q̄ hijs noībꝰ rela-
tiua eoꝝ ondūnt̄ vtrq; enim sil vna sapiā et vna eēncia ut
hoc ē esse qd̄ sape / non enim sil vtrq; v̄bū aut filiꝰ quia nō hoc
eē ē quo v̄bū eē aut filiū esse sicud iam satis ondiꝰ ista relatiue dici

Cuīn ergo ī scripturis insinuat̄ de sapiā quid dr̄ **Cap iij**
dicat̄ insinuat ondat̄ a deo genita vel creata genita sit
et per q̄ua fca sūt oīa Creata v̄o vel fca sit in hoīebꝰ
· tū adeam q̄ nō creata · et fca · ſ; genita est cōutut̄ et illustra-
tur in ipīs enim sit aliquid quo vocet̄ eoꝝ sapiā vel illud scrip-
turis p̄ insinuatibꝰ aut narratibꝰ · quo v̄bū caro fcm̄ ē et
habitauit ī nobis · hoc enim mo xp̄s fca sapiā est · q̄ fcus ē
hō / vel in ypostasi nō loquit̄ in libris sapic · vel de illa dr̄ aliquid
nisi q̄ eam de deo natā ondat aut fcam q̄muis sit et pr̄
ipe sapiā ipī · q̄a illa nobis sapiā commedanda erat et
imitanda cuiꝰ imitatione formam · pr̄ enim cū dicit ut v̄bo
eiꝰ sit · nō quo p̄fert̄ ore v̄bū sonans aut enim pronūciatom
cogitat̄ · spacijs enim tpm̄ hec cōpletur · illud aut etm̄ ē et illu-
minando dicit̄ nobis et de se ⁊ de patre · quō dicendū ē hoībꝰ
ideo q̄a ait Nemo nouit filiū nisi pater et nequ nouit patrem
nisi filius et cui voluit filiꝰ reuelare quia per filiū reuelat
pr̄ · i · per v̄bū suū Si enim hoc v̄bū q° nos p̄ferimꝰ tpale et trā-
sitorim ondit et seipm̄ q̄ndit · et illud de quo loqim̄ quanto
magis v̄bū dei · per qd̄ fca sūt omnia · qd̄ ita ondit patrem
sicuti ē pater · q̄a et ipm̄ ita ē / et hoc est q̄ pr̄ · sc̄d̄m q̄ sapiā
est ł eēncia Nā ſ; q̄ v̄bū · nō hoc ē qd̄ pr̄ · quia v̄bū nō ē pr̄
et v̄bū relatiue dicit̄ sicut filiꝰ qd̄ vtrq; nō pr̄ Et ideo xp̄s v̄tꝰ
ł sapiā dei qua de patre v̄tute ł sapiā · etiā ipe v̄tꝰ et sapiā
sicut lumē de patre lumē et fons vite apud deū patrem · vtrq; fons
vite · qm̄ apud te inquit fons vite et ī lumine tuo videbiꝰ lumē ·
quia sic pr̄ hēt vitā ī semetipo · sic dedit filio hr̄e vitā ī semet
ipo Et erat lumē verū qd̄ illuminat omnē hoīem venientē ī hūc
mundū / et lumē hoc v̄bū erat apud deū ſ; et deus erat v̄bū · deꝰ
enim lumen ē · et tenebre ī eo nō sūt vlle · lumē vero nō corpale
sed spūale · nequ ita spūale ut illumiaē fcm̄ sit quemadmodū ·

dictum est apostolis: Vos estis lux mundi, sed lumen quod illuminat omnem
hominem. ita et summa sapientia deus [illegible]. Sapientia ergo filius
de sapientia patre sicut lumen de lumine et deus de deo, ut singulus pater
deus et singulus filius deus; ergo et singulus pater sapientia et singulus
filius sapientia, et sic utrumque simul unum lumen et unus deus, sic utrumque
una sapientia. Sed filius factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sancti-
ficatio, quia temporaliter nos ad illum convertimur, id est ex aliquo tempore ut cum illo
maneamus in eternum; et ipse ex quodam tempore verbum caro factum est et habitavit
in nobis. Propterea igitur cum pronuntiatur in scripturis aut enarratur aliquid
de sapientia, sive dicente ipsa, sive cum de illa dicitur, filius nobis potissimum
insinuatur. Cuius imaginis exemplo et nos non discedamus a deo, quia
et nos ymago dei sumus, non quidem equalis; facta quippe a patre
per filium, non nata de patre sicut illa; et nos quia illuminamur lumine; illa
vero quia lumen illuminans; et ideo illa sine exemplo nobis exem-
plum est. Neque enim imitatur precedentem aliquem ad patrem a quo numquam .No.
sit separabilis, quia idipsum est quod ille de quo est. Nos non enim ni-
tentes imitamur manentem, et sequimur stantem, et in ipso ambulantes
tendimus ad ipsum, quia factus est nobis via temporalis per humilitatem, que
mansio nobis est eterna per divinitatem. [illegible] quippe spiritibus mun-
dis intellectualibus qui superbia non lapsi sunt in forma dei et deo
equalis est deus prebet exemplum; ut se idem redimendi exemplum lapso
preberet homini, qui propter immunditiam peccatorum penamque in mortalitatis deum
videre non poterat, semetipsum exinanivit, non mutando divinita-
tem suam, sed nostram mutabilitatem assumendo, et formam servi accipi-
ens venit ad nos in hunc mundum qui in hoc mundo erat, quia mundus
per eum factus est, ut exemplum sursum videntibus deum, exemplum de-
orsum mirantibus hominem, exemplum sanis ad permanendum, exemplum infirmis
ad convalescendum, exemplum morituris ad non timendum, exemplum mortuis ad
resurgendum esset, in omnibus ipse primatum tenens. Quia enim homo ad
beatitudinem sequi non debebat nisi deum, et sentire non poterat deum,
sequendo deum hominem factum sequeretur simul et quem sentire poterat et quem
sequi debebat. Amemus ergo eum et inhereamus illi in caritate diffusa
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non ergo mirum si
propter exemplum quod nobis ut reformemur ad ymaginem dei prebet
ymago equalis patri, cum de sapientia scriptura loquitur de filio loquitur,
quem sequimur vivendo sapienter; quamvis et pater sit sapientia sicut
lumen et deus, spiritus quoque sanctus, sive sit summa caritas utrumque
coniungens nosque subiungens, quod ideo non indigne dicitur quia
scriptum est Deus caritas est, sive non est ipse sapientia cum sit lumen,
quoniam deus lumen est. Sive alio modo essentia spiritus sancti singillatim
atque proprie nominanda est, quoniam deus est, utique lumen est, et quo lumen
est utique sapientia est. Deum enim esse spiritum sanctum scriptura clamat apud
apostolum qui dicit: Nescitis quia templum dei estis vos, statimque sub-
iecit: et spiritus sanctus habitat in vobis. Deus enim habitat in templo
suo; non enim tamquam minister habitat spiritus dei in templo dei, cum alio
loco evidentius dicat: Nescitis quia corpora vestra templum in vobis est spiritus.

sti que habet ad hoc et non estis vestri. Empti enim estis pretio mag-
no. Glorificate ergo deum in corpore vestro. Lumen est enim sapientia, sed lumen
spiritale et incommutabile. Est enim et sol iste lumen, sed corporale. Est
et spiritalis creatura lumen, sed non incommutabile. Lumen ergo pater, lumen
filius, lumen spiritus sanctus; simul autem non tria lumina sed unum lumen.
Et ideo sapientia pater, sapientia filius, sapientia spiritus sanctus, et simul non tres
sapientie sed una sapientia. Et quia hoc est ibi esse quod sapere, una essentia
pater et filius et spiritus sanctus. Nec aliud est ibi esse quam deum esse.
Unus ergo deus pater et filius et spiritus sanctus. Capitulum iiij

Ita loquendi causa de ineffabilibus ut fari aliquo modo possemus
quod effari nullo modo possumus, dictum est a nostris grecis una essentia
tres substantie, a latinis vero una essentia vel substantia tres persone, quia
sicut iam diximus non aliter in sermone nostro id est latino essentia
quam substantia solet intelligi. Et ut intelligatur saltem in enigmate
quod dicitur, placuit ita dici ut diceretur aliquid cum quereretur quid
tria sint, que tria esse fides vera pronuntiat, cum et patrem non dicit
esse filium, et spiritum sanctum quod est donum dei nec patrem dicit esse nec
filium. Cum ergo queritur quid tria vel quid tres, conferimus nos
ad inveniendum aliquod speciale nomen vel generale quo complectamur
hec tria, neque occurrit animo, quia excedit supereminentia divinitatis
usitati eloquii facultatem. Verius enim cogitatur deus quam dicitur,
et verius est quam cogitatur. Cum enim dicimus non eundem esse Iacob
qui est Abraham, Isaac autem nec Abraham esse nec Iacob, tres
esse utique fatemur Abraham, Isaac et Iacob. Sed cum queritur quid
tres, respondemus tres homines, nomine speciali eos pluraliter appellan-
tes; generali autem si diceremus tria animalia. Homo enim sicut veteres diffi-
nierunt animal est rationale mortale. Aut sicut scripture nostre loqui
solent tres animas, cum a parte meliore totum appellari placet, id est ab
anima et corpore quod est totus homo. Ita quippe dictum est descen-
disse cum Iacob animas septuaginta quinque, pro tot hominibus. Item cum dicimus
equum tuum non eum esse qui meus est, et tertium alicuius alterius nec
meum esse nec tuum, fatemur esse tres. Et interrogantibus quid tres,
respondemus tres equos nomine speciali, generali vero tria animalia. Itemque cum
dicimus bovem non esse equum, canem vero nec bovem esse nec equum,
tria quedam dicimus, et percontantibus quid tria, non iam speciali nomine
dicimus tres equos aut tres boves aut tres canes, quia non eadem
specie continentur, sed generali tria animalia vel superiore genere tres substantias
vel tres creaturas vel tres naturas. Quecumque enim pluraliter nomine enun-
tiantur specialiter uno nomine etiam generaliter enuntiari possunt. Non autem omnia
que generaliter uno nomine appellantur etiam specialiter appellari uno nomine
possumus. Nam tres equos quod est nomen speciale etiam tria animalia dicimus.
Equum vero et bovem et canem tria tantum animalia dicimus vel tres substantias que
sunt generalia nomina. Et si quid aliud de his generaliter dici potest.
Tres vero equos aut boves aut canes, que specialia vocabula sunt, non eos
possumus dicere. Ea quippe uno nomine quamvis pluraliter enuntiamus
que commune habent id quod eo nomine significatur. Abraham quippe

et ysaac et jacob commune habent id quod est homo itaque dicuntur tres homines Equus vero et bos et canis commune habent id quod est animal dicuntur ergo tria animalia. Ita tres aliquas lauros etiam tres arbores dicimus laurum vero et mirtum et oleam tantum tres arbores vel tres substancias vel naturas dicimus ita tres lapides etiam tria corpora, lapidem vero et lignum et ferrum tantum tria corpora, vel si quo etiam superiore generali vocabulo dici possunt. Pater ergo et filius et spiritus sanctus quoniam tres sunt. Queramus quid tres sint quid commune habeant. Non enim commune illis est id quod pater est ut invicem sibi sint patres sicut amici cum relative ad alterutrum dicuntur possunt dici tres amici quod invicem sibi sunt. Non autem hoc ibi quia tantum pater ibi pater, nec duorum pater sed filii unici nec tres filii cum pater ibi non sit filius nec spiritus sanctus. Nec tres spiritus sancti quia et spiritus sanctus propria significatione qua etiam donum dei dicitur. nec pater nec filius. Quid igitur tres Si enim tres persone commune est eis id quod persona est ergo speciale. Hoc enim generale nomen est eis si consuetudinem loquendi respicimus Sed ubi est nature nulla diversitas ita generaliter enunciantur aliqua plura ut etiam specialiter enunciari possit nature enim differentia facit ut laurus mirtus et olea. aut equus et bos et canis non dicantur speciali nomine iste tres lauri vel illi tres boves sed generali ut iste tres arbores et illa tria animalia Hic vero ubi nulla est essentie diversitas oportet ut speciale nomen habeant hec tria quod tamen non invenitur nam persone generale nomen est in tantum ut etiam homo possit hoc dici. cum tantum intersit inter deum et hominem Deinde in ipso generali vocabulo si propterea dicimus tres personas quia commune est eis id quod persona est. alioquin nullo modo possunt ita dici quemadmodum non dicuntur tres filii quia non commune est eis id quod est filius Cur non etiam tres deos dicimus Certe enim quia pater persona et filius persona et spiritus sanctus persona ideo tres persone Quia ergo pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus cur non tres dii Aut certe quoniam propter ineffabilem coniunctionem hec tria simul unus deus Cur etiam non una persona ita non possumus dicere tres personas, quamvis singulam quamque appellemus personam. quemadmodum non possumus dicere tres deos quamvis singulum quemque appellemus deum sive patrem sive filium sive spiritum sanctum An quia scriptura non dicit. tres deos sed nec tres personas alicubi scripturam commemorare invenimus An quia nec tres nec unam personam scriptura dicit hec tria. legimus enim personam domini non personam dominum propterea licuit loquendi et disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit sed quia scriptura non contradicit Si enim diceremus tres deos. contradiceret scriptura dicens Audi israel dominus deus tuus deus unus est Cur ergo et tres essentias non licet dicere. quod similiter scriptura. sicut non dicit ita non contradicit Nam essentia si speciale nomen est commune tribus Cur non dicantur tres essentie. sicut abraham ysaac et jacob. tres homines. quia homo speciale nomen est commune omnibus hominibus Si enim speciale nomen non est essentia. sed generale quia homo et pecus et arbor et sidus et.

angelus dicitur essentia. Cur non dicuntur iste tres essentie, sicut tres
equi dicuntur tria animalia, et tres lauri dicuntur tres arbores et tres
lapides tria corpora? Quod si propter unitatem trinitatis non dicuntur tres
essentie sed una essentia, cur non propter eandem unitatem non dicuntur
tres substantie vel tres persone, sed una substantia et una persona? Quam enim est
illis commune nomen essentie, ita ut singulus quisque dicatur essenti-
tam illis commune est vel substantie vel persone vocabulum. Quod enim de per-
sonis secundum nostram, hoc de substantiis secundum grecorum consuetudinem ea que
diximus oportet intelligi. Sic enim dicunt illi tres substantias unam essentiam, quem-
admodum nos dicimus tres personas unam essentiam vel substantiam.
Quid igitur restat? An ut fateamur loquendi necessitate parta hec
vocabula, cum opus esset copiosa disputatione adversus insidias
vel hereticorum errores? Cum enim conaretur humana inopia loquendo
proferre ad hominum sensus quod in secretario mentis pro captu tenet de
domino creatore suo sive per piam fidem sive per qualemcumque in-
telligentiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa
summa equalitate ulla diversitas. Rursus non esse tria quedam non poterat
dicere, quod Sabellius quia dixit in heresim prolapsus est. Certissime
quippe et de scripturis cognoscitur quod pie credendum est, et aspectu
mentis indubitata perceptione perstringitur, et patrem esse et filium esse
et spiritum sanctum esse, nec eundem filium esse qui pater est, nec spiritum sanctum eun-
dem patrem esse vel filium. Quesivit quid tria diceret, et dixit
substantias sive personas, quibus nominibus non diversitatem intelligi volu-
it sed singularitatem noluit, ut non solum ibi unitas intelligatur ex eo quod di-
citur una essentia, sed et trinitas ex eo quod dicuntur tres substantie vel tres perso-
ne. Nam si hoc est deo esse quod subsistere, ita non erant dicende tres persone ut
non dicuntur tres essentie, quemadmodum quia hoc est deo esse quod sapere,
sicut nec tres essentias, ita nec tres sapientias dicimus. Sic enim quia hoc
illi est deum esse quod est esse, tam tres essentias quam tres deos
dici phas non est. Si autem aliud est deo esse, aliud subsistere, sicut
aliud est deo esse, aliud patrem esse vel dominum esse, quod non ad se dicitur;
pater enim ad filium, et dominus ad servientem creaturam dicitur, rela-
tive ergo subsistit, sicut relative gignit et relative dominatur. Ita
iam substantia non erit substantia, quia relativum erit. Sicut enim ab eo quod est esse
appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus. Absur-
dum est autem ut substantia relative dicatur. Omnis enim res ad se ipsam sub-
sistit; quanto magis deus? si tamen dignum est ut deus dicatur subsistere.
De his enim rebus recte intelligitur in quibus subiectis sunt **Capitulum v.**
ea que in aliquo subiecto dicuntur, sicut color aut forma in corpore.
Corpus enim subsistit et ideo substantia est. Illa vero in subsistente atque in
subiecto corpore, que non substantie sunt sed in substantia; et ideo si esse desinat vel
iste color vel illa forma, non adimunt corpori corpus esse, quia non
hoc est ei esse quod illam vel illam formam coloremve retinere. Res ergo
mutabiles neque simplices proprie dicuntur substantie. Deus enim si subsistit ut
substantia dici possit, proprie inest in eo aliquid tamquam in subiecto, et non est simplex

cui hoc sit esse quod illi est, quicquid aliquid de illo ad illum dicitur
sicut magnus omnipotens bonus et si quid huiusmodi de deo non in-
congrue dicitur. Nephas est enim dicere ut subsistat et subsit deus
bonitati sue. atque illa bonitas non substantia sit vel potius essen-
neque ipse deus sit bonitas sua, sed in illo sit tamquam in subiecto. Unde mani-
festum est deum abusive substantiam vocari ut nomine usitatiore intel-
ligatur essentia quod vere ac proprie dicitur. Ita ut fortasse solum deum
dici oporteat essentiam. Est enim vere solus quia incommutabilis est
idque suum nomen famulo suo moysi enunciavit, cum ait Ego sum
qui sum. Et dices ad eos Qui est misit me ad vos. Sed tamen
sive essentia dicatur quod proprie dicitur, sive substantia quod abusive utrumque
ad se dicitur non relative ad aliquid. Unde hoc est deo esse quod subsistere.
Et ideo si una essentia trinitas una etiam substantia. Fortassis igitur
commodius dicuntur tres persone, quam tres substantie. Sed ne nobis videa-
mur suffragari. hoc etiam queramus. quamquam et illi si vellent, sicut di-
cunt tres substantias tres ypostases possent dicere personas tria prosopa.
Illud enim maluerunt quod fortasse secundum lingue sue consuetudi-
ne aptius diceretur. Nam quia et in personis eadem ratio est, non enim
deo aliud esse aliud personam esse sed omnino idem. Nam si esse ad
se dicitur, persona vero relative. sic dicamus tres personas patrem
et filium et spiritum sanctum. quemadmodum dicuntur tres amici. aut tres
propinqui aut tres vicini quod sint ad invicem non quod unusquisque eorum
ad se ipsum sit. Unde quilibet ex eis amicus est duorum cete-
rorum aut propinquus aut vicinus quia hec nomina relativam signifi-
cationem habent. Quid ergo? Num placet dicamus patrem personam esse
filii et spiritus sancti aut filium personam esse patris et spiritus sancti. Sed nec
persona ita dici alicubi solet, nec in hac trinitate cum dicimus
personam patris. aliud dicimus quam substantiam patris. Quocirca ut
substantia patris ipse pater est. non quo pater est. sed quo est. ita et persona patris
non aliud quam ipse pater est. Ad se quippe dicitur persona. non ad
filium vel spiritum sanctum, sicut ad se dicitur deus magnus et bonus
et iustus et si quid aliud huiusmodi. Et quemadmodum hoc est esse
illi quod deum esse. quod magnum quod bonum esse. Ita hoc illi est
esse quod personam esse. Cur ergo non hec tria simul unam personam
dicimus sicut unam essentiam et unum deum. sed dicimus tres personas.
cum tres deos aut tres non dicimus, nisi quia volumus vel unum vo-
cabulum aliquod servire huic significationi qua intelligitur trinitas
ne omnino taceremus interrogati quid tres, cum tres esse fateremur.
Nam si genus est essentia. species vero substantia. sive persona ut nonnulli
sentiunt, omitto id quod iam dixi, oportere appellari tres essentias
ut appellantur tres substantie vel tres persone. sicut appellantur tres equi
eademque animalia tria. cum sit species equus. animal vero genus. Neque
enim species ibi pluraliter dicta est. et genus singulariter tamquam dicerentur
tres equi unum animal. sed sicut tres equi speciali nomine Ita tria
animalia generali. Quod si dicunt substantie vel persone nomine non speciem significari

sed aliquid singulare atque individuum · ut substantia vel persona non ita dicatur sed
dicatur homo · quod commune est omnibus hominibus · sed quomodo dicitur hic homo velut
Abraham · velut Isaac · vel Iacob vel si quis alius qui etiam digito presens
demonstrari possit · Sic et quoque illos eadem ratio consequitur · Sicut enim
dicuntur Abraham Isaac et Iacob tria individua ita tres homines
et tres animalia · Cur ergo et pater et filius et spiritus sanctus · si secundum genus et speciem
et individuum ista etiam disserimus non ita dicuntur tres essentie ut
tres substantie seu persone · Sed hoc ut dixi omitto · illud dico · Si essentia
genus est · una essentia · iam habet species · sicut quia genus est animal
unum · animal unum iam non habet species · non sunt ergo tres species unius
essentie pater et filius et spiritus sanctus · Si enim species est essentia · sicut species est
homo · Tres vero ille quas appellamus substantias · sive personas · sic
eandem speciem communiter habent · quemadmodum Abraham Isaac et
Iacob speciem que homo dicitur communiter habent / non sicut homo subdividitur
in Abraham Isaac et Iacob ita unus homo · et in aliquos singu-
los homines subdividi potest · Omnino enim non potest · quia unus homo
iam singulus homo est · Cur ergo una essentia in tres substantias vel per-
sonas subdividitur · Nam si essentia species est sicut homo · sic est una es-
sentia sicut unus homo · An sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem
sexus · eiusdem temperationis corporis · eiusdem animi unam esse naturam
tres enim sunt homines · sed una natura · Sic etiam ibi dicimus tres
substantias · unam essentiam · aut tres personas unam substantiam vel essentiam ·
· Hoc vero utcumque simile est · quia et veteres · qui latine locuti sunt ·
antequam haberent ista nomina · que non diu est · ut in usum venirent
· id est essentiam vel substantiam pro his naturam dicebant · Non itaque secundum
genus et speciem ista dicimus sed quasi secundum communem eandemque
materiam · sed ex eodem auro si fierent tres statue · diceremus tres
statuas unum aurum · nec tamen genus diceremus aurum · species enim
statuas · nec aurum speciem · statuas vero individua · nulla quippe
species individua sua transgreditur · ut aliquid extra comprehendat ·
Cum enim diffinio quid sit homo · quod est nomen speciale · singuli
quique homines qui sunt individua · eadem diffinitione continentur · nec ad
eam aliquid pertinet · quod homo non sit · Cum vero aurum diffinio /
non sole statue / si auree fuerint / sed et anuli · et si quid aliud
de auro factum ad aurum pertinebit · et si nihil inde fiat · aurum dicitur
quia etiam si non sint auree · non iam non erunt statue · Item nulla
species excedit diffinitionem generis sui · Cum enim diffinio animal quoniam
huius generis species est equus · omnis equus animal est · Non autem
statua omnis aurum est · Ideo quamvis in tribus statuis aureis recte di-
ceremus tres statuas unum aurum · non tamen ita diceremus · ut genus aurum
statuas vero species intelligeremus · nec ergo trinitatem dicimus tres per-
sonas vel substantias · unam essentiam et unum deum · tamquam ex una materia · tria
quedam subsistant · etiam si quidquid illud est in his tribus expli-
catum est · Non enim aliquid aliud eius essentie est preter istam trinitatem

tamen tres personas eiusdem essentie vel tres personas unam essentiam dicimus
Tres enim personas ex eadem essentia non dicimus quasi aliud ibi sit quod
essentia est aliud quod persona sicut tres statuas ex eodem auro possumus
dicere aliud enim illic est esse aurum aliud esse statuas Et cum dicuntur
tres homines una natura vel tres homines eiusdem nature possunt etiam dici
tres homines ex eadem natura quoniam ex eadem natura et alii tres possunt existere
In illa vero essentia trinitatis nullo modo alia quelibet persona ex eadem
essentia potest existere Deinde in his rebus non tantum unus homo quantum
tres homines simul et plus aliquid sunt homines duo quam unus homo Et
in statuis equalibus plus auri est tres simul quam singule et minus
auri est una quam due Sed in deo non ita non enim maior essentia
est pater et filius simul quam solus pater aut solus filius sed tres simul ille
substantie sive persone si ita dicende sunt equales sunt singulis quod animalis
homo non percipit Non enim potest cogitare nisi moles aut spatia vel
minuta vel grandia volitantibus in animo eius fantasmatibus
tamquam ymaginibus corporum que ab hac immundicia donec purgetur
credat in patrem et filium et spiritum sanctum deum solum magnum omnipotentem
bonum iustum misericordem omnium visibilium et invisibilium conditorem et
quicquid de illo pro humana facultate digne vereque dici potest Neque cum
audierit patrem solum deum separet inde filium aut spiritum sanctum cum
eo quippe solus deus cum quo et unus deus quia et filium cum audi-
mus solum deum sine ulla separatione patris aut spiritus sancti oportet
accipere atque ita dicat unam essentiam ut non existimet aliud
alio vel maius vel melius vel aliqua ex parte diversum Non tamen ut
pater ipse sit et filius et spiritus sanctus et quicquid aliud ad alterutrum
singula dicuntur sicut verbum quod non dicitur nisi filius sicut donum
quod non dicitur nisi spiritus sanctus Propter quod etiam pluralem numerum
admittunt sicut in evangelio scriptum est Ego et pater unum sumus Joh. x.
et unum dixit et sumus unum propter essentiam quod idem deus sumus
secundum relativum quod ille pater hic filius Aliquando autem tacetur unitas
essentie et sola relativa pluraliter commemorantur Veniemus ad eum ego Joh. ix.
et pater et habitabimus apud eum Veniemus et habitabimus pluralis est
numerus quia predictum est Ego autem et pater id est filius et pater que relativa
sunt ad invicem Aliquando latenter omnino sicut in Genesi Faciamus hominem ad Ge. 1.
ymaginem et similitudinem nostram et faciamus et nostram pluraliter
dictum est et nisi ex relativis accipi non oportet Non enim ut facerent
dii aut ad ymaginem et similitudinem deorum sed ut facerent pater et
filius et spiritus sanctus id est ad ymaginem ergo patris et filii et spiritus sancti ut subsi-
steret homo ymago dei deus enim trinitas Sed quia non omnino e-
qualis fiebat illa ymago dei tamquam non ab illo nata sed ab
eo creata huius rei significande causa ita ymago est ut ad yma-
ginem sit id est non equata parilitate sed quadam similitudine accedit Non
enim locorum intervallis sed similitudine acceditur ad deum et dissimilitudine
receditur ab eo Sunt enim qui ita distinguunt ut ymaginem velint
esse filium hominem vero non ymaginem sed ad ymaginem Repellit

.i. cor. ii. cum apostolus dicit Vir quidem non debet velare caput cum sit ymago
et gloria dei / non dixit ad ymaginem sed ymago / que tamen ymago
cum alibi dicatur ad ymaginem non quasi ad filium dicatur· que ymago
equalis est patri Alioquin non diceret ad ymaginem nostram Quo enim
nostram· cum filius solius patris ymago sit ut diximus Sed propter im-
parem non dicitur similitudinem dictus est homo ad ymaginem· et ideo nostram
ut ymago trinitatis esset homo· non trinitati equalis· sicut filius patri
sed accedens ut dictum est quadam similitudine Sicut in distantibus significa-
tur quedam vicinitas loci non· sed cuiusdam imitationis Ad hoc
enim et dicitur Reformamini in novitate mentis vestre Quibus item dicit
Estote imitatores dei sicut filii karissimi Novo enim homini dicitur qui re-
novatur in agnitionem dei secundum ymaginem eius qui creavit illum
Iam si placet propter disputandi necessitatem etiam exceptis nominibus
relativis pluralem numerum admittere ut uno nomine respondeatur cum queritur
Quid tria· et dicere tres substantias sive personas· nulle moles aut
intervalla cogitentur nulla distantia quantulecumque dissimilitudinis
ut ibi intelligatur aliud alio vel paulominus quocumque modo minus
esse aliud alio potest· ut neque personarum sit confusio· nec talis dis-
tinctio qua sit impar aliquid Quod si intellectu capi non
potest fide teneatur donec illucescat in cordibus ille qui ait per
prophetam Nisi credideritis non intelligetis / Explicit septimus liber.

Incipiunt Capitula Octavi libri de Trinitate· Augustini

De eo quod differenti magnitudine trinitatis in qua non est plus ipsa
trinitas simul quam singula quaeque persona / Item de essentia veritatis
que est trinitas deus nichil corporeum neque mutabile debeat cogi-
tari / De vero et summo atque uno bono / De dilectione in deum
per fidem / De sacramento incarnationis domini et salvatoris Ihesu
Quomodo in sanctis quos non videmus diligamus / De vera dilectione
Item qui fratrem diligit deum diligat quem amat et ipsam dilectionem
que ex deo et deus est Item certa forma qua diligitur iustus
diligatur deus quia non potest ea que dilectionem excitat forma
non diligi eademque est deus quia deus est caritas / De
amante et quod amatur et amore ·:· Capitulum primum

Diximus alibi ea dici proprie in illa trinitate distincte ad singu-
las personas pertinentia que relative dicuntur ad invicem sicut
pater et filius et utriusque donum spiritus sanctus Non enim pater trinitas
aut filius trinitas aut trinitas donum Quod vero ad se dicuntur singuli
non dici pluraliter tres· sed unum ipsam trinitatem sicut deus pater deus filius
deus spiritus sanctus· et bonus pater· bonus filius bonus spiritus sanctus· Et omnipotens
pater omnipotens filius· omnipotens spiritus sanctus· nec tamen tres dii aut tres boni aut
tres omnipotentes Sed unus deus bonus omnipotens ipsa trinitas et quidquid
aliud· non ad invicem relative sed ad se singuli dicuntur· Hoc enim
secundum essentiam dicitur· quia hoc est ibi esse quod magnum esse quod bonum
esse quod sapientem esse· et quicquid aliud ad se una quaeque persona vel ipsa tri-
nitas dicitur / Ideoque dici tres personas vel tres substantias· non ut aliquid·

intelligatur dissimilitas essentie sed ut vel uno aliquo vocabulo responderi
possit cum dicitur Quid tres vel quid tria. tantamque esse equalitatem
in ea trinitate ut non solum pater non sit maior quam filius quod attinet ad
divinitatem. sed nec pater et filius simul maius aliquid sit quam spiritus sanctus
aut singula queque persona quelibet trium minus aliquid sit quam ipsa
trinitas. Dicta sunt hec et si sepius repetantur familiarius quidem in-
notescunt Sed modus aliquis adhibendus est deo quoque supplicandum
devotissima pietate ut intellectum aperiat et studium contentionis ad-
imat quo possit mente cerni essentia veritatis sine ulla mole
sine ulla mobilitate. Nunc itaque in quantum adiuvat creator mire
misericors attendamus hec que modo interiore quam superiore tractabimus cum
sint eadem servata illa regula ut quod intellectui nostro nondum Capitulum ij
eluxerit a firmitate fidei non dimittatur.

Dicimus enim non esse in hac trinitate maius aliquid duas aut
tres personas quam unam earum quod non capit consuetudo car-
nalis non ob aliud nisi quia vera que creata sunt sentit ut potest
veritatem vero ipsam qua creata sunt non potest intueri nam si
posset nullo modo esset lux ista corporea manifestior quam hoc quod diximus
In substantia quippe veritatis quoniam sola vere est non est maior aliqua
nisi que verius est Quidquid autem intelligibile atque incommutabile
est non est aliud alio verius quia eque incommutabiliter eternum est. nec
quod ibi magnum dicitur aliunde magnum est quam eo quo vere est. Qua-
propter ubi magnitudo ipsa veritas est quidquid plus habet magnitudinis ne-
cesse est plus habeat veritatis quidquid ergo plus veritatis non habet
non habet et plus magnitudinis Porro quidquid habet plus veritatis profecto
verius est sicut maius est quod plus habet magnitudinis. Hic ergo ibi
est maius quod verius Non autem verius est pater et filius simul quam singulus
pater aut singulus filius non ergo maius aliquid utrumque simul
quam singulum eorum. et quoniam eque verum est etiam spiritus sanctus nec pater
et filius simul maius aliquid est quam ipse quia nec verius pater quoque et spiritus
sanctus simul tam magnum aliquid sunt quam pater solus quia tam vere sunt
Sic et ipsa trinitas tam magnum est quam unaqueque ibi persona non
enim ibi maior est que minor non est ut est ipsa veritas magnitu-
do quia in essentia veritatis hoc est verum esse quod est esse et hoc est esse
quod est magnum esse. hoc ergo magnum esse quod verum esse Quod ibi
eque verum est etiam eque magnum sit necesse est In corporibus enim fieri potest
ut eque verum sit hoc aurum atque illud sed maius hoc sit quam illud quia non
eadem est ibi magnitudo que veritas aliudque illi est aurum esse aliud magnum esse. Cum

Sit et in animi natura secundum quod dicitur
magnus animus non secundum hoc dicitur verus animus Verum enim etiam
quem non est magnus magnanimus quoniam corporis et animi essentia
non est ipsa veritas essentia sicut est trinitas deus unus solus magnus
verus verax veritas. quem si cogitare conamur quantum sinit et do-
nat nullus cogitetur per locorum spatia contactus aut complexus quasi trium corporum
nulla compago coniunctionis sicut tricorporem Gerionem fabule ferunt

Sed quodque duo tale occurrit ut maius sit in tribus quam in singulis
minus quam in uno quam in duobus sine ulla dubitatione respuatur. Ita
enim respuitur omne corporeum in spiritualibus enim omne mutabile quod
occurrit non putetur deus. Non enim parvo noticie pretium est cum de pro
fundo isto in illam summitatem respiramus si antequam scire
possimus quid sit deus possumus iam scire quid non sit. Non est quippe
certe nec terra nec celum. nec quasi terra et celum nec tale aliquid quale
videmus in celo. nec quidquid tale non videmus et est fortassis
in celo nec si augeas ymaginatione cogitationis lucem solis quantum
potes sive quo sit maior. sive quo sit clarior milies tantum et
innumerabiliter. Neque hoc est deus. nec sicut cogitantur angeli mundi
spiritus celestia corpora inspirantes atque ad arbitrium quo serviunt
deo mutantes atque versantes neque ut omnes cum sint milia
milium collati unus fiat nec tale aliquid deus est nec si eosdem
spiritus sine corporibus cogites quod quidem carnali cogitationi
difficillimum est. Ecce vide si potes o anima pregravata corpore quod
corrumpitur. et onusta terrenis cogitationibus multis et variis. Ecce vi
de si potes. Deus veritas est. Hoc enim scriptum est. Quoniam deus lux est
non quo isti oculi vident. sed quo videt cor. Cum audis
veritas est noli querere quid sit veritas. Statim enim opponent se
caligines ymaginum corporalium et nubila fanthasmatum et
perturbabunt serenitatem que primo ictu diluxit tibi cum dicerem
veritas. Ecce in ipso primo ictu quo velut coruscatione perstringeris
cum dicitur veritas. mane si potes. sed non potes. relaberis in ista
solita atque terrena. Quo tandem pondere queso relaberis nisi sor
dium contractarum cupiditatis visco et peregrinationis erroribus. Cap iiij

Ecce iterum vide si potes. Non amas certe nisi bonum. quia
bona est terra altitudine moncium et temperamento collium et plani
cie camporum. bonum predium amenum ac fertile et bona domus
paribus membris disposita et ampla et lucida. et bona animalia
animata corpora. et bonus aer modestus et salubris. et bonus cibus
suavis atque aptus valitudini. et bona valitudo sine do
loribus et lassitudine. et bona facies hominis dimensa pariliter et
affecta hilaritate et luculenta colorata. et bonus animus amici consen
sionis dulcedine et amoris fide. et bonus vir iustus. et bone
divicie quia facile expediunt. et bonum celum cum sole luna et
stellis suis. et boni angeli sancta obediencia. et bona locucio sua
viter docens et monens audientem. et bonum carmen canorum
numeris et sententiis grave. Quid plura et plura. Bonum hoc et bonum
illud. tolle hoc et illud et vide ipsum bonum si potes. Ita deum vi
debis non alio bono bonum, sed bonum omnis boni. Neque enim in his
omnibus bonis. vel que commemoravi vel que alia cernuntur vel cogi
tantur. diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus nisi esset no
bis impressa notio ipsius boni. secundum quod et probaremus aliquid et aliud

aliquem proponeret) Sic amandus est deus· non hoc et illud bonum· sed
ipsum bonum· Querendum enim bonum anime· non cui supervolitet iudi-
cando sed cui hereat amando· et quid hoc nisi deus· Non bonus
animus· aut bonus angelus· aut bonum celum· sed bonum· bonum· Sic
enim forte facilius advertitur quod velim dicere· Cum enim audio verbi
gratia· quod dicitur animus bonus sicut duo verba sunt ita et ex eis verbis duo
quedam intelligo· aliud quo animus est aliud quo bonus· Et ut esset
nisi animus esset· non egit ipse aliquid· non enim iam erat qui ageret ut esset
ut enim sit bonus animus· video agendum esse voluntate· non quia id ipsum
quo animus est non est aliquid bonum· Nam unde dicitur et verissime dicitur corpore
melior· Sed ideo nondum dicitur bonus animus· quia restat ei actio volun-
tatis quo sit prestantior· quam si neglexerit iure culpatur recteque
dicitur non bonus animus· Distat enim ab illo qui hoc agit· Et quia ille lau-
dabilis· profecto iste qui hoc non agit· vituperabilis est· Cum vero agit
hoc studio ut sit bonus animus nisi se ad aliquid convertat· quod ipse non
est non potest hoc assequi· Quo se hic convertit ut fiat bonus animus· nisi
ad bonum· cum hoc amat et appetit et adipiscitur· Unde se si rur-
sum avertit· fiatque non bonus· hoc ipso quo se avertit a bono· nisi ma-
neat in se illud bonum unde se avertit· non est quo se iterum si valuerit
emendare convertat· Quapropter nulla esse mutabilia bona nisi esset in-
commutabile bonum· Cum itaque audis bonum hoc· et bonum illud· que
possunt etiam alias dici non bona· si potueris sine illis que participatione boni
bona sunt perspicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt· simul enim et
ipsum intelligis cum audis hoc· aut illud bonum· Si ergo potueris
detractis per se perspicere bonum· perspexeris deum· et si amore inheseris conti-
nuo beatificaberis· Pudeat enim cum alia non amentur nisi quia bona
sunt eis inherendo non amare bonum ipsum unde bona sunt· Illud etiam
quo animus tantum quia est animus· etiam nondum eo modo bonus quo se convertit
ad incommutabile bonum· sed ut dixi tantum animus· cum ita nobis placet
ut eum omni etiam luci corporee cum bene intelligimus preferamus· non in se
ipso nobis placet sed in illa arte qua factus· nisi videtur fuisse
faciendus· Hec est veritas· et simplex bonum· non enim est aliud aliquid
quam ipsum bonum ac per hoc etiam summum bonum· non enim augeri vel
minui bonum potest nisi quod ex alio bono bonum est· Ad hoc se igitur
animus convertit ut bonus sit· a quo habet ut animus sit· Tunc ergo volun-
tas nature congruit ut perficiatur in bono animus cum id bonum diligitur
conversione voluntatis· unde est et id quod non amittitur nec aversione
voluntatis· Avertendo enim se a summo bono amittit animus ut sit bonus
animus· non autem amittit ut sit animus· cum et hoc iam bonum sit corpore
melius· Hoc ergo amittit voluntas· quod voluntas adipiscitur· Iam
enim erat animus qui converti ad illud vellet a quo erat· Qui autem
vellet esse nondum erat· Et hoc bonum nostrum ut videmus utrum esse de-
buerit aut debeat· quidquid esse debuisse aut debere comprehendimus
et ut videmus eum non potuisse nisi esse debuisset· quidquid etiam
quomodo esse debuerit non comprehendimus· Hoc ergo bonum non lon-
ge positum est ab unoquoque nostrum· In illo enim vivimus· movemur
et sumus· Sequitur Capitulum quintum

Sed dilectione standum est ad illud et inherendum illi ut presente perfruamur a quo sumus quo absente nec esse possemus. Cum enim per fidem adhuc ambulamus non per speciem non utique videmus deum sicut idem ait facie ad faciem. Quem tamen nisi iam nunc diligamus numquam videbimus. Sed quis diligit quod ignorat. Sciri enim aliquid et non diligi potest. Diligi vero quod nescitur queritur quomodo ut possit. quia si non potest, nemo diligit deum antequam sciat. Et quid est deum scire, firmeque percipere nisi eum mente conspicere. non enim corpus est ut corporeis oculis inquiratur. sed et priusquam valeamus conspicere atque percipere deum sicut conspici et percipi potest. quod mundis cordibus licet. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Nisi per fidem diligatur non poterit cor mundari quo ad eum videndum sit aptum et ydoneum. Ubi sunt enim illa tria propter que in animo edificanda omnium divinorum librorum machinamenta consurgunt fides spes et caritas. nisi in animo credente quod nondum videt et sperante atque amante quod credit. Amatur ergo et quod ignoratur. sed tamen creditur. Nimirum enim cavendum est ne animus credens id quod non videt fingat sibi aliquid quod non est et speret diligatque quod falsum est. Quod si fit non erit caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta qui finis precepti est sicut idem dicit apostolus. Necesse est autem ut cum aliqua corporalia lecta vel audita que non vidimus credimus. fingat sibi animus aliquid in lineamentis formisque corporum sicut occurrerit cogitanti quod aut verum non sit aut etiam si verum est quod rarissime potest accidere. non hoc tamen fide ut teneamus quidquam prodest sed ad aliud aliquid utile quod per hoc insinuatur. Quis enim legentium vel audientium que scripsit apostolus paulus vel que de illo scripta sunt non fingat animo et ipsius apostoli faciem et omnium quorum ibi nomina commemorantur. Et cum in tanta hominum multitudine quibus ille littere note sunt alius aliter lineamenta figurasque illorum corporum cogitet quis propinquius et similius cogitet utique incertum est. neque ibi occupatur fides nostra qua facie corporis fuerint homines illi. sed tantum quia per dei gratiam ita vixerunt et ea gesserunt que scriptura illa testatur. Hoc utile est credere et non desperandum et appetendum. Nam et ipsius facies dominice carnis innumerabilium cogitationum diversitate variatur et fingitur que tamen una erat quecumque erat. neque in fide nostra quam de domino nostro ihesu christo habemus illud salubre est quod sibi animus fingit longe fortasse aliter quam res habet sed illud quod secundum speciem de homine cogitamus. Capitulum VI

Secundum hanc notitiam cogitatio nostra informatur cum credimus pro nobis deum hominem factum ad humilitatis exemplum et ad demonstrandam erga nos dilectionem dei. Hoc enim nobis prodest credere. et firmum atque inconcussum corde retinere humilitatem qua natus est deus ex femina et a mortalibus per tantas contumelias perductus ad mortem. summum esse medicamentum quo superbie nostre sanaretur tumor. et altum sacramentum quo peccati vinculum solveretur. Sic et virtutem miraculorum et ipsius resurrectionis eius. quoniam novimus quid sit omnipotentia. de omnipotente deo credimus et secundum species et genera rerum vel natura insita vel experientia collecta de factis huiuscemodi cogitamus ut non ficta sit fides nostra. Neque enim novimus faciem virginis Marie ex

qua illa a virgo intacta neque in christo partu corrupta in qua ab illo natus
est neque quibus membrorum lineamentis fuerit lazarus nec bethaniam nec
sepulcrum lapidemque illum quem removeri iussit cum eum resuscitaret vidimus
nec monimentum novum excisum de petra unde ipse resurrexit nec
montem oliveti unde ascendit in celum. neque omnino scimus quicumque
ista non vidimus an ita sint ut ea cogitamus immo vero probabilius
existimamus ita non esse. Nam cum alicuius facies vel loci vel hominis
vel cuiuslibet corporis eadem occurrit oculis nostris. occurrebat animo cum
eam prius quam videremus cogitabamus. non parvo miraculo movemur
Ita raro et pene numquam accidit. et tamen ea firmissime credimus
quia secundum specialem generalemque notitiam que certa nobis est cogitamus
Credimus enim dominum nostrum natum de virgine que maria vocabatur. Quid
sit autem virgo. Et quid sit nasci. et quid sit nomen proprium non
credimus sed prorsus novimus. Utrum autem illa facies marie fuerit
que occurrit animo cum ista loquimur aut recordamur nec novimus omnino
nec credimus. Itaque hoc salva fide licet dicere forte talem ha-
bebat faciem. forte non talem. forte enim de virgine natus est christus
nemo salva fide christiana dixerit. Quamobrem quoniam trinitatis eter-
nitatem et equalitatem et unitatem quantum datur intelligere cupimus
prius autem quam intelligamus Credere debemus vigilandum quod nobis
est. ne ficta sit fides nostra. Eadem quippe trinitate fruendum est ut
beate vivamus. Si autem falsum de illa crediderimus inanis erit spes et
non casta caritas. Quomodo ergo trinitatem quam non novimus credendo di-
ligimus. An secundum specialem generalemve notitiam secundum quam diligimus
apostolum paulum qui etiamsi non eadem facie fuit que nobis occurrit de illo
cogitantibus et hoc penitus ignoramus. Novimus tamen quid homo. Ut enim
longe non eamus hoc sumus et illum hoc fuisse et animam eius cor-
pori copulatam mortaliter vixisse manifestum est. hoc ergo de illo credimus
quod invenimus in nobis. credimus iuxta speciem vel genus quo humana
omnis natura pariter continetur. Quid ergo de illa excellentia trinitatis
sive specialiter sive generaliter novimus quasi multe sint tales trinitates
quarum aliquas experti sumus ut per regulam similitudinis impressam
vel specialem vel generalem notitiam illam quoque talem esse credamus
atque ita rem quam credimus et nondum novimus ex parilitate rei
quam novimus diligamus quod utique non ita est. An quemadmodum
diligimus in domino ihesu christo quod resurrexit a mortuis quamvis inde
neminem umquam resurrexisse viderimus. Ita trinitatem quam non vi-
demus et qualem numquam vidimus possumus credendo diligere. Sed quid
sit vivere. et quid sit mori. utique scimus. quia et vivos et mor-
tuos ac morientes aliquando vidimus atque experti sumus. Quid
autem aliud resurgere nisi revivescere id est ex morte ad vitam redire
Cum ergo dicimus et credimus esse trinitatem. novimus quid sit tri-
nitas. quia novimus quid sint tria sed non hoc diligimus. nam illud
ut volumus facile habemus ut alia omittam vel micando di-
gitis tribus. An vero diligimus non quod omnis trinitas
sed quod trinitas deus. hoc vero diligimus in trinitate quod deus est
Sed deum nullum alium vidimus aut novimus quia unus deus est ille solus

que non dum vidimus credendo aut diligimus. Sed ex qua rerum no-
strarum similitudine vel comparatione credimus, quo etiam non dum
notum deum diligamus hoc queritur. Capitulum vi.

Redi ergo mecum et consideremus cur diligamus apostolum.
Numquid propter humanam speciem quam notissimam habemus
eo quod credimus eum hominem fuisse, non utique. Alioquin nunc
non est quem diligamus cum quando homo ille iam non est. Anima
enim eius a corpore separata est. Sed illud quod in eo amamus etiam
nunc vivere credimus. Amamus enim animum iustum. Ex qua enim
generali aut speciali regula nisi quia scimus et quid sit animus
et quid sit iustus. Et animum quidem quid sit non incongrue
nos dicimus ideo nosse quia et nos habemus animum. Neque enim un-
quam oculis vidimus et ex similitudine visorum plurium notionem
generalem specialemve percepimus, sed potius ut dixi quia et nos
habemus. Quid enim tam intime scitur seque ipsum esse sentit quam
illud quo etiam cetera sentiuntur, id est ipse animus. Nam et motus
corporum quibus preter nos alios vivere sentimus ex nostra similitudine
agnoscimus quia et nos ita movemus corpus vivendo sicut illa
corpora moveri advertimus. Neque enim cum corpus vivum movetur
aperitur ulla via oculis nostris ad videndum animum rem que oculis
videri non potest, sed illi moli aliquid inesse sentimus quale no-
bis inest ad videndum similiter molem nostram quod est
vita et anima. Neque est quasi humane prudentie rationis que proprium est. Et
bestie quippe sentiunt vivere non tantum in se ipsas sed etiam invicem
alterutras et nos ipsos, nec animas nostras vident sed ex motibus cor-
poris ideo quod statim et facillime quadam conspiratione naturali. Animum igitur cuius-
libet ex nostro novimus et ex nostro credimus quem non novimus. Nec enim
tantum sentimus animum sed etiam scire possumus quid sit animus consideratione
nostri. Habemus enim animum. Sed quid sit iustus unde novimus. Dixeramus enim apostolum
nos non alia causa diligere nisi quod sit iustus animus. Novimus ergo et
quid sit iustus sicut quid sit animus. Sed quid sit animus novimus ex nobis,
inest enim animus nobis. Quid vero sit iustus unde novimus si iusti
non sumus. Quod si nemo novit quid sit iustus nisi qui iustus
est, nemo diligit iustum nisi iustus. Non enim potest diligere quem iustum
esse credit si quid sit iustus ignorat, secundum id quod superius demonstravimus ne-
minem diligere quod credit et non videt nisi ex aliqua regula
notitie generalis sive specialis. Ac per hoc si non diligit iustum
nisi iustus quomodo valet quisquam iustus esse qui non dum est. Non enim
vult quisquam esse quod non diligit. Ut enim sit iustus qui non dum est
volet utique iustus esse. Ut autem velit iustum, diligit ergo iustum et
qui non dum iustus est. Diligere autem iustum non potest si quid sit iustus
ignorat. Proinde novit quid sit iustus etiam qui non dum est. Ubi ergo
novit. Num oculis vidit aut illud corpus iustum velut album
vel nigrum vel quadratum vel rotundum. Quis hoc dixerit. Sed oculis non vidit
nisi corpora. Iustus enim in homine non est nisi animus, et cum homo iustus dicitur
ex animo dicitur non ex corpore. Est enim quedam pulchritudo animi iustitia quo

pulchri sunt plerique etiam qui corpore distorti atque deformes sunt. Sicut autem
animus non videtur oculis ita nec pulchritudo eius. Ubi ergo novit quid
sit iustus qui non dum est. atque ut sit diligit iustum. An signa quedam
per motum corporis emicant quibus ille aut ille homo esse iustus apparet
Sed unde novit illa signa esse animi iusti nesciens omnino quid sit iustus
Novit ergo. Sed ubi novimus quid sit iustus etiam cum iusti non dum
sumus. Si extra quam nos novimus in corpore aliquo novimus. Sed non
est ista res corporis. In nobis ergo novimus quid sit iustus. Non enim alibi
hoc invenio cum quero dum hoc eloquar nisi apud meipsum. Et si inter-
rogem alium quid iustus. apud seipsum quid videt invenit. Et Car-
thaginem quidem cum eloqui volo apud meipsum quero ut eloquar
et apud me ipsum invenio fantasiam Carthaginis. sed eam per corpus accepi
id est per corporis sensum. quoniam presens in ea fui corpore et eam vidi atque sensi
memoriaque retinui ut apud me invenirem de illa verbum. cum eam vellem
dicere. Ipsa enim fantasia eius in memoria mea verbum eius non sonus iste
trisillabus cum Carthago nominatur. vel etiam tacite nomen ipsum per
spacia temporis cogitatur. sed id quod in animo meo cum hoc trisillabum in voce
profero vel antequam profero. Sic et Allexandriam cum eloqui volo
quam numquam vidi presto est apud me fantasia eius. Cum a multis
audissem et credidissem magnam esse illam urbem sicut mihi narrari po-
tuit finxi animo ymaginem eius quam potui et hoc est apud me verbum
eius cum eam volo dicere antequam voce quinque sillabas proferam quod
nomen eius omnibus fere notum est. Quam tamen ymaginem si ex animo meo
proferre possem ad oculos hominum qui Allexandriam noverunt profecto
aut omnes dicerent Non est ipsa. Aut si dicerent ipsa est multum mirarer atque
ipsam animo meo id est ymaginem eius quasi picturam eius ipsam tamen esse
nescirem sed eis crederem qui visam tenent. Non enim ita quero quid
sit iustus. nec ita invenio nec ita intueor cum illud eloquor. nec ita
probo cum audio quasi tale aliquid oculis viderim aut ullo corporis sensu di-
dicerim aut ab eis qui ita didicissent audierim. et sciens dico. non
est animus qui scientia atque ratione in vita atque moribus sua cuique distribuit
non aliquam rem absentem cogito sicut Carthaginem aut fingo
ut possum sicut Allexandriam sive ita sit sive non ita sed presens quiddam
cerno apud me. Et si non sum ipse quod cerno et multi si audiant appro-
babunt. Et quisquis me audit aut scienter approbat apud se et ipse
hoc idem cernit etiam si non sit et ipse quod cernit. Iustus vero cum id dicit
id quod ipse est cernit aut dicit. Et ubi ipse etiam cernit nisi apud se
ipsum. etiam hoc mirum est. Ubi enim seipsum cerneret nisi apud seipsum. Illud
mirabile ut apud se animus videat quod alibi numquam vidit et verum vi-
deat et ipsum verum iustum animum videat. et si ipse animus. et non sit iustus
animus quem apud seipsum videt. Num est alius animus iustus in animo
non dum iusto. Aut si non est quem ibi videt cum videt et dicat quid sit
animus iustus nec alibi quem ipse videt. cum ipse non sit animus iustus
An id quod videt veritas est interior presens animo qui eam valet intu-
eri. neque omnes valent. et qui intueri valent. hoc etiam quod intuentur

non omnes sunt. Hec est non sunt etiam ipsi iusti animi sed putant videre et dicunt quid
sit iustus animus. Credo unde esse potuerunt nisi inherendo eidem ipsi forme quam in-
tuentur ut inde formentur et sint iusti animi non tantum cernentes et dicentes
iustum esse animum qui scientia et ratione in vita ac moribus sua cuique distri-
buit sed etiam ut ipsi bene vivant iustique moribus sint sua cui-
que distribuendo ut nemini quidquam debeatis nisi ut invicem dili-
gatis. Et unde inheretur illi forme nisi amando. Cur ergo alium
diligimus quem credimus iustum et non diligimus ipsam formam ubi vi-
demus quid sit iustus animus ut et nos iusti esse possimus. An vero
nisi et istam diligeremus quem ex ista diligimus. Sed dum iusti non sumus
minus eam diligimus quam ut iusti esse valeamus. Homo ergo qui creditur
iustus ex ea forma et veritate diligitur quam cernit et intelligit apud
se ille qui diligit. Ipsa vero forma et veritas non est quomodo aliunde
diligatur. Neque enim invenimus aliquid tale preter ipsam ut cum ea tamen in-
cognita est credendo diligamus ex eo quod iam aliquid tale novimus. Quic-
quid enim tale aspexeris ipsa est. et non est quidquam tale quoniam sola
ipsa talis est qualis ipsa. Qui ergo amat homines aut quia iusti
sunt aut ut iusti sint amare debet. Sic enim et se ipsum amare debet
aut quia iustus est aut ut iustus sit. Sic enim diligit proximum tamquam
se ipsum sine ullo periculo. Qui enim aliter se diligit iniuste se dili-
git quoniam se ad hoc diligit ut sit iniustus. ad hoc ergo ut sit
malus ac per hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquita-

Quapropter non est precipue videndum tem odit animam suam. C. viii.
in hac questione que de trinitate nobis est et de cognoscendo
deo nisi quid sit vera dilectio. Ea quippe dilectio dicenda quae vera est
alioquin cupiditas est. atque ita cupidi abusive dicuntur diligere quem-
admodum cupere abusive dicuntur qui diligunt. Hec est enim vera
dilectio ut inherentes veritati iuste vivamus et ideo contempnamus omnia
mortalia pre amore hominum quo eos volumus iuste vivere. Ita enim
et mori pro fratribus utiliter parati esse poterimus quod nos exemplo suo dominus
ihesus christus docuit. Cum enim duo precepta sint in quibus tota lex
pendeat et prophete. Dilectio dei et dilectio proximi. Non immerito ple-
rumque scriptura pro utroque unum ponit. sive tantum dei sicut est illud Scimus
quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et iterum Quisquis enim
diligit deum hic cognitus est ab illo. Et illud Quoniam caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Et alia multa. Et qui diligit deum consequens est ut faciat que
precepit deus. et in tantum diligit in quantum facit. Consequens est ergo
ut et proximum diligat quia hoc precepit deus. Sive tantum proximi dilectionem
scriptura commemorat sicut est illud Invicem onera vestra portate et sic ad-
implebitis legem christi. Et illud Omnis enim lex uno sermone impletur in
eo quod scriptum est Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et in evangelio
Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines bona et vos facite il-
lis. Hec est enim lex et prophete. Et plura que reperimus alia in litteris sanctis
in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem precipi videtur. et taceri de dile-
ctione dei cum in utroque precepto lex pendeat et prophete. Sed et hoc ideo quia et

qui proximum diligit consequens est ut ipsam precipue dilectionem diligat Deus enim dilectio est et qui manet in dilectione in deo manet Consequens est ergo ut precipue deum diligat Quapropter qui querunt deum per istas potestates que mundo presunt vel partibus mundi auferuntur ab eo longeque iactantur non intervallis locorum sed diversitate affectuum Exterius enim conantur ire et interiora sua deserunt quibus interior est deus Itaque etiam si aliquam sanctam celestem potestatem vel audierint vel utcumque cogitaverint facta magis eius appetunt que humana miratur infirmitas non imitantur pietatem qua divina requies comparatur Malunt enim superbe hoc posse quod angelus quam devote hoc esse quod angelus Non enim sanctus quisquam potestate sua gaudet sed eius a quo habet posse quidquid congruenter potest et novit potentius esse coniungi omnipotenti pia voluntate posse quod contremiscant qui talia non possunt Itaque ipse dominus ihesus christus talia faciens ut miratores doceret ampliora Et temporalibus insolitis intentos atque suspensos ad eterna atque interiora converteret Venite inquit ad me qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam Tollite iugum meum super vos Et non dixit Discite a me quia quatriduanos mortuos suscitavi Sed ait Discite a me quia mitis sum et humilis corde Potentior enim et tutior solidissima humilitas quam ventosissima celsitudo Et ideo sequitur Et invenietis requiem animabus vestris Dilectio enim non inflatur et deus dilectio est et fideles in dilectione acquiescunt illi revocati ab strepitu qui foris est ad gaudia silentia Ecce deus dilectio est Ut quid imus et currimus in sublimia celorum et ima terrarum querentes eum qui est apud nos si nos esse velimus apud deum Nemo dicat non novi quod diligam Diligat fratrem et diliget eandem dilectionem Magis enim novit dilectionem qua diligit quam fratrem quem diligit Ecce enim iam potest notiorem habere deum quam fratrem plane notiorem quia presentiorem notiorem quia interiorem notiorem quia certiorem Amplectere dilectionem deum et dilectione amplectere deum Ipsa est dilectio que omnes bonos angelos et omnes dei servos consociat vinculo sanctitatis Nosque et illos coniungit invicem nobis et subiungit sibi Quanto ergo saniores sumus a tumore superbie tanto sumus dilectione pleniores Et quo nisi deo plenus est qui plenus est dilectione Et enim caritatem video et quantum possum eam mente conspicio et credo scripture dicenti Quoniam deus caritas est et qui manet in caritate in deo manet Sed cum eam video non in ea video trinitatem Immo vere vides trinitatem si caritatem vides Sed commonebo si potero ut videre te videas Adsit tantum ipsa ut moveamur caritate ad aliquid bonum Quia cum diligimus caritatem aliquid diligentem diligimus propter hoc ipsum quia aliquid diligit Ergo quid diligit caritas ut possit etiam ipsa caritas diligi Caritas enim non est que nihil diligit Si autem seipsam diligit diligat aliquid oportet ut caritate se diligat Sicut enim verbum indicat aliquid indicat etiam seipsum Sed non se verbum indicat nisi se aliquid indicare indicet Sic et caritas diligit quidem se Sed nisi se aliquid diligentem diligat non caritate se diligit Quid ergo diligit caritas nisi quod caritate diligimus Id autem ut a proximo provehamur frater est Dilectionem autem fraternam quantum commendat Iohannes apostolus Qui diligit inquit fratrem suum in lumine manet

et scandalum in eo non est. Manifestum est quod iustitiae perfectionem in fratris dilectione posuit. Nam in quo scandalum non est utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse, quod numquam faceret nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissime enim in eadem epistola paulo post ita dicit: Dilectissimi diligamus invicem quia dilectio ex Deo est. Et omnis qui diligit ex Deo natus est et cognovit Deum. Qui non diligit non cognovit Deum quia Deus dilectio est. Ista contextio satis aperte atque declarat eandem ipsam fraternam dilectionem. Nam fraterna dilectio est qua diligimus invicem non solum ex Deo sed etiam Deum esse tanta auctoritate praedicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem, nec fieri potest ut eandem dilectionem non praecipue diligamus qua fratrem diligimus. Unde colligitur duo illa praecepta non posse sine invicem. Quoniam quippe Deus dilectio est, Deum certe diligit qui diligit dilectionem. Dilectionem enim necesse est diligat qui diligit fratrem. Et ideo quod paulo post ait: Non potest Deum diligere quem non videt qui fratrem quem videt non diligit, quia haec illi causa est non videndi Deum quod non diligit fratrem. Qui enim non diligit fratrem non est in dilectione. Et qui non est in dilectione non est in Deo quia Deus dilectio est. Porro qui non est in Deo non est in lumine quia Deus lumen est et in eo tenebrae non sunt ullae. Qui ergo non est in lumine, quid mirum si non videt lumen, id est non videt Deum quia in tenebris est. Fratrem enim videt humano visu quo videri Deus non potest. Sed si eum quem videt humano visu spirituali caritate diligit, videt Deum qui est ipsa caritas visu interiore quo videri potest. Itaque qui fratrem quem videt non diligit, Deum quem propterea non videt quia Deus dilectio est qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere? Nec illa iam quaestio moveat quantum caritatis fratri debeamus impendere, quantum Deo. Fratri enim quantum nobis ipsis, nos autem ipsos tanto magis diligimus quanto magis diligimus Deum.

Ex una igitur eademque caritate Deum proximumque diligimus, sed Deum propter Deum, nos autem et proximum propter Deum. Capitulum ix. Quid enim quaeso quod exardescimus cum audimus et legimus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nullam in quoquam dantes offensionem ut non reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiae a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces, ut qui ignoramur et cognoscimur, quasi morientes et ecce vivimus, ut castigati et non mortificati, ut tristes semper autem gaudentes, sicut egentes multos autem ditantes, tamquam nihil habentes et omnia possidentes. Quid est quod accendimur in dilectione Pauli apostoli cum ista legimus, nisi quod credimus eum ita vixisse? Vivendum tamen sic esse Dei ministris non

de aliquibus auditum credidisti intra apud nos vel potius supra nos in ipsa veritate conspicimus. Illum ergo quem sic vixisse credimus ex hoc quod videmus diligimus. et nisi hanc formam quam semper stabilem atque incommutabilem cernimus precipue diligeremus. non ideo diligeremus illum quia eius vitam cum in carne viveret huic forme coaptatam et congruentem fuisse tenemus. Sed nescio quo amplius et in ipsius forme caritatem excitamur per fidem qua credimus sic vixisse aliquem. et spem qua nos quoque ita posse vivere qui homines sumus. ex eo quod aliqui homines ita vixerunt minime desperamus ut hoc et desideremus ardentius et fidentius precemur. Ita et ipsa vita facit a nobis diligi forme illius dilectio secundum quam vixisse creduntur. et illorum vita credita in eandem formam flagrantiorem excitat caritatem. ut quanto flagrantius diligamus deum tanto certius sereniusque videamus quia in deo conspicimus incommutabilem formam iusticie secundum quam hominem vivere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionem et ad dilectionem dei non tamquam omnino incogniti aut omnino non dilecti sed quo cognoscatur manifestius et quo firmius diligatur. Capitulum x

Quid autem dilectio vel caritas quam tantopere scriptura laudat et predicat nisi amor boni. amor autem alicuius amantis est et amore aliquid amatur. Ecce tria sunt amans et quod amatur et amor. Quid est ergo amor nisi quedam vita duo aliqua copulans et copulari appetens amantem scilicet et quod amatur. Et hoc etiam in extremis carnalibusque amoribus ita est. Sed ut aliquid purius et liquidius hauriamus calcata carne ascendamus ad animum. Quid amat animus in amico nisi animum. Et illic ergo tria sunt amans et quod amatur et amor. Restat etiam hinc ascendere et superius ista querere quantum homini datur. Sed hic paululum requiescat intentio non ut se iam existimet invenisse quod querit sed sicut solet inveniri locus ubi querendum est aliquid. non dum illud inventum est ut queratur. ita hoc dixisse sufficiat et tamquam ab articulo alicuius exordii cetera contexamus. Finis octavi

De deo semper querendo. In trinitate sit amans et quod amatur et amor. In tantum duo et an quibus non aliud quam se ipsum diligit. Mentem notitiam sui nisi in se ipsa esse non posse. Tria esse in mente que sint unum mentem et notitiam sui et amorem. Quod mens et amor et notitia et singula in se maneant et omnia in omnibus. De notitia qua mens non solum se sed etiam alias mentes nosse regulariter potest. De verbo quod mens eterna concipit veritate. Quod in carnali amore debeat diligi creatura. Quod non differat dilectio rerum spiritualium ab amore carnalium. Non omnia que notitia comprehendit dici posse concepta. Concepte notitie similitudinem esse adequaliter mentis attende in id quod cognoscit neque inferioris neque superioris nature est. Cur sicut notitia mentis est proles non etiam amor prolis eiusdem sit. Capitulum primum

Trinitatem certe querimus non quamlibet sed illam trinitatem que deus est verusque ac summus ac solus deus. Expecta ergo quisquis hec audis ad-

Sicut enim querimus et talia querentes nemo iuste reprehendit si tamen in
fide firmissima querat quod aut nosse aut eloqui difficilli-
mum est. Affirmantem vero cito iuste reprehendit quisquis melius
vel videt vel docet. Querite inquit deum et vivet anima vestra. et
ne quisquam se tamquam apprehendisse temere gaudeat. Querite in-
quit faciem eius semper. Et apostolus. Si quis inquit se putat aliquid
scire nondum scit quemadmodum scire oporteat. Quisquis autem diligit
deum hic cognitus est ab eo. Nec sic quidem dixit. cognovit
illum. que periculosa presumptio est. sed cognitus est ab illo. Sic et ali-
bi cum dixisset Nunc autem cognoscentes deum statim corrigens immo
cogniti inquit a deo. Maximeque illo loco Fratres inquit ego me-
ipsum non arbitror apprehendisse. unum autem que retro oblitus in ea
que ante sunt extentus secundum intentionem sequor ad palmam su-
perne vocationis dei in christo ihesu. Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus
Perfectionem enim in hac vita dicit non aliud quam ea que retro sunt
oblivisci. et in ea que ante sunt extendi secundum intentionem. Tutis-
sima enim est querentis intentio donec apprehendat illud quo
tendimus et quo extendimur. Sed ea recta intentio est que proficiscitur
a fide. Certa enim fides utcumque inchoat cognitionem. Cognitio
vero certa non perficietur nisi post hanc vitam cum videbimus facie ad
faciem. Hoc ergo sapiamus ut noverimus tutiorem esse affectum
vera querendi quam incognita pro cognitis presumendi. Sic ergo
queramus tamquam inventuri. et sic inveniamus tamquam quesituri. Cum
enim consummaverit homo tunc incipit. De credendis nulla infideli-
tate dubitemus. De intelligendis nulla temeritate affirmemus. In
illis auctoritas tenenda est. In his veritas exquirenda. Quod
ergo ad istam questionem attinet Credamus patrem et filium et spiritum
sanctum unum deum esse. universe creature conditorem atque rectorem. nec
patrem esse filium. nec spiritum sanctum vel patrem esse vel filium. sed tri-
nitatem relatarum ad invicem personarum et unitatem equalis essentie
queramus. l. hoc autem intelligere volumus auxilium precantes. et quantum
tribuit quod intelligimus explicare tanta cura et sollicitudine pietatis
ut etiam si aliquid aliud pro alio dicimus nichil tamen dicamus indignum
verbi ut si quid verbi gratia de patre dicamus quod patri proprie non conveniat
aut spiritui sancto aut ipsi trinitati. Et si quid de filio quod filio proprie
non congruat saltem congruat patri aut spiritui sancto aut trinitati.
Item si quid de spiritu sancto quod proprietatem spiritus sancti non deceat. non tamen
alienum sit a patre aut a filio aut ab uno deo ipsa trinitate.
Veluti nunc cupimus videre utrum illa excellentissima caritas proprie
spiritus sanctus sit. Quod si non est aut pater est caritas aut filius aut
ipsa trinitas. quoniam resistere non possumus certissime fidei et validissime
auctoritati scripture dicentis. Deus caritas est. non tamen debemus

obviare sacrilego errore ut aliquid de trinitate quod non creatori sed creature
potius conveniat aut inani cogitatione fingatur. Que cum ita
sint attendamus ista tria que invenisse nobis videntur. Non-
dum de supernis loquimur nondum de deo patre et filio et spiritu sancto sed de hac
impari ymagine ac tamen ymagine id est homine familiarius enim eam
et facilius fortassis eam intuetur nostre mentis infirmitas. Capitulum
Sequitur Quod tria sint amans et quod amatur et amor. Capitulum ii

Ecce ego qui hoc quero cum aliquid amo tria sunt. Ego et quod
amo et ipse amor. Non enim amo amorem nisi amantem
amem. Nam non est amor ubi nichil amatur. Tria ergo sunt amans
et quod amatur et amor. Quid si non amem nisi meipsum. Nonne duo
erunt quod amo et amor. Amans enim et quod amatur hoc idem est
quando seipse amat. sicut amare et amari eodem modo idipsum est cum
se quisque amat. Eadem quippe res bis dicitur cum dicitur amat se et
amatur a se. tunc non est aliud atque aliud amare atque amari
sicut non est alius atque alius amans et amatus. At vero amor
et quod amatur etiam sic duo sunt. Non enim quisquis se amat amor est
nisi cum amatur ipse amor. Aliud enim est amare se. aliud ama-
re amorem suum. Non enim amatur amor nisi iam aliquid amans
quia ubi nichil amatur nullus est amor. Duo ergo sunt cum quisque
se amat. amor et quod amatur. Tunc enim amans et quod amatur
unum est. Unde videtur non esse consequens ut ubicumque amor fuerit
iam tria intelligantur. Auferamus enim ab hac consideratione cetera que
multa sunt quibus homo constat. atque ubi hec que nunc requirimus quantum in his
rebus possumus liquide reperiamus. Mens igitur cum amat duo quedam
ostendit. mentem et amorem. Quid est autem amare se nisi presto esse
sibi velle ad fruendum se. Et cum tantum se vult esse quantum est. par men-
ti voluntas est et amanti amor equalis. et si aliqua substantia est amor
non est utique corpus sed spiritus. Neque tamen amor et mens duo spiritus
sed unus spiritus. nec essentie due sed una. et tamen duo quedam unum
sunt. amans et amor sive dicas quod amatur et amor. Et
hec quidem duo relative ad invicem dicuntur. Amans quippe
ad amorem refertur. et amor ad amantem. Amans vero aliquo
amore amat. et amor alicuius amantis est. Mens vero et spiritus
non relative dicuntur sed essentiam demonstrant. non enim quia mens est et
spiritus alicuius hominis est. Ideo mens et spiritus est. Retracto enim eo quod
homo est quod adiuncto corpore dicitur. retracto ergo corpore mens et spiritus
manet. Retracto autem amante nullus est amor. et retracto amore
nullus est amans. Ideoque quantum ad invicem referuntur duo sunt. Quod
autem ad se ipsa dicuntur et singula spiritus et simul utrumque unus
spiritus. et singula mens et simul utrumque una mens. Ubi ergo trini-
tas. Attendamus quantum possumus et invocemus lucem sempiternam ut
illuminet tenebras nostras et videamus in nobis quantum sinimur yma-
ginem dei. Mens enim amare seipsam non potest nisi etiam noverit se. Nam

quo amat quod nequit dicat se quisquam diligere ex notitia generali vel
speciali mente certa se esse talem qualis alias comperta est et ideo
amare semetipsam impudentissime loquitur. Unde enim mens aliquam
mentem novit si se non novit. Neque enim ubi oculus corporis vi-
det alios oculos et se non videt. Ita mens novit alias men-
tes et ignorat semetipsam. Per oculos enim corporis corpora videmus
quia radios qui per eos emicant et quidquid cernimus tangunt refrin-
gere ac retorquere in ipsos non possumus nisi cum specula intuemur
quod subtilissime obscurissime disputatur donec apertissime demonstret
vel ita se rem habere vel non ita. Sed quoquo modo se habeat vis qua per
oculos cernimus ipsam tamen vim sive sint radii sive aliud aliquid
oculis cernere non valemus sed mente quaerimus et si fieri potest etiam
hoc mente comprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearum rerum no-
titias per sensus corporis colligit sic incorporearum in semetipsa per se
ipsam novit quoniam est incorporea. Nam si non se novit non se amat.

Sicut autem duo quaedam sunt mens et amor eius Cap. iij
cum se amat ita quaedam duo sunt mens et notitia eius
cum se novit. Ipsa igitur mens et amor et notitia eius tria quaedam
sunt et haec tria unum sunt et perfecta sunt aequalia sunt. Si enim minus
se amat quam est ut verbi gratia tantum se amet hominis mens quantum
amandum est corpus hominis cum plus sit ipsa quam corpus peccat
et non est perfectus amor eius. Item si amplius se amet
quam est ut si tantum se amet quantum amandus est deus cum in-
comparabiliter minus sit ipsa quam deus etiam sic nimis peccat
et non perfectum habet amorem sui. Maiore autem perversitate et iniquitate
peccat cum corpus tantum amat quantum amandus est deus. Item no-
titia si minor est quam est illud quod noscitur et plene nosci
potest perfecta non est. Si enim maior iam superior est natura quae
novit quam illa quae nota est sicut maior est notitia corporis
quam ipsum corpus quod ea notitia notum est. Illa enim vita quaedam
est in ratione cognoscentis corpus autem non est vita et vita quaelibet
quolibet corpore maior est non mole sed vi. Mens vero cum se ipsam
cognoscit ipsa cognoscit. Cum ergo se tota cognoscit neque secum
quidquam aliud par est illi cognitio sua quia neque ex alia natura
est eius cognitio cum se ipsa cognoscit et cum se totam nihil-
que amplius percipit nec minor nec maior est. Recte igitur haec di-
ximus haec tria cum perfecta sunt esse consequenter aequalia. Simul etiam admonemur
si utcumque videre possumus haec in anima existere et tamquam involuta
evolvi ut sentiantur et dinumerentur substantialiter velut ita dicam essentialiter
non tamquam in subiecto ut color aut figura in corpore aut ulla alia
qualitas aut quantitas. Quidquid enim tale est non excedit subiectum
in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis potest esse et alterius

corporis. Mens autem amore quo se amat potest amare et aliud pre-
ter se. Item non se solam cognoscit mens sed et alia multa. Quam-
obrem non amor et cognitio tanquam in subiecto insunt menti sed
substantialiter etiam ipsa sunt sicut ipsa mens, quia et si relative dicuntur ad
invicem in sua tamen sunt singula queque substantia. Non sicut color et colo-
ratum relative ita dicuntur ad invicem ut color in subiecto colorato sit non habens
in se ipso propriam substantiam quoniam coloratum corpus substantia est, ille autem in substantia
sed sicut duo amici etiam duo sunt homines que sunt substantie cum homines non
relative dicantur, amici autem relative. Sed item quamvis substantia sit amans
vel sciens, substantia sit scientia, substantia sit amor, sed amans et amor aut
sciens et scientia relative ad se dicantur sicut amici. Mens vero aut
6 spiritus non sunt relativa sicut nec homines relativa sunt, non tamen sicut
amici homines possunt seorsum esse ab invicem sic amans et amor aut
sciens et scientia. Quamquam et amici corpore videntur separari posse non animo
in quantum amici sunt, verumtamen fieri potest ut amicus amicum etiam odisse
incipiat et eo ipso amicus esse desinat nesciente illo et adhuc
amante. Amor autem quo se mens amat si esse desinat simul et
illa desinit esse amans. Item notitia qua se mens novit
si esse desinat et illa desinet nosse. Sicut caput capitati
alicuius utique caput est et relative ad se dicuntur quamvis etiam
substantie sint. Nam et caput corpus est et capitatum, et si non sit caput
nec capitatum erit. Sed hec precisione possunt separari ab invicem, illa
non possunt. Et si sunt aliqua corpora que secari et dividi nequeunt
non tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent. Pars ergo ad totum re-
lative dicitur quia omnis pars alicuius totius pars est et totum omnibus partibus to-
tum est. Sed quoniam et pars corpus est et totum, non tantum ista relative dicuntur sed
etiam substantialiter sunt. Fortassis ergo mens totum est et eius quasi partes
amor quo se amat et scientia qua se novit quibus duabus partibus
illud totum constat. An tres sunt equales partes quibus totum unum
completur. Mens vero cum se totam novit, hoc est perfecte novit, per totum
eius est notitia eius. Et cum se perfecte amat, et per totum est amor
eius. Numquid ergo sicut ex vino et aqua et melle una fit potio
et singula per totum sunt et tamen tria sunt. Nulla enim pars est potionis
que non habeat hec tria. Non enim iuncta velut si aqua et oleum
essent sed omnino commixta sunt et substantie sunt omnes et totus ille liquor
una quedam est ex tribus confecta substantia, tale aliquid arbitrandum
est esse simul hec tria mentem amorem et notitiam. Sed non unius substantie
sunt aqua vinum et mel quamvis ex eorum commixtione fiat una
substantia potionis. Quomodo autem illa tria non sint eiusdem substantie non vi-
deo, cum mens ipsa se amet atque ipsa se noverit atque ita sint hec
tria ut non alteri alicui rerum mens vel amata vel nota sit.
Unius ergo eiusdemque essentie necesse est hec tria sint. Et ideo
si tanquam commixtione confusa essent nullo modo essent tria nec
referri ad invicem possent. Quemadmodum si ex uno eodem ex-

auro tres anulos similes faciat quamvis connexos sibi referuntur ad
invicem quod similes sunt omnis enim similis alicui similis est et trinitas a-
nulorum est et unum aurum et si misceantur sibi et per totam singuli
massam suam conspergantur intercidet illa trinitas et omnino non erit
et non solum unum aurum dicetur sicut in illis tribus anulis
dicebatur sed iam nulla aurea tria

Capitulum quintum

At in illis tribus cum se novit mens et amat se manet
trinitas mens amor et notitia et nulla commixtione con-
funditur quamvis et singula sint in se ipsis et invicem tota in totis
sive singula in binis sive bina in singulis ita quod omnia in omnibus
Nam et mens est mens in se ipsa ita utique est in se ipsa quoniam ad
se ipsam mens dicitur quamvis noscens vel nota vel noscibilis ad
suam notitiam relative dicatur amans quoque et amata vel ama-
bilis ad amorem refertur quo se amat Et notitia quamvis re-
feratur ad mentem cognoscentem vel cognitam tamen et ad se ipsam no-
titia et noscens dicitur Non enim sibi est incognita notitia qua
se mens ipsa cognoscat Et amor quamvis referatur ad mentem a-
mantem cuius amor est tamen et ad se ipsum est amor ut sit etiam
in se ipso quia et amor amatur nec alio nisi amore amari potest
id est se ipso Ita sunt hec singula in se ipsis In alternis autem ita sunt quia
et mens amans in amore est et amor in amantis et notitia
in mente noscente Singula in binis ita sunt quia mens que se
novit et amat in amore et notitia sua est et amor amantis
mentis seseque scientis in mente notitiaque eius est Et notitia
mentis se scientis et amantis in mente atque in amore eius est quia
scientem se amat et amantem se novit Ac per hoc et bina in sin-
gulis quia mens que se novit amat cum sua notitia est in amore
et cum suo amore in notitia Amorque ipse et notitia simul sunt in mente
que se amat et novit Tota vero in totis quemadmodum sint iam
supra ostendimus cum se tota mens amat et totam novit et totum a-
morem suum novit totumque amat notitiam suam quando tria ista ad
se ipsa referuntur Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis
et tamen eorum singulum quodque substantia est et simul omnia una
substantia vel essentia cum et relative dicantur ad invicem

Cap. vi

Sed cum se ipsa novit humana mens et amat se ipsam non ali-
quid incommutabile et amat aliterque unusquisque homo
loquendo enuntiat mentem suam quid in se ipso agatur attendens aliter
enim humanam mentem speciali aut generali cognitione diffinit Ita
quod cum mihi de sua propria loquitur utrum intelligat hoc aut illud an
non intelligat Et utrum velit aut nolit hoc aut illud credo
Cum vero de humana specialiter aut generaliter verum dicat cognosco et
approbo Unde manifestum est aliud unumquemque videre in se quod
sibi alius dicenti credat non tamen videat aliud autem in ipsa ve-
ritate quod alius possit intueri quorum alterum mutari per tempora
alterum incommutabili eternitate consistere neque enim oculis corporeis
multas mentes videndo per similitudinem colligimus generalem vel
specialem mentis humane notitiam sed intuemur inviolabilem

veritate ex qua perfecte quantum possumus diffiniamus non qualis sit uniuscuiusque hominis mens, sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. Unde etiam et fantasias et quodammodo infusas memorie ex quibus etiam ea que non visa sunt ficto fanthasmate cogitantur, sive aliter quam sunt sive fortuito sicut sunt, aliis omnino regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus vel approbare apud nosmetipsos vel improbare convincimur cum recte aliquid approbamus vel improbamus. Nam aut cum recolo Carthaginis menia que vidi aut cum fingo Alexandrie que non vidi, easdem ymaginarias formas quasdam quibusdam preferens rationabiliter prefero, viget et claret desuper iudicium veritatis ac sui iuris incorruptibilissimis regulis firmum est; et si corporalium ymaginum quasi quodam nubilo subtexitur, non tamen involvitur atque confunditur. Sed interest utrum ego sub illa vel illa caligine tamquam celo perspicuo secludar, an sicut in altissimis montibus accidere solet inter utrumque aere libero fruens et serenissimam lucem supra et densissimas nebulas subter aspiciam. Nam unde in me fraterni amoris inflammatur ardor cum audio virum aliquem pro fidei pulchritudine et firmitate acriora tormenta tolerasse. Et si michi digito ostenditur ipse homo, studeo michi coniungere et notum facere, amicitia colligare. Itaque si facultas datur, accedo, alloquor, sermonem confero, affectum meum in illum quibus verbis possum exprimo vicissimque in eo fieri quem in me habeat atque exprimi volo; spiritualemque complexum credendo molior, quia pervestigare tam cito et discernere penitus eius interiora non possum. Amo itaque fidelem atque fortem virum amore casto atque germano. Quod si michi inter nostras loquelas fateatur aut incautus aliquo modo sese indicet quod vel de deo credat incongrua atque in illo quid aliud carnale desideret, ac pro tali errore illa pertulerit vel sperate pecunie cupiditate vel inani aviditate laudis humane, statim amor ille quo in eum ferebar offensus et quasi repercussus atque ab indigno homine ablatus in ea forma permanet ex qua eum talem credens amaveram, nisi forte ad hoc amo iam ut talis sit cum talem non esse compero. Sed in illo homine nil mutatum est; mutari tamen potest ut fiat quod eum iam esse credideram. In mente autem mea mutata est utique ipsa existimatio que de illo aliter se habebat et aliter habet; idemque amor ab intentione perfruendi ad intentionem consulendi incommutabili desuper iustitia iubente deflexus est. Ipsa vero forma inconcussa ac stabilis veritatis et in qua fruerer homine bonum eum credens et in qua consulo ut bonus sit, eadem luce incorruptibilis sincerissimeque rationis et mentis affectum vel aspectum et illam fantasie nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito imperturbabili eternitate perfundit. Item cum arcum pulchre et equaliter intortum quem vidi verbi gratia Carthagine animo revoluto, res quedam menti nuntiata per oculos memorieque transfusa ymaginarium conspectum facit. Sed aliud mente conspicio secundum quod opus illud michi placet, unde etiam si displiceret corrigerem. Itaque de istis secundum illam iudicamus et illam cernimus rationalis

mentis intuitu. Ista vero que per sensum corporis tanquam per ymagines absentium fixa in memoria recordamur sive ex eorum similitudine alia fingimus qualia nos ipsi si vellemus atque possemus etiam opere moliremur aliter figurantes animo ymagines corporum aut per corpus corpora videntes aliter autem rationes artemque ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes. C. vi

In illa igitur eterna veritate ex qua temporalia facta sunt omnia formam secundum quam sumus et secundum quam vel in nobis vel in corporibus vera et recta ratione aliquid operamur visu mentis aspicimus atque inde conceptam rerum veracem noticiam tanquam verbum apud nos habemus et dicendo intus gignimus nec a nobis nascendo discedit. Cum autem ad alios loquimur verbo intus manenti ministerium vocis adhibemus aut alicuius signi corporalis ut per quandam commemorationem sensibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis quale de loquentis animo non recedit. Nihil itaque agimus per membra corporis in factis dictisque nostris quibus vel approbantur vel improbantur mores hominum quod non verbo apud nos intus edito prevenimus. Nemo enim aliquid volens facit quod non in corde suo prius dixit. Quod verbum amore concipitur sive creature sive creatoris id est aut nature mutabilis aut incommutabilis veritatis. Cap. vii

Ergo aut cupiditate aut caritate non quo non sit amanda creatura sed si ad creatorem refertur ille amor non iam cupiditas sed caritas erit. Tunc enim est cupiditas cum propter se amatur creatura. Tunc non utentem adiuvat sed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis aut inferior creatura sit inferiore utendum est ad deum pari autem fruendum sed in deo. Sicut enim te ipso non in te ipso sed in eo qui fecit te. Sic etiam illo quem diligis tanquam te ipsum. Et nobis ergo et fratribus in domino fruamur et inde nos nec ad nosmetipsos remittere et quasi relaxare deorsum versus audeamus. Nascitur autem verbum cum excogitatum placet aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo nostrum et mentem de qua gignitur quasi medius amor coniungit seque cum eis tertium complexu incorporeo sine ulla confusione constringit. Cap. viii

Conceptum autem verbum et natum idipsum est cum voluntas in ipsa noticia conquiescit quod fit in amore spiritualium. Qui enim verbi gratia perfecte novit perfecteque amat iusticiam iam iustus est etiam si nulla existat secundum eam forinsecus per membra corporis operandi necessitas. In amore autem carnalium temporaliumque rerum sicut in ipsis animalium fetibus alius conceptus est verbi alius partus. Illic enim quod cupiendo concipitur adipiscendo nascitur. Quoniam non sufficit avaricie nosse et amare vesci aut concumbere nisi id agat. Neque nosse et amare honores et imperia nisi proveniat. Que tamen omnia nec adepta sufficiunt. Qui enim biberit inquit ex hac aqua sitiet iterum. Et in psalmo: Concepit dolorem et peperit iniquitatem. Dolorem vel laborem dicit concipi cum ea concipiuntur que nosse ac velle non sufficit et inardescit atque egrotat animus indigentia donec ad ea perveniat et quasi pariat ea. Unde eleganter in latina

linguam parta dicitur concepta atque compta. que verba cum apostolum dicta
resonat quia concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Unde dominus clamat
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et in alio lo-
co Ve pregnantibus et mamantibus in illis diebus. Cum itaque ad p-
tum ubi referet omnia vel recte facta vel peccata. Ex ore igitur tuo in-
stificaberis. et ore tuo condempnaberis. Os volens intelligi
non hoc visibile. sed intus in invisibili cogitacionis et cordis. [Cap. ix]
Recte igitur queritur utrum omnis notitia verbum an tantum amata
notitia. Novimus et ea que odimus. sed nec concepta
nec parta dicenda sunt animo que nobis displicent. Non enim omnia
que quoquo modo tangunt concipiuntur. ut tantum nota sint non tantum
verba dicantur ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba
que spacia temporum sillabis tenent sive pronunciantur sive cogitentur.
Aliter quod notum est verbum dicitur animo impressum. quamdiu in memo-
ria proferri et diffiniri potest quamvis res ipsa displiceat. Aliter
cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus verbi accipiendum est quod ait
apostolus Nemo dicit dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Cum secundum aliam verbi
notionem dicat hoc et illi de quibus ipse dominus ait Non omnis qui
dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. Verumtamen et illa
que odimus recte displicent recteque improbantur. approbatur eorum impro-
bacio. et verbum est. notitia neque viciorum nobis displicet sed ipsa
vicia. Non placet mihi quod novi et diffinio quid sit intempe-
rancia. et hoc est verbum eius. Sicut sunt in arte nota vicia et recta
approbatur eorum notitia cum discernit cognitor speciem privacionemque
virtutis sicut aiere et negare et esse et non esse. Et tamen virtute
privari atque in vicium deficere dampnabile est. et diffinire intemperanciam
verbumque eius dicere pertinet ad artem morum. Esse autem intemperantem
ad id pertinet quod illa arte culpatur. Sicut nosse et diffinire
quid sit soloecismus pertinet ad artem loquendi. facere autem vicium
est quod eadem arte reprehenditur. Verbum est igitur quod nunc discer-
nere et insinuare volumus cum amore notitia. Cum itaque se mens
novit et amat iungitur ei amore verbum eius. et quoniam amat
notitiam et novit amorem. et verbum in amore est et amor in verbo et utrumque
in amante atque dicente. Sed omnis secundum speciem notitia similis est ei
rei quam novit. Est enim alia notitia secundum privacionem quam cum impro-
bamus loquimur. et hec privacionis improbacio speciem laudat ideo approbatur.

Habet igitur animus nonnullam speciei note similitudinem [Capitulum x]
sive cum ea placet sive cum eius privacio displicet. Quocirca in
quantum deum novimus similes sumus. sed non ad equalitatem similes
quia nec tantum eum novimus quantum ipse se est. et quemadmodum cum per sensum
corporis discimus corpora fit aliqua similitudo in animo nostro que fanta-
sie memorie est. Non enim omnino ipsa corpora in animo sunt cum ea cogi-
tamus sed eorum similitudines. Itaque cum eas pro illis approbamus erramus.
Error namque est pro alio alterius approbatio. melior est tamen imaginacio cor-
poris in animo quam illa species corporis in quantum hoc in meliore natura est id est in sub-
stancia vitali sicut est animus. Ita cum deum novimus quamvis meliores efficiamur

quam etiamsi antequam nossem tamen amarem cum eadem notitia etiam placita digneque amata verbum est. fitque aliqua dei similitudo illa notitia tamen inferior est. quia inferioris nature est. Creatura quippe animus creator autem deus. Ex quo colligitur quod cum se mens novit atque approbat. sic est eadem notitia verbum eius quod ei ut par sit omnino et equale atque identidem quia neque inferioris essentie notitia est sicut corporis neque superioris sicut dei et cum habeat notitia similitudinem ad eam rem quam novit hec est cuius notitia est. habet perfectam et equalem qua mens ipsa que novit est nota. Ideoque et imago et verbum est quia de illa exprimitur cum cogitando eidem coequatur et gignenti equale quod genitum est. Capitulum xii

Quid ergo amor non erit ymago. non verbum. non genitus. Cur enim mens notitiam suam gignit cum se novit et amorem suum non gignit cum se amat. Nam si propterea est notionis sue causa quia noscibilis est. Amoris sui etiam causa est quia amabilis. Cur itaque non utrumque genuerit difficile est dicere. Hec enim questio etiam de ipsa summa trinitate omnipotentissimo creatore deo ad cuius ymaginem factus est homo solet movere homines quos veritas dei per humanam locutionem invitat ad fidem. Cur non etiam spiritus sanctus a patre deo genitus vel credatur vel intelligatur. ut filius etiam ipse dicatur. Quod nunc in mente humana ut cumque vestigare conamur ut ex inferiori ymagine in qua nobis familiarius natura ipsa nostra quasi interrogata respondet exercitatiorem mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incommutabile dirigamus. Si tamen veritas ipsa persuaserit sicut dei verbum filium esse nullus christianus dubitat ita caritatem esse spiritum sanctum. Ergo ad illam ymaginem que creatura est id est ad racionalem mentem diligentius de hac re interroganda consideranda quoque redeamus ubi temporaliter existens nonnullarum rerum notitia que ante non erat et aliquarum rerum amor que ante ea non amabatur distinctius nobis aperit quod dicamus quia et ipsi locutioni temporaliter dirigende facilior est ad explicandum res que in ordine temporis comprehenditur. Primo itaque manifestum sit posse fieri ut sit aliquid scibile et quod sciri possit et tamen nesciatur. id autem fieri non posse ut sciatur quod scibile non fuit. Unde liquido tenendum est ut omnis res quamcumque cognoscimus congenerat in nobis notitiam sui. Ab utroque enim notitia paritur a cognoscente et cognito. Itaque mens cum se ipsa cognoscit sola parens est notitie sue. et cognitum enim et cognitor ipse est. Erat sibi ipsa noscibilis et antequam se nosset sed notitia sui non erat in ea. cum se ipsa non noverat. Quod ergo cognoscit se. parem sibi notitiam sui gignit. quia non minus se novit quam est. nec alterius essentie. est notitia eius. non solum quia ipsa novit sed etiam quia se ipsa sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est. Cur non etiam cum se amat ipsum quoque amorem sui genuisse videatur. Erat enim amabilis sibi et antequam se nosset. quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis numquam se nosse potuisset. Ita si non sibi esset amabilis. numquam se amare potuisset. Cur itaque se amando non genuisse dicatur amorem suum. sicut cognoscendo se genuit notitiam suam. An eo quidem ma-

manifeste ostenditur hic amoris esse principium unde procedit. Sibilla quippe mente procedit. que sibi est amabilis antequam se amet. Atque ita principium est amoris sui quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut notitia sui qua se novit. quia notitia iam inventum est partum quod prolatum vel repertum dicitur quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inveniendi quod idem valet si dicas reperiendi. Ea autem que reperiuntur quasi pariuntur unde proli similia sunt. ubi nisi in ipsa notitia. Ibi enim quasi expressa formantur. Nam et si iam erant res quas querendo invenimus notitia tamen ipsa non erat quam sicut prolem nascentem deputamus. Porro appetitus ille qui est in querendo procedit a querente. et pendet quodammodo neque requiescit fine quo intenditur nisi id quod queritur inventum querenti copuletur. qui appetitus id est inquisitio quamvis amor esse non videatur quo id quod notum est amatur. hoc enim adhuc ut cognoscatur agitur. tamen quiddam genere eodem est. Nam voluntas iam dici potest quia omnis qui querit invenire vult et si id queritur quod ad notitiam pertineat. Omnis qui querit nosse vult. Quod si ardenter atque instanter studet volt. dicitur quod maxime in assequendis et adipiscendis quibusque doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quidam, quo id quod nosse volumus querendo et inveniendo nascitur proles ipsa notitia ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturque notitia partus et proles recte dici non potest. Idemque appetitus quo inhiatur rei cognoscende fit amor cognite dum tenet atque amplectitur placitam prolem id est notitiam gignentique coniungit et est quedam ymago trinitatis. Ipsa mens et notitia eius quod proles eius ac de se ipsa verbum eius et amor tertius. Et hec tria unum atque una substantia. nec minor proles dum tantum se novit mens quanta est. nec minor est amor. dum tantum se diligit quantum novit et quanta est. Finis noni libri etc.

Incipiunt Capitula Decimi libri de Trinitate Augustini :-

De studiosis dicere amantium quod ignorat quod tamen non compe-tent scire si penitus ignorarent. / Omnibus temporis amari videantur incognita cum ipsa scientia eorum que nesciunt expetitur. / Quomodo ignota sibi sit mens cum se querit ut novit. / De ipsius mentis que non potest ignorare. / An quo mens nosse se debeat et a quibus abstinere sicut eis quasi corporibus delectetur atque se ita minus novit. / In quibus mens de se cogitans possit errare. / De opinionibus eorum qui mentem aliquid principium corporis esse senserunt :- / Quod mens ipse se querens nichil de se corporeum debeat cogitare. / Quomodo mens cognoscat se ipsam. / Quomodo mens nosse se cupiens nichil eorum de se opinari debeat de quibus dubitandum esse sciat. / De memoria intelligentia et voluntate in quibus licet in se querendam ymaginem divine trinitatis. / Incipit decimus liber. Capitulum I primum

De querenda ymagine trinitatis etiam in hiis que extra corporis sensibus concipit nunc ad ea ipsa consequenter enodatius explicanda limatior accedat intentio. Ac primum quia rem prorsus ignotam amare omnino nullus potest. diligenter intuendum est cuiusmodi

partum mentis antecedit appetitus etc.

quam etiam antequam nossemus inquirere cum eadem notitia etiam placita digne atque amata verbum est. Fitque aliqua dei similitudo illa notitia tamen inferior est quia inferioris nature est. Creatura quippe animus creator autem deus. Ex quo colligitur quod cum se mens novit atque approbat sic est eadem notitia verbum eius quod ei ut par sit omnino et equale atque identidem quia neque inferioris essentie notitia est sicut corporis neque superioris sicut dei. Et cum habeat notitia similitudinem ad eam rem quam novit hoc est cuius notitia est hec habet perfectam et equalem qua mens ipsa que novit est nota. Ideoque et imago et verbum est quod de illa exprimitur cum cognoscendo eidem coequatur et est gignenti equale quod genitum est.

Cap. xi

Quid ergo amor non erit imago non verbum non genitum. Cur enim mens notitiam suam gignit cum se novit et amorem suum non gignit cum se amat. Nam si propterea est notionis sue causa quia noscibilis est amoris sui etiam causa est quia amabilis. Cur itaque non utrumque genuerit difficile est dicere. Hec enim questio etiam de ipsa summa trinitate omnipotentissimo creatore deo ad cuius imaginem factus est homo solet movere homines quos veritas dei per humanam locutionem invitat ad fidem. Cur non et spiritus sanctus a patre deo genitus vel credatur vel intelligatur ut filius etiam ipse dicatur. Quod nunc in mente humana utcumque investigare conamur ut ex inferiori imagine in qua nobis familiarius natura ipsa nostra quasi interrogata respondet exercitatiorem mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incommutabile dirigamus. Si tamen veritas ipsa persuaserit sicut dei verbum filium esse nullus christianus dubitat. Ita caritatem esse spiritum sanctum. Ergo ad illam imaginem que creatura est id est ad rationalem mentem diligentius de hac re interrogandam considerandamque redeamus ubi temporaliter existens nonnullarum rerum notitia que ante non erat et aliquarum rerum amor que ante ea non amabantur distinctius nobis aperit quid dicamus quia et ipsi locutioni temporaliter digerende facilior est ad explicandum res que in ordine temporum comprehenditur. Primo itaque manifestum sit posse fieri ut sit aliquid scibile et quod sciri posset et tamen nesciatur. Id autem fieri non posse ut sciatur quod scibile non fuerit. Unde liquido tenendum est ut omnis res quamcumque cognoscimus congenerat in nobis notitiam sui ab utroque enim notitia paritur a cognoscente et cognito. Itaque mens cum se ipsa cognoscit sola parens est notitie sue et cognitum enim et cognitor ipse est. Erat sibi ipsa noscibilis et antequam se nosset sed notitia sui non erat in ea cum se ipsa non noverat. Quod ergo cognoscit se parem sibi notitiam sui gignit quia non minus se novit quam est nec alterius essentie est notitia eius non solum quia ipsa novit sed etiam quia se ipsa sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est. Cur non etiam cum se amat ipsum quoque amorem sui genuisse videatur. Erat enim amabilis sibi et antequam se nosset quia poterat se nosse sicut si non sibi esset noscibilis numquam se nosse potuisset. Ita si non sibi esset amabilis numquam se amare potuisset. Cur itaque se amando non genuisse dicatur amorem sui sicut cognoscendo se genuit notitiam suam. An eo quidem ma-

manifeste ostenditur hic amoris esse principium unde procedit. Sibi illa quippe
mentem prodit quae sibi est amabilis antequam se amet. Atque ita
principium est amoris sui quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus
ab ea sicut notitia sui qua se novit, quia notitia iam inventum
est partum vel repertum dicitur quod saepe praecedit inquisitio eo fine
quietura. Nam inquisitio est appetitus inveniendi quod idem valet
si dicas reperiendi. Quae autem reperiuntur quasi pariuntur unde proli similia
sunt. Ubi nisi in ipsa notitia? Ibi enim quasi expressa formantur. Nam
etsi iam erant res quas quaerendo invenimus notitia tamen ipsa non
erat quam sicut prolem nascentem deputamus. Porro appetitus ille qui
est in quaerendo procedit a quaerente et pendet quodammodo neque requiescit
fine quo intenditur nisi id quod quaeritur inventum quaerenti copuletur.
Qui appetitus id est inquisitio quamvis amor esse non videatur quo id quod
notum est amatur, hoc enim adhuc ut cognoscatur agitur, tamen ex eodem
genere quiddam est. Nam voluntas iam dici potest quia omnis qui quaerit
invenire vult, et si id quaeritur quod ad notitiam pertineat omnis qui
quaerit nosse vult. Quod si ardenter atque instanter vult studere dicitur quod
maxime in assequendis et adipiscendis quibusque doctrinis dici so-
let. Partum ergo mentis antecedit appetitus quidam quo id quod
nosse volumus quaerendo et inveniendo nascitur proles ipsa notitia, ac
per hoc appetitus ille quo concipitur pariturque notitia partus et proles
recte dici non potest. Idemque appetitus quo inhiatur rei cognoscendae fit
amor cognitae dum tenet atque amplectitur placitam prolem id est noti-
tiam gignentique coniungit. Et est quaedam imago trinitatis ipsa
mens et notitia eius quod est proles eius ac de se ipsa verbum eius et amor
tertius. Et haec tria unum atque una substantia. Nec minor proles
dum tantam se novit mens quanta est. Nec minor est amor dum tantum
se diligit quantum novit et quanta est. Explicit noni libri etc.

Incipiunt Capitula Decimi libri de Trinitate Augustini :

De studiis dicite amantium quod ignorat quod tamen non compe-
tent scire si penitus ignorarent / Quibus causis amari
videantur incognita cum ipsa scientia eorum quae nesciuntur expetitur /
Quam ignota sibi sit mens cum se quaerit ut noverit / De quibus me-
tis quae non potest ignorare / An quo mens nosse se debeat et a
quibus abstinere [illegible] eis quasi propriis delectetur atque se ita minus
novit in quibus mens de se cogitans possit errare / De opinio-
nibus eorum qui mentem aliquid proprium corporis esse senserunt :
Quod mens ipsa se quaerens nichil de se corporeum debeat cogitare
Quomodo mens cognoscat seipsam / Quomodo mens nosse se cupiens
nichil eorum de se opinari debeat de quibus dubitandum esse scit
De memoria intelligentia et voluntate in quibus licet in se quaerendam
imaginem divinae trinitatis / Incipit decimus liber / Capitulum primum

De quaerenda imagine trinitatis etiam in his quae circa corporis sen-
sibus coepit nunc ad ea ipsa consequenter enodatius explica-
nda limatior accedat intentio. Ac primum quia rem prorsus ig-
notam amare omnino nullus potest diligenter intuendum est cuiusmodi

partum mentis antecedit appetitus

sit amor studentium, id est non iam scientium, sed adhuc scire cupientium
quamcumque doctrinam. Et in his quippe rebus in quibus non usitate dicitur
studium Solent existere amores ex auditu dum cuiusque pulchritudinis
fama ad videndum ac fruendum animus accenditur, quia generaliter
novit corporum pulchritudines ex eo quod plurimos vidit et inest intus
unde approbetur quod forinsecus inhiatur. Quod cum fit non rei penitus
ignotae amor excitatur, cuius genus ita notum est. Cum enim virum
bonum amamus cuius faciem non vidimus, ex notitia virtutum amamus
quas novimus in ipsa veritate. Ad doctrinas autem cognoscendas plerumque
nos laudantium atque praedicantium accendit auctoritas, et tamen nisi bre-
viter impressam cuiusque doctrinae haberemus in animo notionem, nullo
ad eam discendam studio flagraremus. Quis enim sciendi verbi gratia re-
thorice ullam curam et operam impenderet nisi ante sciret eam dicendi esse scientiam?
Aliquando etiam ipsarum doctrinarum fines auditos vel expertos admiramur et
ex hoc inardescimus facultatem comparare discendo qua ad eos pervenire
possimus. Tamquam si litterarum nescienti dicatur quamdam esse doctrinam qua quis-
que valeat quamvis longe sit absenti verba mittere manu facta in si-
lentio, quae rursus ille cui mittuntur non auribus sed oculis colligat,
idque fieri videat, nonne dum concupiscit nosse quomodo id possit omni
studio circa illum finem movetur quem iam notum tenet? Sic accenduntur
studia discentium. Nam quod quisque prorsus ignorat amare nullo
pacto potest. Ita etiam signum si quisque audiat incognitum, velut verbi
alicuius sonum quo quid significetur ignorat, cupit scire quidnam sit,
id est sonus ille cui rei commemorandae institutus sit, veluti audiat cum
dicitur temetum et ignorat quid sit, requirat. Iam itaque oportet ut
noverit signum esse, id est non esse inanem illam vocem sed aliquid ea si-
gnificari; alioquin iam notum est hoc trisyllabum et articulatam
speciem suam impressit animo per sensum aurium. Quod amplius in eo requiratur
quo magis innotescat cuius omnes litterae omniaque soni spatia nota
sunt, nisi quia simul innotuit signum esse, movitque sciendi cupiditatem
cuius rei signum sit? Quo ergo amplius notum est sed non plene
notum est, eo cupit animus de illo nosse quod reliquum est. Si enim tantummodo
esse istam vocem nosset eamque alicuius rei signum esse non nosset,
nihil iam quaereret sensibili re quantum poterat sentiendo percepta. Quia
vero non solum esse vocem sed et signum iam novit, perfecte id nosse
vult. Neque ullum signum perfecte noscitur nisi cuius rei signum sit cogno-
scatur. Hoc ergo qui ardenti cura quaerit ut noverit studioque
accensus insistit, num potest dici esse sine amore? Quid ergo amat?
Certe enim amari aliquid nisi notum non potest. Neque enim ille istas
tres syllabas amat quas iam notas habet. Quid si ita hoc in
eis amat quia scit eas significare aliquid? Non id nunc agitur; non
enim hoc quaerit nosse, sed in eo quod scire studet quid amet inquirimus, quod
profecto nondum novit, et propterea miramur cur amet, quoniam firmissime
novimus amari nisi nota non posse. Quid ergo amat nisi quia
novit atque intuetur in rationibus rerum quae sit pulchritudo doctrinae
qua continentur notitiae signorum omnium, et quae utilitas in ea peritia qua inter se

se humana societas se ipsa communicat ne sibi homines tetri deteriores
sint quavis solitudine si cogitationes suas colloquendo non misceant
Hanc speciem decoram pulchram et utilem cernit anima et novit et amat
eamque in se perfici studet quantum potest quisquis vocum significantium quecumque
ignorat inquirit Aliud est enim quod eam in veritatis luce conspicit ali-
ud quod in sua facultate concupiscit Conspicit namque in luce veritatis
quam magnum et quam bonum sit omnes omnium gentium linguas intel-
ligere ac loqui nullamque ut alienigena audire et a nullo ita au-
diri Decus itaque notitie huius cogitatione iam cernitur amaturque res no-
ta que ita conspicitur atque inflammat studia discentium ut circa eam
moveantur eique inhient in omni opera quam impendunt consequende
tali facultati ut etiam usu amplectantur quod ratione prenoscunt atque i-
ta quisque cui facultati spe propinquat ei fervidius amore inardescit E-
is doctrinis quippe studetur vehementius que capi posse non desperantur
Nam cuius rei adipiscende spem quisque non gerit aut tepide amat
aut omnino non amat quamvis quam pulchra sit videat Quocirca quia
omnium linguarum peritia fere ab omnibus desperatur sue gentis quisque ma-
xime studet ut noverit Quod si illi ad perfectum percipiendum se non suffi-
cere sentit Nemo tamen tam desidiosus est huius notitie qui non cum
audierit incognitum verbum velit nosse quid id sit et si potest querat ac dis-
cat Quod dum querit utique in studio discendi est et videtur rem amare
incognitam quod non ita est Species namque illa tangit animum quam no-
vit et cogitat in qua lucet decus consociandorum animorum in vocibus
audiendis atque reddendis eaque accendit studio querentem quidem
quod ignorat sed notam formam quo id pertineat intuentem et
amantem Itaque si querenti verbi gratia quid sit temetum hoc enim
exempli causa posueram dicatur quid ad te pertinet Respondebit ne
forte audiam loquentem et non intelligam aut uspiam forte id
legatur et quid scriptor senserit nesciam Quis tandem ei dicat
Noli intelligere quod audis noli nosse quod legis Omnibus enim fere
animis rationalibus in promptu est ad videndum huius peritie pulchritu-
do qua hominum inter se cogitata significatione vocum enunciata
noscuntur propter hoc notum decus et ob hoc amatum quod notum studi-
ose queritur verbum illud ignotum Itaque cum audierit atque cogno-
verit temetum a veteribus vinum appellatum sed iam ex usu loquen-
di que nunc est huius vocabulum emortuum propter nonnullos for-
tasse veterum libros sibi necessarium deputat Si enim et illos supervaca-
neos habet forte iam nec dignum quod memorie commendet existi-
mat quia videt ad illam speciem doctrine quam nota mente
intuetur atque amat minime pertinere Quapropter omnis amor
studentis animi hoc est volentis scire quod nescit non est amor eius
rei quam ignorat sed eius quam scit propter quod vult scire quod nescit
aut si tam curiosus est ut non propter aliquam notam causam sed solo
amore rapiatur incognita sciendi discernendus quidem est ab studio-
si nomine iste curiosus sed nec ipse amat incognita immo congru-
entius dicitur odit incognita que nulla esse vult dum vult

oia cognita Sed nec quisquam nobis difficiliorem refutat questionem asserens
tam non posse quemquam odisse quod nescitur. quia non potest amare quod
nescit non respicimus veris hec intelligendum est. non hec idem dici
cum dicitur amat sciens incognita ac si dicatur amat incognita Illud
enim fieri potest ut amet quisque sciens incognita. ut autem amet inco-
gnita non potest non enim ubi frustra est positum sciens quoniam qui scire amat
incognita. non ipsa incognita sed ipsum scire amat Quod nisi haberet
cognitum neque se scire quidquam posset fidenter dicere neque nescire non
solum enim qui dicit scio et verum dicit necesse est ut quid sit scire sciat Sed
etiam qui dicit nescio idque fidenter et verum dicit et scit verum se dicere:
scit utique quid sit scire quia et discernit a sciente nescientem cum
veraciter se intuens dicit nescio et cum id se scit verum dicere unde sci-
ret si quid sit scire nesciret Item Capitulum Secundum

Quolibet ergo studiosus et quilibet curiosus non amat incogni-
ta etiam cum ardentissimo appetitu instat scire quod nescit
Aut enim iam genere notum habet quod amat idque nosse expetit etiam
in aliqua singula vel in singulis rebus que illi non dum no-
te forte laudantur fingitque animo ymaginariam formam qua ex-
citetur in amorem unde autem fingit nisi rebus quas iam noverat cuius
tamen forme animo figate atque in cogitatione notissime. si eam que
laudabatur dissimilem invenerit fortasse non amabit Quod si a
maverit ex illo amor incipiet. ex quo didicit. paulo ante quippe
alia erat que amabatur quam sibi animus formans exhibere consue-
verat Si autem illi forme simile invenerit quam fama predicaverat
cui vere possit dicere jam te amabam. nec tunc utique amabat in-
cognitam quia in illa similitudine noverat. Aut in specie sempiterne ra-
tionis videmus aliquid et ibi amamus Quod cum expressum in aliqua rei
temporalis effigie illis qui experti sunt laudantibus credimus et amamus
non aliquid amamus incognitum unde iam superius satis disseruimus
aut aliquid notum amamus propter quod ignotum aliquid requirimus. cuius
ignoti amor. nequaquam nos tenet sed illius cogniti quo perti-
nere novimus ut id etiam quod adhuc ignotum querimus novimus si-
cut de incognito verbo paulo ante locuti sumus. aut ipsum scire
quisque amat quod nulli scienti aliquid cupienti esse incognitum potest
Hiis causis videntur amare incognita. qui sciens aliquid volunt
quod nesciunt et propter ardentiorem querendi appetitum sine amore
esse dici non possunt. sed quam se res aliter habeat neque animo quidquam
ametur incognitum arbitror me persuasisse verum diligenter intuentibus
Sed quia exempla que diximus eorum sunt qui aliquid quod ipsi non sunt nosse
cupiunt videndum est ne forte aliquod novum genus appare-
at cum se ipsa mens nosse desiderat Capitulum tercium

Quid ergo amat mens cum ardenter se ipsa querit ut noverit
dum incognita sibi est Ecce enim mens semetipsam querit ut no-
verit et inflammatur hoc studio Amat igitur. sed quid amat.
si se ipsam. quomodo. cum se non dum noverit. nec quisquam possit amare.

quod nescit. An ei fama predicavit speciem suam sicut de absentibus solemus
audire. Et forte ergo non se amat sed quod de se fingit hoc amat longe
fortasse aliud quam ipsa est. Aut si se mens sui similem fingit et ideo cum
hoc figmentum amat se amat antequam novit quia id quod sui si-
mile est intuetur. Novit ergo alias mentes ex quibus se fingat
et genere ipso sibi nota est. Cur ergo cum alias mentes novit se non
novit. cum se ipsa nichil possit sibi esse presentius. Quod si ut oculis corporis
magis alii oculi noti sunt quam ipsi sibi. non se ergo querat nunquam
inventura. Nunquid enim se oculi preter specula videbunt. Nec ullo
putandum est etiam rebus incorporeis contemplandis. aliquid tale ad-
hiberi ubi mens tanquam in speculo se noverit. An in ratione veritatis e-
terne videt quam speciosum sit nosse semetipsam. Et hoc amat
quod videt. studetque in se fieri quia quamvis sibi nota non sit no-
tum ei tamen est quam bonum sit ut sibi nota sit. Et id quidem permirabile
est non dum se nosse. et quam sit pulchrum se nosse iam nosse. An ali-
quem finem optimum id est securitatem et beatitudinem suam videt per
quandam occultam memoriam que in longinquum eam progressam non de-
seruit. et credit ad eundem finem ubi se ipsam cognoverit se per-
venire non posse. Ita dum illud amat. hoc querit et notum amat
illud propter quod querit ignotum. Sed cur memoria beatitudinis sue per-
durare potuit. et memoria sui cum ea perdurare non potuit. ut tam se nosset
que vult pervenire quam novit quo vult pervenire. An cum se nosse amat non se quam non dum
novit. sed ipsum nosse amat. acerbiusque tolerat se ipsam deesse
scientie sue qua vult cuncta comprehendere. Novit autem quid sit nosse
et dum hoc amat. quod notum etiam se cupit nosse. Ubi ergo nosse
suum novit. si se non novit. Nam novit quod alia novit se autem
non novit. hinc enim novit et quid sit nosse. Quo pacto se igitur
aliquid scientem scit. que se ipsam nescit. Neque enim alteram mentem
scientem scit sed se ipsam. Scit ergo se ipsam. Deinde cum se querit
ut noverit querentem se iam novit. Iam se ergo novit. Quapropter
non potest omnino nescire se. que dum se nescientem scit. se utique scit. Si
autem se nescientem nesciat. non se querit ut sciat. Quapropter eo ipso
quo se querit magis se sibi notam quam ignotam convincitur. Novit
enim se querentem atque nescientem. dum se querit ut noverit. Quid er-
go dicemus. An quod ex parte se novit. ex parte non novit. Sed absur-
dum est dicere. non eam totam scire quod scit. non dico totum scit. Sed
quod scit. tota scit. Cum itaque aliquid de se scit. quod nisi tota non potest
quod scit. tota scit. Scit autem se aliquid scientem nec potest quicquam scire
nisi totam. Scit se igitur totam. Item Capitulum quartum

Quid enim ei tam notum est quam se vivere. non potest
autem et mens esse. et non vivere. que non habet etiam am-
plius ut intelligat. nam et anime bestiarum vivunt sed non
intelligunt. Sicut ergo mens tota mens est. sic tota vivit
Novit autem se vivere. totam se novit. Postremo cum se nosse mens
querit. mentem se novit. Alioquin utrum se querat ignorat. et aliud
pro alio forsitan querat. Fieri non potest ut ipsa non sit mens. atque ita dum.

mente nosse quaerit non se ipsa quaerat. Et magis proinde quo cum quaerit
mens. quid sit mens novit quod se quaerat, perfecto novit ipsa
quod ipsa sit mens. Porro si hoc in se novit quod mens est et tota
mens est tota se novit. sed ecce non se novit esse mentem. Cum autem
se quaerit hoc tantummodo novit quod se quaerat. Potest enim etiam se aliud pro
alio quaerere si hoc nescit. ut hoc quaerat aliud pro alio. procul
dubio novit quid quaerat et se ipsam quaerit. se ipsam utique
novit. Quid ergo adhuc quaerit quod si ex parte se novit. ex parte
autem adhuc quaerit non se ipsam sed partem suam quaerit. Cum enim
ea ipsa dicitur tota dicitur. deinde quia novit nondum se a se inventam
tota novit quanta sit tota. atque ita quaerit quod deest. quemadmodum
solemus quaerere ut veniat in mentem quod excidit. nec tamen penitus
excidit quia potest recognosci. cum venerit hoc esse ei quod quaerebatur.
Sed quomodo mens veniat in mentem quasi possit mens in mente non
esse. Huc accedit quia parte inventa. non se tota quaerit. Tota ergo
sibi praesto est. et quid adhuc quaeratur non est. hoc enim deest quod
quaeritur. non illa quae quaerit. Cum itaque totam se quaerit nihil
eius deest. Aut si non tota se quaerit. sed pars quae inventa
est. quaerit partem. quae nondum inventa est. non se ergo mens quaerit
cuius se nulla pars quaerit. pars enim quae inventa est. non se
quaerit. pars autem quae nondum inventa est nec ipsa se quaerit. quo-
niam ab ea quae inventa est parte quaeritur. Quocirca quia nec tota quae-
rit mens nec pars eius ulla se quaerit. se mens omnino non quaerit. Cap. v

Ut quid ergo ei praeceptum est ut se ipsa cognoscat. Credo
ut se cogitet et secundum naturam suam vivat. id est ut secundum suam
naturam ordinari appetat sub eo scilicet cui subdendum est. supra ea
quibus praeponenda est sub illo a quo regi debet. Multa enim per
cupiditatem pravam tamquam sui sit oblita sic agit. Videtur enim
quaedam intrinsecus pulchra in praestantiore natura quae deus est et cum
stare debeat ut eis fruatur volens ea sibi tribuere. et non ex illo
similis illius. Sed ex se ipsa esse. quod ille est avertitur ab eo. movetur
que et labitur in minus et minus quod putatur amplius et amplius
quia nec ipsa sibi. nec ei quicquam sufficiat. recedenti ab illo
qui solus sufficit. ideoque per egestatem atque difficultatem fit nimis
intenta in actiones suas et inquietas delectationes. quas per
eas colligit. atque ita cupiditate acquirendi notitias ex his
quae foris sunt quorum cognitum hoc genus amat. et sentit a-
mitti posse. nisi impensa cura teneantur perdit securitatem. tan-
toque se ipsam minus cogitat. quanto magis secura est quod se non
possit amittere. Ita cum aliud sit non se nosse. aliud non se cogi-
tare neque enim multarum doctrinarum peritum ignorare grammaticam di-
cimus cum eam non cogitat quia de medicinae arte tunc cogitat.
Cum ergo aliud sit non se nosse aliud non se cogitare tanta vis
est amoris ut ea quae cum amore diu cogitaverit eisque curae glutino

inhesit attrahat secum etiam cum se ad cogitandum quodammodo redit
Et quia illa corpora sunt que foris per sensus carnis adamauit eorumque
diuturna quadam familiaritate implicata est. nec secum potest in-
trorsus tamquam in regionem incorporee nature ipsa corpora inferre yma-
gines eorum conuoluit et rapit. factas in semetipsa. de semetipsa.
Dat enim eis formandis quiddam substantie sue. seruat autem aliquid quo
libere de specie talium ymaginum iudicet Nam illas anime partes que cor-
porum similitudinibus informantur etiam cum bestiis nos communes habere sentimus

Capitulum vi

Errat autem mens cum se istis ymaginibus tanto
amore coniungit ut etiam se aliquid esse huiusmodi existimet
Ita enim conformatur eis quodammodo non id existendo sed putando non quo
se ymaginem putet sed omnino illud ipsum cuius ymaginem secum habet
Viget quippe in ea iudicium discernendi corpus quod foris relinquit
ab ymagine quam de illo secum gerit nisi cum ita exprimuntur eedem
ymagines tamquam foris sentiantur non intus cogitentur sicut dormienti-
bus aut furentibus aut in aliqua extasi accidere solet. Cum itaque
se tale aliquid putat corpus se esse putat. Et quia sibi bene con-
scia est sui principatus quo corpus regit

Capitulum vii

Hinc factum est ut quidam quererent quid corporis amplius valeat
in corpore et hoc esse mentem vel omnino totam animam existimarent
Itaque alii sanguinem alii cerebrum. alii cor non sicut scriptura dicit
Confitebor tibi domine in toto corde meo. Et diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo. hoc enim ab utendo vel transferendo vocabu-
lo dicitur a corpore ad animum. Sed ipsam omnino particulam corporis quam
in visceribus dilaniatis videmus. eam esse putauerunt. Alii ex mi-
nutissimis individuisque corpusculis. quas athomos dicunt
concurrentibus in se atque coherentibus eam confici crediderunt. Alii aerem
alii ignem substantiam eius esse dixerunt. Alii eam nullam substantiam esse
quia nisi corpus nullam substantiam poterant cogitare. et eam corpus
esse non inueniebant sed ipsam temperationem corporis nostri vel compagem
primordiorum quibus ista caro tamquam connectitur esse opinati sunt
eoque omnes eam mortalem esse senserunt. quia siue corpus esset
siue aliqua compositio corporis non posse utique immortaliter permanere
Qui vero eius substantiam vitam quandam nequaquam corpoream cum
quandoque vitam esse omne viuum corpus animantem ac viuificantem esse rep-
perierunt consequenter et immortalem. quia vita carere non potest ut quisque
posset probare conati sunt. Nam de quinto illo nescio quo corpore quod
notissimis quattuor huius mundi elementis quidam coniungentes hinc
animam esse dixerunt. hoc loco diu disserendum non puto. Aut enim
hoc vocant corpus quod nos. cuius in loci spacio pars toto minor
est. Et illis adnumerandi sunt qui mentem corpoream esse crediderunt
Aut si vel omnem substantiam. vel omnem mutabilem substantiam corpus appellant
cum sciant non omnem locorum spaciis aliqua longitudine et latitu-
dine et altitudine contineri. non cum eis de vocabuli questione pug-
nandum est. In his omnibus sententiis quisquis videt mentis naturam

et esse substantiam et non esse corpoream et non minore sui parte minus occupare
loci spatium maius quam maiore simul oportet. Videant eos qui opinantur
esse corpoream non ob hoc errare quod mens desit eorum notitie Sed quod
adiungunt ea sine quibus nullam possunt cogitare naturam Sine fantasiis
enim corporum quidquid iussi fuerint cogitare nichil omnino esse arbitrantur
Ideoque non se tamquam sibi desit mens requirat Quid enim tam cognitioni
adest quam id quod menti adest Aut quid tam menti adest quam
ipsa mens Unde et ipsa que appellatur inventio Si verbi originem re-
tractemus quid aliud resonat nisi quia invenire est in id venire quod
queritur Propterea que quasi ultro in mentem veniunt non usitate dicuntur inven-
ta quamvis cognita dici possint quia non in ea querendo tendebamus
ut in ea veniremus hoc est ea inveniremus Quapropter sicut ea que oculis
aut ullo alio corporis sensu requiruntur ipsa mens querit ipsa enim etiam
sensum carnis intendit Tunc enim invenit cum in ea que requiruntur idem
sensus venit Sic alia que non corporeo sensu internuntio sed per
se ipsam nosse debet cum in ea venit aut in superiori substantia id est in deo aut
in ceteris anime partibus sicut de ipsis imaginibus corporum cum iudicat
intus enim in anima has invenit per corpus impressas. Capitulum viii

Ergo se ipsa quemadmodum querat et inveniat mirabilis questio
est quo tendat ut querat aut quo veniat ut inveniat
Quid enim tam in mente quam mens est Sed quia in hiis est que
cum amore cogitat sensibilibus autem id est corporalibus cum amore assue-
facta est non valet sine ymaginibus eorum esse in semetipsa Hinc
ei oboritur erroris dedecus dum rerum sensarum ymagines se secer-
nere a se non potest ut se sola videat. Coheserunt enim mirabiliter
glutino amoris et hec est eius inmunditia quoniam dum se solam nititur
cogitare hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare Cum er-
go ei precipitur ut se ipsam cognoscat non se tamquam sibi detracta
sit querat Sed illud quod sibi addidit detrahat Interior enim
est ipsa non solum quam ista sensibilia que manifeste foris sunt sed
etiam quam ymagines eorum que in parte quadam sunt anime quam habent et
bestie quamvis intelligentia careant que mentis est propria Cum er-
go sit mens interior quodammodo exit a semetipsa cum in hec quasi
vestigia multarum intentionum exerit amoris affectum que vesti-
gia tamquam imprimuntur memorie quando hec que foris sunt
corporalia sentiuntur ut etiam cum absunt ista presto sint tamen ymagines
eorum cogitantibus Cognoscat ergo semetipsam nec quasi absentem
se querat sed intentionem voluntatis qua per alia vagabatur sta-
tuat in se ipsa et se cogitet Ita videbit quod nunquam se non amaverit
nunquam nescierit sed aliud secum amando cum eo se confudit et
continuit quodammodo atque ita dum sicut unum diversa com-
plectitur unum putavit esse que diversa sunt Capitulum ix

Non itaque velut absentem se querat cernere sed presentem se curet
discernere nec se quasi non noverit cognoscat sed ab eo quod
alterum novit dinoscat Ipsum enim quod audit Cognosce te ipsam
quomodo agere curabit Si nescit aut quid sit cognosce aut quid sit

teipsam. Si autem utrumque novit, novit et seipsam, quia non ita dicitur
menti, Cognosce teipsam, sicut dicitur, Cognosce cherubim et seraphim.
De absentibus enim illis credimus, secundum quod celestes quedam potestates predican-
tur esse. Neque sicut dicitur, Cognosce voluntatem illius hominis, que nobis
nec ad sentiendum ullo modo nec ad intelligendum presto est nisi corpora-
libus signis editis, et hoc ita ut magis credamus quam intelli-
gamus. Neque ut dicitur homini, Vide faciem tuam, quod nisi in speculo
fieri non potest. Nam et ipsa facies nostra absens ab aspectu nostro est, quia
non ibi est quo ille dirigi potest. Sed cum dicitur menti, Cognosce teipsam,
eo ictu quo intelligit quod dictum est teipsam, cognoscit seipsam,
nec ob aliud quam in eo quod sibi presens est. Si enim quod dictum est non
intelligit, non utique facit. Hoc igitur ei precipitur ut faciat, quod cum pre-
ceptum intelligit facit. Non ergo adiungat aliquid ad id quod seipsa
cognoscit, cum audit ut seipsam cognoscat. Certe enim novit sibi
dici, sibi scilicet que est et vivit et intelligit. Sed est et cadaver, vivit
et pecus, intelligit autem nec cadaver nec pecus. Sic ergo se esse
et vivere scit, quomodo est et vivit intelligentia. Capitulum decimum

Cum ergo verbi gratia mens aerem se putat, aerem intelligere putat,
se tamen intelligere scit; aerem autem se esse non scit, sed putat. Secer-
nat quod se putat, cernat quod scit; hoc ei remaneat unde ne illi
quidem dubitaverunt qui aliud atque aliud corpus esse mentem pu-
taverunt. Neque enim omnis mens aerem se esse existimat, sed alie ignem,
alie cerebrum, alieque aliud corpus, et aliud alie, sicut supra commemoravi.
Omnes tamen se intelligere noverunt et esse et vivere. Sed intelligere ad
quod intelligunt referunt, esse autem et vivere ad seipsas. Et nulli est dubium
nec quemquam intelligere qui non vivat, nec quemquam vivere qui non sit.
Ergo consequenter et esse et vivere id quod intelligit, non sicuti est cadaver
quod non vivit, nec sicut vivit anima que non intelligit, sed proprio
quodam eodemque prestantiore modo. Item velle se sciunt, nec hoc
posse quemquam qui non sit et qui non vivat pariter sciunt. Itemque
ipsam voluntatem referunt ad aliquid quod ea volunt. Meminisse etiam
se sciunt, simulque sciunt quod nemo meminisset nisi esset et viveret. Sed et
ipsam memoriam referimus ad aliquid quod ea meminimus. Duobus igitur horum
trium, memoria et intelligentia, multarum rerum notitia atque scientia
continetur. Voluntas autem adest per quam fruamur eis vel utamur.
Fruimur enim cognitis in quibus voluntas ipsis propter seipsa delecta-
ta conquiescit. Utimur vero eis que ad aliud referimus quo fruendum est.
Nec est alia vita hominis vitiosa atque culpabilis quam male utens
et male fruens. De qua re non est disserendi locus. Sed quoniam de natura
mentis agitur, removeamus a consideratione nostra omnes notitias que
capiuntur extrinsecus per sensus corporis, et ea que posuimus omnes mentes de
seipsis nosse certasque esse diligentius attendamus. Utrum enim aeris sit vis
vivendi, reminiscendi, intelligendi, volendi, cogitandi, sciendi, iu-
dicandi; an ignis, an cerebri, an sanguinis, an atomorum,
an preter usitata quatuor elementa quinti nescio cuius corporis, an ipsius
nostre carnis compago vel temperamentum hec efficere valeat, dubitaverunt
homines; et alius hoc, alius illud affirmare conatus est, et ceteris omnibus affirmat

conatus est. Vivere se tamen et meminisse et intelligere et velle et cogitare et scire
et iudicare quis dubitet? quandoquidem etiam si dubitat vivit. Si du-
bitat unde dubitet meminit. Si dubitat, dubitare se intelligit.
Si dubitat certus esse vult. Si dubitat cogitat. Si dubitat scit
se nescire. Si dubitat, iudicat non se temere consentire oportere. Quisquis er-
go aliunde dubitet, de his omnibus dubitare non debet, quae si non essent
de ulla re dubitare non posset. Hec omnia qui vel corpus vel compo-
sitionem seu temperationem corporis esse mentem putant, in subiecto esse volunt
videri, ut substantia sit aer vel ignis sive aliud aliquod corpus quod mentem
putant, intelligentia vero ita insit huic corpori sicut qualitas eius,
ut illud subiectum sit, hec in subiecto; subiectum scilicet mens quam corpus esse
arbitrantur, in subiecto autem intelligentia sive aliud eorum que in nobis
esse commemoravimus. Iuxta opinantur etiam illi qui mentem ipsam ne-
garent esse corpus sed compaginem aut temperationem corporis. Hoc enim interest
quod illi mentem ipsam dicunt esse substantiam in quo subiecto sit intelli-
gentia; isti enim ipsam mentem in subiecto esse dicunt corpore, scilicet cuius
compositio vel temperatio est. Unde consequenter etiam intelligentiam quid ali-
ud quam in eodem subiecto corpore existimant? Qui omnes non advertunt mentem
nosse se etiam cum querit se, sicut iam ostendimus. Nullo modo autem
recte dicitur sciri aliqua res dum eius ignoratur substantia. Quapropter dum se
mens novit, substantiam suam novit, et cum de se certa est, certa est autem
de se sicut convincunt ea que supra dicta sunt; nec omnino certa est
utrum aer vel ignis sit an aliquod corpus vel aliquid corporis. Non est er-
go aliquid eorum, totumque illud quod se iubetur ut noverit, ad hoc pertinet
ut certa sit non se aliquid eorum de quibus incerta est, idque solum esse se certa
est quod solum esse se certa est. Sic enim cogitat ignem aut aerem et quidquid
aliud corporis cogitat. Neque ullo modo fieri posset ut ita cogitaret et
illud quod ipsa est quemadmodum cogitat id quod ipsa non est. Per fantasi-
am quippe imaginariam cogitat hec omnia, sive ignem sive aerem
sive illud vel illud corpus, partemve illam seu compaginem temperationemque
corporis. Neque utique ista omnia, sed aliquid horum esse dicitur. Si quid
enim horum esset, aliter id quam cetera cogitaret, non scilicet per imaginale fi-
gmentum sicut cogitantur absentia que sensu corporis tacta sunt, sive omnino
ipsa sive eiusdem generis aliqua, sed quadam interiore non simulata
sed vera presentia. Non enim quidquam illi est se ipsa presentius; sicut
cogitat vivere se et meminisse et intelligere et velle se. Novit
enim hec in se, nec imaginatur tamquam extra se illa sensu si tetigit sed
corporalia que tanguntur ex quorum cogitationibus si nichil est aliud
fingat ut tale aliquid esse se putet, quidquid ei de se remanet, hoc
solum ipsa est. Cap. xi

Remotis igitur paulisper ceteris quorum
mens de se ipsa certa est, tria hec potissimum considerata tractemus,
memoriam, intelligentiam et voluntatem. In his enim tribus inspici
solent et ingenia parvulorum cuiusmodi preferant indolem. Quanto
quippe tenacius et facilius puer meminit, quantoque acutius intelli-
git et studet ardentius, tanto est laudabilioris ingenii. Cum

vero denique que doctrina quis nouerit non quanta firmitate ac facilitate memine-
rit vel quanto acumine intelligat sed quid meminerit et quid
intelligat queritur. Et quia non tantum quam doctus sit consideratur lauda-
bilis animus sed etiam quam bonus non tantum quid meminerit et quid
intelligat verum etiam quid velit attenditur. non quanta flagran-
tia velit sed quid velit prius deinde quantum velit. Tunc enim laudandus
est animus vehementer amans cum id quod amat vehementer amandum
est. Cum ergo dicuntur hec tria ingenium doctrina usus primum horum con-
sideratur in illis tribus quid possit quisque memoria intelligentia
et voluntate. Secundum horum consideratur quid habeat quisque in memoria
et intelligentia. quo studiosa voluntate peruenit. Iam vero usus tertius
in voluntate est pertractante illa que memoria et intelligentia continentur siue
ad aliquid ea referat siue eorum fine delectata conquiescat. Uti
enim est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui vero est uti cum
gaudio non adhuc spei sed iam rei. Proinde omnis qui fruitur
utitur. assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine dele-
ctationis. Non autem omnis qui utitur fruitur si id quod in facultatem volun-
tatis assumit non propter id ipsum sed propter aliud appetit. Hec igi-
tur tria memoria intelligentia et voluntas. quoniam non sunt tres vite sed una
vita nec tres mentes sed una mens consequenter utique nec tres substantie sunt
sed una substantia. Memoria quippe quod vita et mens et substantia dicitur ad se
ipsam dicitur. Quod vero memoria dicitur ad aliquid relative dicitur. Hoc de in-
telligentia quoque et de voluntate dixerim. Et intelligentia quippe
et voluntas ad aliquid dicitur. Vita est autem unaqueque ad seipsam et
mens et essentia. Quocirca tria hec eo sunt unum quo una vita
una mens una essentia. et quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur
etiam simul non pluraliter sed singulariter dicuntur. Eo vero tria quo ad se invicem
referuntur. Que si equalia non essent non solum singula singulis sed
etiam omnibus singula. non utique se invicem caperent. Neque enim tantum
a singulis singula verum etiam a singulis omnia capiuntur. Memini enim
me habere memoriam et intelligentiam et voluntatem. Et intelligo me
intelligere et velle atque meminisse. Et volo me velle et meminisse et
intelligere totamque memoriam et intelligentiam et voluntatem simul
memini. Quod enim memorie mee non memini non est in memoria mea.
Nihil enim tam in memoria quam ipsa memoria est. Totam ergo memini.
Item quicquid intelligo intelligere me scio. et scio me velle quicquid
volo. Quicquid autem scio memini. Totam ergo intelligentiam totam
que voluntatem meam memini. Similiter cum hec tria intelligo. tota
simul intelligo. Neque enim quicquam intelligibilium non intelligo
nisi quod etiam non memini nec volo. Quicquid ergo intelligibilium me-
mini et volo quidquid intelligo. Voluntas etiam mea totam intellige-
tiam totam memoriam meam capit dum toto utor quod memini et
intelligo. Quapropter quando invicem a singulis et tota et omnia
capiuntur equalia sunt tota singula totis singulis et tota singula

simul omnibus totis et hec tria unum, una vita, una mens et una essentia.

Iam ne igitur ascendendum est qualibuscumque intentionum viribus **Cap. xii**
ad illam summam et altissimam essentiam cuius impar ymago est huma-
na mens, sed tamen ymago. An adhuc eadem tria distinctius de-
claranda sunt in anima per illa que extrinsecus sensu corporis capimus, ut
temporaliter imprimitur rerum corporearum notitia. Mentem quippe ipsam in memo-
ria et intelligentia et voluntate suimetipsius talem reperiebamus, ut
quoniam semper se nosse semperque se ipsam velle comprehendebatur, simul etiam semper sui me-
minisse semperque se ipsam intelligere et amare comprehenderetur, quamvis non
semper se cogitare discretam ab eis que non sunt quod ipsa est. Ac per hoc
difficile in ea dinoscitur memoria sui et intelligentia sui. Quasi enim
non sint hec duo sed unum duobus vocabulis appelletur, sic apparet
in ea re ubi valde ista coniuncta sunt et aliud alio nullo preceditur
tempore. Amor quoque ipse non ita sentitur esse, cum eum non prodit indigentia, quoniam
semper presto est quod amatur. Unde etiam tardioribus dilucescere hec
possunt dum ea tractantur que ad animum tempore accedunt et que illi temporaliter
accidunt, cum meminit quod ante ea non meminerat et cum videt quod
ante ea non videbat et cum amat quod ante ea non amabat. Sed aliud
hec tractatus iam poscit exordium propter huius libelli modum. Finis
decimi libri. Incipiunt capitula undecimi libri

De ymagine trinitatis etiam in eo quod ymago dei non est, id est in
homine exteriore quemcumque. / De visibili et vidente et visione.
De memoria qua visorum ymago retinetur et intentione animi qua in
utrumque concurritur. / De ymaginibus quas cogitationis acies intue-
tur in fantasia quam memoria concepit. / De cogitationibus inoxiis et de
hiis que ab acie recordationis abigende sunt. / De fine voluntatis
quo cognoscitur si recta an prava impiamus. / De ea trinitate
quo iam non est ex corpore neque ex corporis sed de memoria nascitur
cogitantis. / De multiplicationibus trinitatis que per recordationem pa-
ritur. / Et in quolibet genere trinitatum voluntas nec parens in-
veniatur esse nec proles. / Quam facile sit cogitanti fingere ex eis
speciebus quas non vidit ex ea rerum recordatione quas vidit. / De men-
sura et numero et pondere quorum similitudo sit in memoria et visi-
one et voluntate. Incipit undecimus de trinitate beati Augustini

Nemini dubium est, sicut interiorem hominem intelligentia sic exterio-
rem sensu corporis preditum. Nitamur ergo si possumus in hoc quoque
exteriore indagare qualecumque vestigium trinitatis, non quia
et ipse eodem modo sit ymago dei. Manifesta est quippe apostolica sen-
tentia que interiorem hominem renovari in dei agnitionem declarat secundum
ymaginem eius qui creavit eum. Et alio loco dicit: Et si ex-
terior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.
In hoc ergo qui corrumpitur queramus quemadmodum possumus quandam
trinitatis effigiem, et si non expressiorem, tamen fortassis ad dino-
scendum faciliorem. Neque enim frustra et iste homo dicitur nisi quia inest

ei nonnulla interioris similitudo. et illo ipso ordine conditionis nostre quo mor-
tales atque carnales effecti sumus. facilius et quasi familiarius visibilia
quam intelligibilia pertractamus. cum ista sint exterius illa interius. et ista
sensu corporis sentiamus illa mente intelligamus. nos quoque ipsi animi non sen-
sibiles simus id est corporales sed intelligibiles. quoniam vita sumus. tamen
ut dixi. tanta facta est in corporibus consuetudo et ita in hec miro
modo relabens foras se nostra porrigit intentio. ut cum ab incerto cor-
porum ablata fuerit ut in spiritu multo certiore ac stabiliore cognitione
figatur refugiat ad ista et ibi appetat requiem unde traxit infir-
mitatem. Cuius egritudini congruendum est ut si quando interiora spiritua-
lia accommodatius distinguere atque facilius insinuare conamur
de corporalibus exterioribus similitudinum documenta capiamus. Sensu igitur
corporis exterior homo preditus sentit corpora et iste sensus quod facile
advertitur quinquepertitus est. videndo audiendo olfaciendo gu-
stando tangendo. Sed et multum est et non necessarium ut hoc
quinque sensus id quod querimus interrogemus. Quod enim nobis unus
eorum renuntiat etiam in ceteris valet. Itaque potissimum testimonio
utamur oculorum. Hic enim sensus corporis maxime excellit et est visioni
mentis pro sui generis diversitate vicinior. Capitulum secundum

Cum igitur aliquid corpus videmus hec tria quod facillimum est consideran-
da sunt et dinoscenda. Primo ipsa res quam videmus sive la-
pidem sive aliquam flammam sive quid aliud quod videri pot-
est quod utique iam esse poterat et antequam videretur. Deinde visio
que non erat priusquam rem illam obiectam sensui sentiremus. Tertio quod
in ea re que videtur quamdiu videtur sensum detinet oculorum id est animi
intentio. In his igitur tribus non solum est manifesta distinctio sed etiam
discreta natura. Primum quippe illud corpus visibile longe alterius nature est
quam sensus oculorum quo sibi incidente fit visio. Ipsaque visio quid
aliud quam sensus ex ea re que sentitur informatus apparet. Quamvis re
visibili detracta nulla sit nec ulla omnino esse possit talis visio. si
corpus non sit quod videri queat. Nullo tamen eiusdem substantie est corpus quo for-
matur sensus oculorum cum idem corpus videtur et ipsa forma que ab eodem impr-
imitur sensui que visio vocatur. Corpus enim a visione in sua natura separabile
est. Sensus enim qui iam erat in animante etiam priusquam videret quod
videre posset cum in aliquid visibile incurreret vel visio que fit in sensu ergo
visibili corpore cum iam coniunctum est et videtur. Sensus ergo vel visio id est sensus
non formatus extrinsecus vel sensus formatus extrinsecus ad animantis
naturam pertinet omnino aliam quam est id corpus quod videndo sentimus quo sensus
non ita formatur ut sensus sit sed ut visio sit. Nam sensus et ante ob-
iectum rei sensibilis nisi inesset nobis non distaremus a cecis dum nihil
videmus in tenebris sive clausis luminibus. Hoc enim distamus
quod nobis inest et non videntibus quo videre possumus qui sensus vocatur
illis vero non inest nec aliunde nisi quia eo carent ceci appellantur
Item et illa animi intentio que in ea re quam videmus sensum tenet
atque utrumque coniungit non tantum ab eadem re visibili natura differt quando-

quidem iste animus, id corpus est. Sed ab ipso quod sentit atque visione
que solius anime est, hec intentio. Sensus autem oculorum non ob aliud sensus
corporis dicitur nisi quia et ipsi oculi membra sunt corporis, et quamvis
non sentiat corpus exanime, anima tamen commixta corpori per instrumentum
sentit corporeum. Et idem instrumentum sensus vocatur. Qui etiam pas-
sione corporis cum quisque excecatur interceptus extinguitur, cum idem
maneat animus et eius intentio luminibus amissis non habeat
quidem sensum corporis quem videndo extrinsecus corpori adiungat atque
in eo viso figat aspectum, Visu tamen ipso indicat se adempto cor-
poris sensu nec perire potuisse nec minui. Manet enim quidam
videndi appetitus integer, sive id possit fieri sive non possit. Hec
igitur tria, corpus quod videtur et ipsa visio et que utrumque coniungit
intentio, manifesta sunt ad dinoscendum non solum propter propria singulorum
verum etiam propter differentiam naturarum. Atque in hiis cum sensus non pro-
cedat ex corpore illo quod videtur sed ex corpore sentientis animantis cui anima
suo quodam miro modo contemperatur, tamen ex corpore quod videtur gignitur
visio, id est sensus ipse formatur, ut iam non tantum sensus qui etiam in tene-
bris esse integer potest dum est incolumitas oculorum, sed etiam sensus
informatus sit que visio vocatur. Gignitur ergo ex re visibili vi-
sio, ita sane ut ex vidente sit sensus oculorum et aspicientis atque in-
tuentis intentio. Illa tamen informatio sensus que visio dicitur a so-
lo imprimatur corpore quod videtur, id est a re aliqua visibili, qua de-
tracta nulla remanet forma que inerat sensui dum adest id quod
videbatur. Sensus tamen ipse remanet qui erat et prius quam aliquid
sentiret, velut in aqua tam diu vestigium est donec ipsum corpus
quod imprimitur inest, quo ablato nullum erit cum remaneat a-
qua que erat et antequam illam formam corporis caperet. Ideoque non
possumus quidem dicere quod sensum gignat res visibilis, gignit tamen
formam velut similitudinem suam que fit in sensu cum aliquid videndo
sentimus. Sed formam corporis quam videmus et formam que ab illa in sensu
videntis fit per eundem sensum non discernimus, quoniam tanta coniunctio
est ut non pateat discernendi locus. Sed ratione colligimus neque-
quam nos potuisse sentire nisi fieret in sensu nostro aliqua similitudo
conspecti corporis. Neque enim cum anulus cere imprimitur ideo nulla
imago facta est quia non discernitur nisi cum fuerit separata. Sed quoniam
post ceram separatam manet quod factum est ut videri possit,
propterea facile persuadetur quod inerat iam cere forma impressa
ex anulo et antequam ab illa separaretur. Si enim liquido humori ad-
iungeretur anulus et detracto nichil ymaginis appareret, nec ideo tamen
discernere ratio non deberet fuisse in illo humore antequam detraheretur anu-
li formam factam ex anulo que distinguenda est ab ea forma que
in anulo est, unde ista facta est que detracto anulo non erit
quamvis illa in anulo maneat unde ista facta est. Sic sensus oculorum
non ideo non habet ymaginem corporis quod videtur quamdiu videtur quia eo
detracto non remanet. Ac per hoc tardioribus ingeniis difficillime per-
suaderi potest formari in sensu nostro ymaginem rei visibilis cum eam videmus

et eandem formam esse visionem. Sed qui forte adverterint quod comme-
rabo non ita in hac inquisitione laborabunt. Plerumque cum diuscule at-
tenderimus in luminaria et deinde oculos clauserimus quasi versant-
ur in conspectu quidam lucidi colores varie sese commutantes et minus
minusque fulgentes donec omnino desistant. Quas intelligendum est
reliquias esse forme illius que facta erat in sensu cum corpus lucidum
videretur paulatim et quodam modo gradatim deficiendo variari.
Nam inspectarum fenestrarum cancelli si eos forte intuebamur
sepe in illis apparuere coloribus ut manifestum sit hanc affectionem
nostro sensui ex ea re que videbatur impressam. Erat ergo etiam tunc cum
videremus et illa clarior et expressior sed multum coniuncta cum specie rei
eius que cernebatur ut discerni omnino non posset et ipsa erat visio.
Qui etiam cum lucerne flammula modo quodam divaricatis radiis
oculorum geminatur due visiones fiunt cum sit res una que videtur.
Singillatim quippe afficiuntur idem radii de suo quisque oculo emi-
cantes dum non sinuntur in idem corpus intuendum pariter coniuncteque con-
currere ut unus fiat ex utroque contuitus. Et ideo si unum oculum clau-
serimus non geminum ignem sed sicuti est unum videbimus. Cur autem sinistro
oculo clauso illa species videri desinit que ad dextrum erat vicissimque dex-
tro clauso illa intermoritur que ad sinistrum erat et longum est et rei
presenti non necessarium modo querere atque disserere. Quod enim ad susceptam questionem
pertinet non nisi fieret in sensu nostro quedam imago simillima rei eius quam
cernimus non secundum oculorum numerum flamme species geminaretur cum quidam
cernendi modus adhibitus fuerit qui possit occursum separare radiorum. Ex
uno quippe oculo quolibet modo deducto aut impresso aut intorto si
alter clausus est duplex videri aliquid quod sit unum nullo pacto potest.
Que cum ita sint tria hec quamvis diversa natura quemadmodum in quandam
unitatem contemperentur meminerimus id est species corporis que videtur et imago
eius impressa sensui quod est visio sensusve formatus et voluntas animi
que rei sensibili sensum admovet in eoque ipsam visionem tenet. Horum primum
id est res ipsa visibilis non pertinet ad animantis naturam nisi cum corpus nostrum
cernimus. Alterum autem ita pertinet ut et in corpore fiat et per corpus in anima fit
enim in sensu qui neque sine corpore est neque sine anima. Tertium vero solius
anime est quia voluntas est. Cum igitur horum trium tam diverse substantie sint tamen
in tantam coeunt unitatem ut duo priora vix intercedente iudice ra-
tione discerni valeant species videlicet corporis quod videtur et imago eius que
fit in sensu id est visio. Voluntas autem tantam habet vim copulandi hec
duo ut et sensum formandum admoveat ei rei que cernitur et in ea
formatum teneat. Et si tam violenta est ut possit vocari amor aut cu-
piditas aut libido etiam ceterum corpus animantis vehementer affi-
cit et ubi non resistit pigrior duriorque materies in similem speciem
coloremque commutat. Licet videre corpusculum cameleontis ad
colores quos videt facillima conversione variari. Aliorum autem animalium
quia non est ad conversionem facilis corpulentia fetus plerumque pro-
dunt libidines matrum quid cum magna delectatione conspexerint

cum enim in istorum teneriora et ut ita dixerim formabiliora sit
primordia seminum tam efficaciter et capaciter sequuntur intentionem
materne anime et que in ea facta est fantasia per corpus quod cupi-
de conspexit. Sunt exempla que copiose commemorari possent sed unum
sufficit de fidelissimis libris quod fecit Jacob ut oves et capre va-
rios coloribus parerent supponendo eis variata virgulta in cana-
libus aquarum que potatas intuerentur eo tempore quo conceperant
Sed anima rationalis deformiter vivit cum secundum trinitatem exterioris
hominis vivit id est cum ad ea que forinsecus sensum corporis formant non
laudabilem voluntatem que hec ad utile aliquid referat sed turpem
cupiditatem qua his inhereat accommodat. Quia etiam detracta
specie corporis que corporaliter sentiebatur remanet in memoria similitu-
do eius quo rursus voluntas convertat aciem ut inde formetur
intrinsecus sicut ex corpore obiecto sensibili sensus extrinsecus formabatur
Atque ita fit trinitas ex memoria et interna visione Cap. iii
et que utrumque copulat voluntate. Que tria cum in unum co-
guntur ab ipso coactu cogitatio dicitur. Nec iam in his tribus
diversa substantia est. Neque enim aut corpus aliquod sensibile ibi est quod
omnino discretum est ab animantis natura aut sensus corporis ibi formatur
ut fiat visio aut voluntas ipsa id agit ut formandum sensum sensi-
bili corpori admoveat in eoque formatum detineat sed pro illa specie
corporis que sentiebatur extrinsecus succedit memoria retinens illam
speciem quam per corporis sensum combibit anima proque illa visione que
foris erat cum sensus ex corpore sensibili formaretur succedit in-
tus similis visio cum ex eo quod memoria tenet formatur acies animi
et absentia corpora cogitantur voluntasque ipsa quomodo foris corpori
obiecto formandum sensum admonebat formatumque iungebat sic
aciem recordantis animi convertit ad memoriam ut ex eo quod
illa retinuit ista formetur et fit in cogitatione similis visio. Sicut
autem ratione discernebatur species visibilis qua sensus corporis formabatur
et eius similitudo que fiebat in sensu formato ut esset visio alio-
quin ita erant coniuncte ut omnino una eademque putaretur sic illa
fantasia cum animus cogitat speciem visi corporis cum constet ex corpo-
ris similitudine quam memoria tenet et ex ea que inde formatur
in acie recordantis animi tamen sic una et singularis apparet ut du-
o quedam esse non inveniantur nisi iudicante ratione qua intelligimus
aliud esse illud quod in memoria manet etiam cum aliunde cogitamus
et aliud fieri cum recordamur id est ad memoriam redimus et illic inveni-
mus eandem speciem. Que si iam non ibi esset ita oblitos nos
esse diceremus ut omnino recolere non possemus. Si enim acies recorda-
tis non formaretur ex ea re que erat in memoria nullo modo fieret visio
cogitantis. Sed utriusque coniunctio id est eius quam memoria tenet et eius
que inde exprimitur ut formetur acies recordantis quia simillime

sit veluti una fiat apparet. Cum autem cogitationis acies aversa inde fuerit atque id quod in memoria cernebatur destiterit intueri, nil forme que impressa erat in eadem acie remanebit, atque inde formabitur quo rursus cum id recordamur convertatur et conversa formetur atque unum sit cum eo fiat unde formetur. Capitulum iiii

Voluntas vero illa que hac atque hac fert et refert aciem reformandam coniungitque formatam, si ad interiorem fantasiam tota confluxit atque a presentia corporum que circumiacent sensibus atque ab ipsis sensibus corporis animi aciem omnino averterit atque ad eam que intus cernitur ymaginem penitus converterit, tanta effunditur similitudo speciei corporalis expressa ex memoria ut nec ipsa ratio discernere sinatur utrum foris corpus ipsum videatur an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdum homines nimia cogitatione rerum visibilium vel illecti vel territi et eiusmodi repente voces ediderunt quasi revera in mediis talibus actionibus seu passionibus versarentur. Et memini me audisse a quodam quod tam expressam et quasi solidam speciem feminei corporis in cogitando cernere soleret ut ei se quasi misceri sentiens etiam genitalibus flueret. Tantum habet virium in corpus suum et tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam atque mutandam quo afficiatur indutus, velut vestimento suo coheret indumento. Ex eodem genere affectionis etiam illud est quod in sompnis per ymagines luditur. Sed plurimum differt utrum sopitis sensibus corporis sicuti sunt dormientium aut ab interiore compage turbatis sicut sunt furentium aut alio quodam modo alienatis sicut sunt divinantium vel prophetantium animi intentio quadam necessitate incurrat in eas que occurrunt ymagines sive ex memoria sive alia aliqua occulta vi per quasdam spiritales mixturas similiter spiritalis substantie, an sicut sanis atque vigilantibus interdum contingit ut cogitatione occupata se voluntas avertat a sensibus atque ita formet animi aciem variis ymaginibus rerum sensibilium tamquam ipsa sensibilia sentiantur. Non tantum autem cum appetendo in talia voluntas attendit fiunt iste impressiones ymaginum, sed etiam cum devitandi et cavendi causa rapitur animus in ea contuenda que fugiat. Unde non solum cupiendo sed etiam metuendo infertur vel sensus ipsis sensibilibus vel acies animi formanda ymaginibus sensibilium. Itaque aut metus aut cupiditas quanto vehementior fuerit tanto expressius formatur acies sive sentientis ex corpore quod in loco adiacet sive cogitantis ex ymagine corporis que in memoria continetur. Quod ergo est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria; et quod est aspicientis visio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur, hoc est visio cogitantis ad ymaginem corporis in memoria constitutam ex qua formatur acies animi. Et quod intentio voluntatis ad corpus visum visionemque copulandam ut fiat ibi quedam unitas trium quamvis eorum sit diversa natura, hoc est voluntatis eadem intentio ad copulandam ymaginem corporis que inest in memoria et visionem cogitantis, id est formam quam cepit acies cogitantis animi rediens ad memoriam, ut fiat et hic quedam unitas ex tribus non iam nature diversitate discretis sed unius eiusdem

quia habet quia hoc totum intus est et hoc totum unus animus. Capitulum v

Sicut autem cum forma et species corporis interierit non potest ad eam
voluntas sensum revocare cernentis ita cum ymago quam
memoria gerit oblivione deleta est non erit quo iam animi a-
ciem formandam voluntas recordando retorqueat. Sed quia prevalet
animus non sola oblita verum etiam non sensa nec experta confingere ea que
non exciderunt augendo minuendo commutando et pro arbitrio com-
ponendo sepe ymaginatur quasi ita sit aliquid quod aut scit ita non esse
aut nescit ita esse. In quo genere cavendum est ne aut mentiatur ut
decipiat aut opinetur ut decipiatur. Quibus duobus malis evitatis
nichil ei obsunt ymaginata fantasmata sicut nichil obsunt ex-
perta sensibilia et retenta memoriter si neque cupide appetantur si
iuvant neque turpiter fugiantur si offendunt. Cum enim in hiis
voluntas relictis melioribus avida volutatur immunda fit atque ita
et cum assunt perniciose et cum absunt perniciosius cogitantur. Male ita-
que vivitur et deformiter secundum trinitatem hominis exterioris quia et illam
trinitatem que licet interius ymaginetur exteriora tamen ymaginatur sen-
sibilium corporaliumque utendorum causa peperit. Nullus enim eis uti
posset etiam bene nisi sensatarum rerum ymagines memoria tenerentur
et nisi pars maxima voluntatis in superioribus atque interioribus habitet
eaque ipsa que commodatur sive foris corporibus sive intus yma-
ginibus eorum nisi quicquid in eis capit ad meliorem verioremque
vitam referat atque in eo fine cuius intuitu hec agenda iudi-
cat acquiescat quid aliud facimus nisi quod apostolus nos prohibet
dicens Nolite conformari huic seculo. Quapropter non est ista
trinitas ymago dei. Ex ultima quippe id est corporea creatura qua superior
est anima in ipsa anima fit per sensum corporis nec tamen est omnino dissimilis.
Quid enim non pro suo genere ac pro modulo habet similitudinem dei
quandoquidem deus fecit omnia bona valde non ob aliud nisi quia ipse
summe bonus est. In quantum ergo bonum est quicquid est in tantum scilicet
quamvis longe distantem habet tamen non nullam similitudinem summi
boni et si naturalem utique rectam et ordinatam. Si autem viciosam utique
turpem atque perversam. Nam et anime in ipsis peccatis suis non nisi quam-
dam similitudinem dei superba et prepostera et ut ita dicam servili liber-
tate sectantur ita ut primis parentibus nostris persuaderi peccatum posset
nisi diceretur Eritis sicut dii. Non sane omne quod in creaturis aliquo
modo simile est deo etiam eius ymago dicenda est. Sed illa sola qua
superior ipse est solus. Ea quippe de illo prorsus exprimitur inter quam
et ipsum nulla interiecta natura est. Visionis igitur illius id est forme que
fit in sensu cernentis quasi parens est forma corporis ex qua fit. Sed pa-
rens illa non vera unde nec ista vera proles est. Neque enim omnino inde
gignitur quoniam aliquid aliud adhibetur corpori ut ex illo formetur id est sensus
videntis. Quocirca id amare alienari est. Itaque voluntas que
utrumque coniungit quasi parentem et quasi prolem magis spiritualis est quam utrumque

illorum natura corporis id quod cernitur animo spiritale non est visio vero quia fit in sensu
habet admixtum aliquid spiritale quia sine anima fieri non potest. sed non
totum ita est quemadmodum ille qui formatur corporis sensus ipsius est voluntas ergo que
utrumque coniungit magis ut dixi spiritualis agnoscitur et ideo tamquam
personam spiritus insinuare incipit in illa trinitate sed magis pertinet
ad sensum formatum quam ad illud corpus unde formatur. Sensus enim animan-
tis et voluntas anime est non lapidis aut alicuius corporis quod videtur.
non ergo ab illo quasi parente procedit sed nec ab isto quasi prole. hoc est
visione ac forma que in sensu est. prius enim quam visio fieret iam erat
voluntas. que formandum sensum cernendo admovit corpori. sed non dum
erat placitum (quomodo enim placeret quod non dum erat visum). placitum autem
quieta voluntas est. Ideoque nec quasi prolem visionis possumus dicere vo-
luntatem. que erat ante visionem nec quasi parentem quia non ex volunta-
te sed ex viso corpore formata et expressa est. Finem fortasse voluntatis et
requiem possumus recte dicere visionem ad hoc dumtaxat unum. neque enim
propterea nil aliud volet quia videt aliquid quod volebat. Capitulum vi

Non utique omnino ipsa voluntas hominis cuius finis non est nisi be-
atitudo sed ad hoc unum interim voluntas videndi finem
non habet nisi visionem sive id referat ad aliud sive non referat.
Si enim non referat ad aliud visionem sed tantum voluit ut videret, non
est disputandum quomodo ostendatur finem voluntatis esse visionem manifestum
est enim. Si autem referat ad aliud vult utique aliud nec iam videndi
voluntas erit aut si videndi non hoc videndi. tamquam si vellet quisque vi-
dere cicatricem unde doceat vulnus fuisse. aut si velit videre fenestram ut per fene-
stram videat transeuntes. omnes iste atque alie tales voluntates suos
quosque fines habent qui referuntur ad finem illius voluntatis qua volumus
beate vivere et ad eam pervenire vitam que non referatur ad aliud
sed amanti per seipsam sufficiat. Voluntas ergo videndi finem habet
visionem et voluntas hanc rem videndi finem habet huius rei visionem.
Voluntas itaque videndi cicatricem finem suum expetit. hoc est visionem
cicatricis et ad eam ultra non pertinet. Voluntas enim probandi vulnus
fuisse alia voluntas est quamvis ex illa religetur cuius item finis
est probatio vulneris. Et voluntas videndi fenestram finem habet fene-
stre visionem. alia est enim que ex ista nectitur voluntas per fenestram
videndi transeuntes cuius item finis est visio transeuntium. Recte autem
sunt voluntates et omnes sibimet religate si bona est illa quo cuncte
referuntur. Si autem prava est prave sunt omnes. et ideo rectarum volun-
tatum connexio iter est quoddam ascendentium ad beatitudinem quod certis
velut passibus agitur. Pravarum autem atque distortarum voluntatum im-
plicatio vinculum est quo alligabitur qui hoc agit ut proiciatur in
tenebras exteriores. Beati ergo qui factis et moribus cantant canti-
cum graduum. et ve his qui trahunt peccata sicut restem longam. Sic
est autem requies voluntatis quem dicimus finem si adhuc refertur ad ali-
ud quemadmodum possumus dicere requiem pedis esse in ambulando cum poni-
tur unde alius innitatur cum passibus pergitur. Si autem aliquid ita placet ut .Bti.

ideo cum aliqua delectatione voluntas acquiescat non tamen est ibi requies quo
tendit sed ad hoc placet ut ad aliud deputatur non tanquam patria ci-
vis sed tanquam civilis refectio vel etiam mansio viatoris. Capitulum VII

Iam vero in alia trinitate interiore quidem quam est ista in sensibilibus
et in sensibus sed tamen que inde concepta est cum iam non ex corpore
sensus corporis sed ex memoria formatur acies animi cum in ipsa memoria
species inheserit corporis quod forinsecus sensimus illa species que
in memoria est quasi parens est eius que fit in fantasia cogitantis.
Erat enim in memoria et prius quam cogitaretur a nobis sicut erat
corpus in loco et prius quam sentiretur ut visio fieret. Sed cum cogitatur
ex illa quam memoria tenet exprimitur in acie cogitantis et reminis-
cendo formatur ea species que quasi proles est eius quam memoria tenet.
Sed neque illa vera parens neque ista vera proles est. Acies quippe animi que forma-
tur ex memoria cum recordando aliquid cogitamus non ex ea specie
procedit quam meminimus visam quandoquidem eorum meminisse non possemus
nisi vidissemus. Acies autem animi que reminiscendo formatur erat etiam
prius quam corpus quod meminimus videremus quanto magis prius quam id
memorie mandaremus. Quamquam itaque forma que fit in acie recordantis
ex ea fiat que inest memorie ipsa tamen acies inde non existit sed erat ante
istam. Consequens est autem ut si non est illa vera parens nec ista sit vera
proles. Sed et illa quasi parens et ista quasi proles aliquid insinuant
unde interiora atque veriora exercitatius certiusque videantur. Difficilius
iam plane discernitur utrum voluntas que memorie copulat visionem
non sit alicuius eorum vel parens vel proles et hanc discretionis diffi-
cultatem facit eiusdem nature atque substantie parilitas atque equalitas.
Neque enim sicut foris facile discernebatur formatus sensus a sensibili corpore
et voluntas ab utroque propter nature diversitatem que inest ab invi-
cem omnibus tribus de qua satis supra disseruimus ita et hic potest. Quam-
vis enim hec trinitas de qua nunc queritur forinsecus invecta sit animo intus
tamen agitur et non est quicquam eius preter ipsius animi naturam. Quo igitur
facto vel pacto demonstrari potest voluntatem nec quasi parentem nec quasi prolem
esse sive corporee similitudinis que memoria continetur sive eius que inde
cum recordamur exprimitur quando utrumque in cogitando ita copulat ut tanquam
unum singulariter appareat et discerni nisi ratione non possit. Illud
primum videndum est non esse posse voluntatem reminiscendi nisi vel totum
vel aliquid rei eius quam reminisci volumus in penetralibus memorie
teneamus. Quod enim omni modo et omni ex parte obliti fuerimus nec reminiscendi
voluntas oritur quoniam quicquid recordari volumus recordati iam sumus
in memoria nostra esse vel fuisse. Verbi gratia si recordari volo quod heri
cenaverim aut recordatus iam sum cenasse me aut si et hoc nondum
certe circa ipsum tempus aliquid recordatus sum si nihil aliud ipsum certe
hesternum diem et eius eam partem qua cenari solet et quid sit cena-
re. Nam si nichil tale recordatus essem quod heri cenaverim recordari
velle non possem. Unde intelligi potest voluntatem reminiscendi ab his quidem
rebus que memoria continentur procedere adiunctis simul eis que inde per recorda-
tionem cernendo exprimuntur id est ex copulatione rei cuiusdam quam recordati sumus

et visionis que inde facta est in acie cogitantis cum recordati sumus ipsa
que utrumque copulat voluntas requirit et aliud quod cum viam est
atque coniugium recordantis. Tot igitur in genere isto trinitates quot recordationes
quia nulla est earum ut non hec tria sint id quod in memoria reconditum
est etiam antequam cogitetur et id quod fit in cogitatione cum cernitur et voluntas
utrumque coniungens et ex utroque ac tertia se ipsa unum aliquid complens.
An potius ita cognoscitur una quedam in hoc genere trinitas ut unum ali-
quid generaliter dicamus quidquid corporalium specierum in memoria latet. Et
rursus unum aliquid generalem visionem animi talia recordantis atque cogitan-
tis quorum duorum copulationi tertia coniungitur copulatrix voluntas ut
sit hoc totum unum quoddam ex quibusdam tribus. Capitulum VIII

Sed quoniam non potest acies animi simul omnia que memoria tenet uno
aspectu contueri alternant vicissim cedendo ac succedendo tri-
nitates cogitationum atque ita fit ista innumerabiliter numerosissima trinitas
nec tamen infinita si numerus in memoria rerum reconditarum non excedatur. Ex
quo enim cepit unusquisque sentire corpora quolibet corporis sensu etiam si
posset adiungere que oblitus est certus ac determinatus procul dubio numerus foret
quamvis innumerabilis. Dicimus enim innumerabilia non solum infinita sed
quamvis innumerabilis. Dicimus enim innumerabilia non solum infinita sed
etiam que ita finita sunt ut facultatem numerantis excedat. Sed hinc
aliquanto manifestius fit aliud esse quod reconditum memoria te-
net et aliud quod inde in cogitatione recordantis exprimitur quamvis cum fit utrius-
que copulatio unum idemque videatur quia meminisse non possumus corporum
species nisi tot quot sensimus et quantas sensimus et sicut sensimus. Ex corpore enim
eas in memoriam combibit animus. Visiones tamen ille cogitantium
ex rebus quidem que sunt in memoria sed tamen innumerabiliter atque omnino
infinite multiplicantur atque variantur. Unum quippe solem memini quia
sicuti est unum vidi. Si autem voluero duos cogito vel tres vel quotquot
volo. Sed ex eadem memoria qua unum memini formatur acies multos
cogitantis et tamen memini quantum vidi. Si enim maiorem vel minorem me-
mini quam vidi iam non memini quod vidi et ideo non memini. Quia vero
memini quantum vidi vel maiorem tamen pro voluntate cogito
vel minorem. Et ita memini ut vidi cogito autem sicut volo currentem et
ubi volo stantem unde volo et quo volo venientem. Quadrum mihi etiam
in cogitatione in promptu est ut rotundum memineram et cuiuslibet coloris cum
solem viridem numquam viderim et ideo non meminerim. Atque ut solem ita
et cetera. Hee autem rerum forme quoniam corporales atque sensibiles sunt errat
quidem animus cum eas opinatur eo modo foris esse quo intus cogitat
vel cum iam interierunt foris et adhuc in memoria retinentur vel cum
aliter etiam quod meminimus non recordandi fide sed cogitandi varietate
formatur. Quamquam sepissime credamus etiam vera narrantibus que ipsi sensibus
perceperunt. Que cum in ipso auditu que non narrantur cogitamus non
videtur ad memoriam retorqueri acies ut fiant visiones cogitantium
neque enim ea nobis recordantibus sed alio narrante cogitamus atque
illa trinitas non hic videtur expleri que fit cum species in memoria latens
et visio recordantis tertia voluntate copulantur. Non enim quod latebat in
memoria mea sed quod audio cogito cum aliquid mihi narratur. Non ipsas
loquentis dico voces ne quisquam putet in illam me exisse trinitatem que foris in

sensibilibus et in sensibus agitur. Sed cum cogito corporum species que narrantur verbis
sonus quidem signat cum utique non tacentes sed audiens cogito. Sed
si diligentius consideremus etiam tunc attenditur memorie modus. Neque enim
vel intelligere possem narrantem si ea que dicit et si contexta tunc
primum audirem non tamen generaliter singula meminissem. Quem enim mihi nar-
rat ubi gentium aliquem montem silva exutum et oleis indutum nar-
rat qui meminerim species et montium et silvarum et olearum quas si oblitus
essem quid diceret omnino nescirem. Et ideo narrationem illam cogitare
non possem. Ita fit ut omnis qui corporalia cogitat sive ipse aliquid
confingat sive audiat aut legat vel preterita narrantem vel futura
prenunciantem ad memoriam suam recurrat et ibi reperiat modum atque
mensuram omnium formarum quas cogitans intuetur. Nam neque colorem
quem numquam vidit neque figuram corporis neque sonum quem numquam au-
divit nec saporem quem numquam gustavit nec odorem quem numquam
olfecit nec ullam contrectationem corporis quam numquam sensit potest
quisquam omnino cogitare. Et si propterea nemo aliquid corporale cogitat nisi
quod sensit quia nemo meminit corporale aliquid nisi quod sensit sicut in
corporibus sentiendi. Sic in memoria est cogitandi modus. Sensus enim
accipit speciem ab eo corpore quod sentimus et a sensu memoria a memoria
vero acies cogitationis voluntas. Porro sicut adiungit sensum corpori
sic memoriam sensui sic cogitationis aciem memorie. Que autem conciliat
ista atque coniungit ipsa autem distinguit atque separat id est voluntas. Sed
a sentiendis corporibus motu corporis separat corporis sensum ne aliquid
sentiamus aut ut sentire desinamus velut cum oculos ab eo quod videre
nolumus avertimus vel claudimus. Sic aures a sonis. Sic nares ab
odoribus. Ita etiam vel os claudendo vel aliquid ex ore respuendo
a saporibus aversamur. In tactu quoque vel subtrahimus corpus ne tangamus
quod nolumus vel si iam tangebamus abicimus aut repellimus.
Ita motu corporis agit voluntas ne sensus corporis rebus sensibilibus
copuletur. Et agit hoc quantum potest nam cum in hac actione propter conditionem
servilis mortalitatis difficultatem patitur cruciatus. Est consequens ut volun-
tati nihil reliquum fiat nisi tollerancia. Memoriam vero a sensu voluntas
avertit cum in aliud intenta non ei sinit inherere presentia. Quod
animadvertere facile est cum sepe coram loquentibus vel loquente nobis
aliquem aliud cogitando non audisse nobis videmur. Falsum est autem
audivimus enim sed non meminimus subinde per aurium sensum laben-
tibus vocibus alienato nutu voluntatis per quem solent infigi
memorie. Verius itaque dixerimus cum tale aliquid accidit non meminimus
quam non audivimus. Nam et legentibus evenit et mihi sepissime ut
perlecta pagina vel epistola nesciam quid legerim et repetam. In
aliud quippe intento nutu voluntatis non sic est adhibita memo-
ria sensui corporis quomodo sensus ipse adhibitus est verbis. Ita et am-
bulantes intenta in aliud voluntate nesciunt quo transierint quod
si non vidissent non ambulassent aut maiore intentione palpan-
do ambulassent presertim si per incognita pergerent. Sed quia facile
ambulaverunt utique viderunt. Quia vero non sicut sensus oculorum

locis quacumque peregrinabantur ita ipsi sensui memoria iungebat ut il-
lo modo id quod viderunt etiam tacitissimi meminisse potuerunt. Iam
porro alio quod in memoria est animi aciem pellere autem nil
aliud est quam non inde cogitare. Capitulum Nonum

In hac igitur distributione cum incipimus a specie corporis et pervenimus
usque ad speciem que fit in intuitu cogitantis quatuor species re-
periuntur quasi gradatim nate altera ex altera secunda de prima tercia
de secunda quarta de tercia. A specie quippe corporis quod cernitur exoritur
ea que fit in sensu cernentis. et ab ea ea que fit in memoria. et ab ea ea
que fit in acie cogitantis. Quapropter voluntas quasi parentem cum prole ter
copulat primo speciem corporis cum ea quam gignit in corporis sensu. Et
ipsam rursus cum ea que ex illa fit in memoria atque istam quoque tercio cum ea
que ex illa paritur in cogitantis intuitu. Sed media copula que
secunda est cum sit vicinior non tam similis est prime quam tercie. Visiones
enim sunt due una sentientis altera cogitantis. Ut autem possit esse vi-
sio cogitantis ideo fit in memoria de visione sentientis simile aliquid quo
se ita convertat in cogitando acies animi sicut se in cernendo convertit
ad corpus acies oculorum. Propterea duas in hoc genere trinitates volui
commendare. Unam cum visio sentientis formatur ex corpore. Aliam cum
visio cogitantis formatur ex memoria. Mediam vero nolui quia non
ita solet dici cum memorie commendatur forma que fit in sensu cerne[n]-
tis. Ubique tamen voluntas non apparet nisi quasi copulatrix par-
tis et prolis. et ideo undecumque procedat nec parens nec proles dici potest. Capitulum X

Item si non meminimus nisi quod sensimus neque co-
gitamus nisi quod meminimus cur plerumque falsa cogitamus cum
ea que sensimus non utique falso meminimus nisi quia voluntas illa quam
coniunctricem ac separatricem huiusmodi rerum iam quantum potui demonstrare cu-
ravi formandam cogitantis aciem per condita memorie ducit
ut libitum est. et ad cogitanda ea que non meminimus ex eis que
meminimus aliud hinc aliud inde ut sumat impellit que in unam
visionem coeuncia faciunt aliquid quod ideo falsum dicitur quia vel non est
foris in rerum corporearum natura vel non de memoria dicitur vel videtur
expressum cum tale nos nil meminimus sensisse. Cignus enim vidit
nigrum et propterea nemo meminit cogitare tamen non potest. Fa-
cile est enim illam figuram quam videndo cognovimus nigro colore
perfundere quem in aliis corporibus vidimus et quia utrumque
sensimus utrumque meminimus. Nec avem quadrupedem memini quia non
vidi sed fantasiam talem facillime intueor dum alicui forme
volatili qualem vidi adiungo alios pedes quales itidem vidi. Qua-
propter dum coniuncta cogitamus que singillatim sensa meminimus videmur
non id quod meminimus cogitare cum id agamus moderante memo-
ria unde sumimus omnia que multipliciter ac varie pro nostra voluntate com-
ponimus. Nam neque ipsas magnitudines corporum quas numquam vidimus
sine ope memorie cogitamus. Quantum enim spatii solet occupare
per magnitudinem mundi noster obtutus in tantum extendimus quaslibet corporum
moles cum eas maximas cogitamus. Et ratio quidem pergit in ampliora.

sed fanthasia non sequitur. Sequitur quippe cum infinitate quam numquam ratio terminat quam nulla visio corporalia cogitantis apprehendit. Eadem ratio docet minutissima etiam corpuscula infinite dividi. Cum tamen ad eas tenuitates vel minutias perventum fuerit quas visas meminimus exiliores minutioresque fantasias iam non possumus intueri quamvis ratio non desinat persequi ac dividere. Ita nulla corporalia nisi aut que meminimus aut ex hiis que meminimus cogitamus.

Sed quia numerose cogitari possunt que sigillatim sunt [Cap. xi] impressa memorie videtur ad memoriam mensura ad visionem vero numerus pertinere quia licet innumerabilis sit multiplicitas talium visionum singulis tamen in memoria prescriptus est intransgressibilis modus. Mensura igitur in memoria in visionibus numerus apparet sicut in ipsis corporibus visibilibus mensura quedam est cui numerosissime coaptatur sensus videntium et ex uno sensibili multorum cernentium formatur aspectus ita ut etiam unus propter duorum oculorum numerum plerumque unam rem geminata specie videat sicut supra docuimus. In hiis ergo rebus unde visiones exprimuntur quedam mensura est in ipsis autem visionibus numerus. Voluntas vero que ista coniungit et ordinat et quadam unitate copulat nec sentiendi aut cogitandi appetitum nisi in hiis rebus unde visiones formantur acquiescens collocat ponderi similis est. Quapropter hec tria mensuram numerum et pondus etiam in ceteris omnibus rebus animadvertenda prelibaverim. Nunc interim voluntatem copulatricem rei visibilis atque visionis quasi parentis et prolis sive in sentiendo sive in cogitando nec parentem nec prolem dici posse quo valui et quibus valui demonstravi. Unde tempus admonet hanc eandem trinitatem in interiore homine inquirere et ab isto de quo tam diu locuti sumus animali atque carnali qui exterior dicitur introrsus tendere. Ubi speramus invenire nos posse secundum trinitatem ymaginem dei conatibus nostris illo ipso adiuvante qui omnia sicut res ipse indicant ita etiam sancta scriptura in mensura et numero et pondere disposuisse testatur. Explicit liber undecimus.

Incipiunt capitula xii libri de trinitate

Quid sit quod in animo nostro intelligendum sit ad exteriorem hominem pertinere. Corporales sensus communes nobis esse cum pecore sed proprium esse hominis de hiis que sensu corporis comprehendit secundum eternas incommutabiles rationes. Actiones corporales ita demum esse rectas si eis regendis mentis intellectualis profuerit. Quid intersit inter id quo mens inclinatur ad temporalia et id quo contemplatur eterna. De opinione eorum qui coniugio masculi et femine et eorum prole divinam comparant trinitatem. Quod homo non ad unius in trinitate persone sed ad totius trinitatis ymaginem sit creatus. De eo quod apostolus dicit virum esse ymaginem dei mulierem vero gloriam viri. Quibus progressibus mens corporalium usu et ymagine delectata a beatiorum contemplatione deficiat. Quam perniciose relicto communi bono privata querantur. Quomodo sit humana temptatio et quod peccatum actu corporis sequatur. Quibus imitationibus homo ab ymagine dei in similitudinem corporis delabatur. Quomodo corporalis

sit primorum hominum prevaricationi mentis que ad amorem temporalium corporum est tracta corporeo. De eorum sententia qui in uno corpore mentem in persona viri sensum vero corporis in persona mulieris accipiendum esse dixerunt. Inquire officia sapientie et scientie dividantur. De opinione Platonis qui tradidit animas aliam vitam prius quam corporibus venirent habuisse.

Incipit liber duodecimus de trinitate beati Augustini. Capitulum primum

Age nunc videamus ubi sit quoddam hominis exterioris interiorisque confinium. Quidquid enim habemus in animo commune cum pecore recte adhuc dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur sed adiuncta quadam vita sua qua compages corporis et omnes sensus viget quibus instructus est ad exteriora sentienda quorum sensorum ymagines infixe in memoria cum recordando revisuntur res adhuc agitur ad exteriorem hominem pertinens atque in omnibus istis non distamus a pecore nisi quod figura corporis non proni sed erecti sumus. Qua in re ammonemur ab eo qui nos fecit ne meliore nostri parte id est animo similes pecoribus simus a quibus corporis erectione distamus non ut in ea que sublimia sunt in corporibus animum proiciamus nam vel in talibus quietem voluntatis appetere prosternere est animum sed sicut corpus ad ea que sunt excelsa corporum id est ad celestia naturaliter erectum est sic animus qui substantia spiritualis est ad ea que sunt in spiritualibus excelsa erigendus non elatione superbie sed pietate iustitie. Capitulum ii

Possunt autem et pecora sentire per corporis sensus extrinsecus corporalia et ea memorie fixa reminisci atque in eis appetere conducibilia fugere incommoda verum ea notare ac non solum naturaliter rapta sed etiam de industria memorie commendata retinere et in oblivionem iam iamque labentia recordando atque cogitando rursus imprimere ut quemadmodum ex eo quod gerit memoria cogitatio formatur sic et hoc ipsum quod in memoria est cogitatione firmetur fictas enim visiones hinc atque inde recordata quelibet sumendo et quasi assuendo componere inspicere quemadmodum in hoc rerum genere que verisimilia sunt discernantur a veris non spiritualibus sed ipsis corporalibus et alia huiusmodi quamvis in sensibilibus atque in eis que inde animus per sensum corporis traxit agantur atque versentur non sunt tamen rationis expertia nec hominibus pecoribusque communia sed sublimioris rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales et sempiternas que nisi supra mentem humanam essent incommutabiles profecto non essent atque his nisi subiungeretur aliquid nostrum non secundum eas possemus de corporalibus iudicare. Iudicamus autem de corporalibus ex ratione dimensionum atque figurarum quam incommutabiliter manere mens novit. Capitulum tertium

Illud vero nostrum quod in actione corporalium atque temporalium tractandorum ita versatur ut non sit nobis commune cum pecore rationale est quidem sed ex illa rationali nostre mentis substantia qua subheremus intelligibili atque incommutabili veritati tamquam ductum et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non inventum est viro adiutorium simile illi nisi de illo detractum in coniugium formaretur ita menti nostre qua supernam et internam consulimus veritatem nullum est ad usum rerum corporalium quantum nature hominis satis est simile adiutorium

gratie prolibus quas communes cum pecoribus communes habemus. Et ideo quiddam rationale nostrum non ad unitatis divortium separatum sed in auxilium societatis quasi derivatum in sui operis dispertitur officio. Et sicut una caro est duorum in masculo et femina, sic intellectum nostrum et actionem vel consilium et executionem vel rationem et appetitum rationalem, vel si quo alio modo significantius dici possunt, una mentis natura complectitur ut quemadmodum de illis dictum est Erunt duo in carne una, sic de his dici possit Duo in mente una. Capitulum iiii

Cum ergo disserimus de natura mentis humane de una quadam re disserimus nec eam in hec duo que commemoravimus nisi per officia geminamus. Itaque cum in ea querimus trinitatem in tota querimus non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione eternorum ut tertium aliquid iam queramus quo trinitas impleatur. Sed in tota natura mentis ita trinitatem reperiri oportet ut si desit actio temporalium cui operi necessarium sit adiutorium propter quod ad hec inferiora administranda derivetur aliquid mentis, in una nusquam dispertita mente trinitas inveniatur. Et facta iam ista distributione in eo solo quod ad contemplationem pertinet eternorum non solum trinitas sed etiam ymago Dei. In hoc autem quod derivatum est in actione temporalium etiam si trinitas possit non tamen ymago Dei possit inveniri. Capitulum v

Proinde non michi videntur probabilem afferre sententiam qui sic arbitrantur trinitatem ymaginis in tribus personis quod attinet ad humanam naturam posse reperiri ut coniugio masculi et femine atque in eorum prole compleatur. Ut quasi vir ipse personam patris intimet, filii vero quod de illo ita processit ut nasceretur, atque ita tertiam personam velut spiritus dicunt esse mulierem que ita de viro processit ut nunquam ipsa esset filius aut filia quamvis ea concipiente proles nasceretur. Dixit enim dominus de spiritu sancto quod a patre procedat et tamen filius non est. In huius igitur opinionis errore hoc solum probabile affertur quod in origine facta fuerunt secundum sancte scripture fidem optimum documentum ad id quod etiam in symbolo dicitur qui natus est de spiritu sancto satis ostenditur non omne quod natum est de aliqua persona ita existit ut personam alteram faciat filium posse dici. Quandoquidem de viri persona extitit persona mulieris nec tamen eius filia dicta est. Cetera sane ita sunt absurda ymo vero ita falsa ut facillime redarguantur. Omitto enim quale sit spiritum sanctum matrem filii Dei putare et coniugem patris. Fortassis enim respondeatur hec in carnalibus habere offensionem dum corporei conceptus et partus cogitantur. Quamquam et hec ipsa castissime cogitent quibus mundis omnia munda sunt. Inmundis autem et infidelibus quorum polluta est mens et conscientia ita nichil est mundum ut quosdam eorum etiam de virgine secundum carnem natus Christus offendat. Sed tamen in spiritualibus illis summis ubi non est aliquid violabile aut corruptibile nec natum temporaliter nec ex informi formatum sed quamvis talia ad similitudinem inferioris creature quamvis longe remotissime facta sint

non debent tamquam quam sobriam perturbare prudentiam nec humanum de
vitantes horrorem imperitiorum imitari errorem. Conspectat in cor-
poralibus ita spiritualium reperire vestigia ut cum inde sursum versus du-
ce ratione ascendere ceperit ut ad ipsam incommutabilem veritatem per quam
facta sunt ista perveniat, non secum ad summa pertrahat quod con-
tempsit in infimis. Nec enim erubuit uxorem sibi eligere sapientiam
quia nomine uxoris in prole gignenda corruptibilem concubitum
ingerit cogitanti. Aut vero ipsa sapientia sexu femina est quia femi-
nei generis vocabulo et in greca et in latina lingua enuntiatur. C. vii

Non ergo ipsa tempsi istam sententiam quia timeo sanctam et in-
commutabilem atque incommutabilem caritatem tamquam coniugem dei pa-
tris de illo existentem sed non sicut prolem ad gignendum verbum per quod
facta sunt omnia cogitare. Sed quia eam falsam divina scriptura evi-
denter ostendit. Dixit enim deus faciamus hominem ad ymaginem et
similitudinem nostram. paulo post autem dictum est Et fecit deus hominem
ad ymaginem dei. Nostram certe quia pluralis est numerus, non recte di-
ceretur si homo ad unius persone ymaginem fieret sive patris sive
filii sive spiritus sancti. Sed quia fiebat ad ymaginem trinitatis propter-
ea dictum est ad ymaginem nostram. et similitudinem. Rursus ne in tri-
nitate credendos arbitraremur tres deos cum sit eadem trinitas u-
nus deus. Et fecit inquit deus hominem ad ymaginem dei pro eo
ac si diceret ad ymaginem suam. Sunt enim tales usitate in illis litteris
locutiones quas nonnulli etiam si catholicam fidem asserunt non
tamen diligenter advertunt ut putent ita dictum Fecit deus ad
ymaginem dei ut diceretur fecit pater ad ymaginem filii. sic volen-
tes asserere in scripturis sanctis deum dictum etiam filium quasi desint alia
verissima et manifestissima documenta ubi non solum deus. sed etiam
verus deus dictus est filius. In hoc enim testimonio. dum aliud sol-
vere intendunt sic se implicant ut expedire non possint. Si enim pa-
ter fecit ad ymaginem filii ut non sit homo ymago patris sed filii. dis-
similis est patri filius. Si autem pia fides docet sicut docet filium es-
se ad equalitatem essentie similem patri. quod ad similitudinem filii factum est ne-
cesse est ut ad similitudinem patris factum sit. Deinde si hominem pater
non ad suam sed ad filii fecit ymaginem. Cur non ait faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem tuam. sed ait nostram. Nisi quia trinitatis
ymago fiebat in homine ut hoc modo esset homo ymago unius veri
dei. quia ipsa trinitas unus verus deus est. Locutiones enim sunt innu-
merabiles tales in scripturis. Sed has protulisse sufficiat. Est in psalmis
ita dictum est Domini est salus et super populum tuum benedictio tua. quasi
alteri dictum esset non ei de quo dixerat Domini est salus. Et iterum A te
inquit eruar a temptatione et in deo meo sperans transgrediar murum
quasi alteri dixisset A te eruar a temptatione. Et iterum Populi sub te ca-
dent in corde inimicorum regis. ac si diceret in corde inimicorum tuorum. Ei qui-
ppe regi dixerat id est domino nostro ihesu christo populi sub te cadent quem regem in-
telligi voluit cum diceret in corde inimicorum regis. Rarius ista in no-
vi testamenti litteris inveniuntur. Sed tamen ad romanos apostolus de-

filio suo inquit qui factus est ei ex semine david secundum carnem qui
predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione
mortuorum ihesu christi domini nostri tamquam de alio semper dicit. Quid enim
est filius dei predestinatus ex resurrectione mortuorum ihesu christi nisi
filius dei secundum spiritum sanctificationis ihesu christi / aut filius dei ex resurrectione
mortuorum ihesu christi. Cum dici potuisset usitate in virtute sua. aut
secundum spiritum sanctificationis sue aut ex resurrectione mortuorum eius vel mor-
tuorum suorum. Non cogimur intelligere aliam personam sed unam eandem-
que scilicet filii dei domini nostri ihesu christi. Ita cum audimus fecit deus hominem
ad ymaginem dei quamvis posset usitatius dici ad ymaginem
suam non tamen cogimur aliam personam intelligere in trinitate. sed ipsam unam
eandemque trinitatem que est unus deus. ad cuius ymaginem factus est
homo. Que cum ita sint si eandem trinitatis ymaginem non in uno sed
in tribus hominibus acceperimus. patre matre et filio / non erat ergo ad
ymaginem dei factus homo antequam uxor ei fieret. et antequam filium
propagarent / quia nondum erat trinitas. An dicet quis iam trinitas erat
quia etsi nondum forma propria / iam tamen originali natura et mulier
erat in latere viri et filius in lumbis patris eius. Cur ergo cum scrip-
tura dixisset fecit deus hominem ad ymaginem dei contexuit di-
cens masculum et feminam fecit eos et benedixit eis. Vel ita distin-
guendum est. Et fecit deus hominem ut inde inferatur ad ymaginem
dei fecit eum et tertia subiunctio sit masculum et feminam fecit eos. Qui-
dam enim timuerunt dicere fecit eum masculum et feminam ne quasi
monstruosum aliquid intelligeretur sicuti sunt quos homofroditas vo-
cant. cum etiam sic non mendaciter possit intelligi utrumque in
numero singulari propter id quod dictum est duo in carne una. Cur ergo ut
dicere ceperam in natura hominis ad ymaginem dei facta preter masculum
et feminam non commemorat scriptura. Ad implendam quippe ymaginem
trinitatis deerat et filium quamvis in lumbis patris constitutum sicut
mulier erat in latere. An forte iam facta erat et mulier et scriptura
brevi complexione constrinxerat quod postea quemadmodum sit factum di-
ligentius explicaret et propterea filius commemorari non potuit quia non-
dum erat natus. Quasi et hoc non poterat eadem brevitate complecti spiritus
sanctus suo loco postea natum filium narraturus sicut mulierem de viri latere
assumptam suo postmodum loco narravit et tamen eam hic nominare non pretermisit

Capitulum vii

Non itaque ita debemus intelligere hominem
factum ad ymaginem summe trinitatis id est ad ymaginem dei ut
eadem ymago in tribus intelligatur hominibus presertim cum apostolus dicat
virum esse ymaginem dei et propterea velamentum ei capitis demat
quod mulieri adhibendum monet ita loquens. Vir quidem non de-
bet velare caput cum sit ymago et gloria dei. mulier autem gloria viri
est. Quid ergo dicimus ad hec. Si persona sua mulier adimplet yma-
ginem trinitatis. Cur ea detracta de latere viri adhuc ille ymago
dicitur. Aut si et una persona hominis ex tribus potest dici ymago dei
sicut in ipsa summa trinitate et una queque persona deus est. Cur et
mulier non est ymago dei nam propterea caput velare precipitur

quod ille quia ymago est prohibetur Sed videndum est quomodo non sit
contrarium quod dicit apostolus non mulierem sed virum esse ymaginem dei
huic quod scriptum est in Genesi fecit deus hominem ad ymaginem dei
fecit eum masculum et feminam fecit eos et benedixit eos ad ymagi-
nem quippe dei naturam ipsam humanam factam dicit que sexu ut-
roque completur nec ab intelligencia ymagine dei separat feminam
Dicto enim quod fecit deus hominem ad ymaginem dei fecit eum inquit
masculum et feminam vel certe alia distinctione masculum et feminam
fecit eos Quo modo ergo per apostolum audimus virum esse ymaginem
dei unde caput velare prohibetur mulierem autem non et ideo ipsa hoc
facere iubetur nisi credo id esse quod iam dixi cum de natura humane
mentis agerem mulierem cum viro suo esse ymaginem dei ut una
ymago sit tota illa substantia Cum autem ad adiutorium distribuitur quod
ad eam ipsam solam attinet non est ymago dei Quod autem ad vi-
rum solum pertinet ymago dei est tam plena atque integra quemadmodum in
unum coniuncta muliere sicut de natura mentis diximus quod et si tota
contempletur veritatem ymago dei est et cum ex ea distribuitur aliquid et
quadam intentione derivatur ad actionem rerum temporalium nichilominus
ex qua parte conspectam consulit veritatem ymago dei est Ex qua vero
intenditur in agenda inferiora non est ymago dei Et quoniam quan-
tumcumque se extenderit in id quod eternum est tanto magis inde forma-
tur ad ymaginem dei et propterea non est cohibenda ut se inde conti-
neat ac temperet ideo vir non debet velare caput Quia vero il-
li actioni que est in rebus corporalibus temporalibusque versatur periculo-
sa est nimia in inferiora progressio debet habere potestatem super caput quod
indicat velamentum quo significatur esse cohibenda Grata est
enim sanctis angelis sacrata et pia significatio Nam deus non ad tempus
videt neque aliquid novum fit in eius visione atque scientia cum aliquid
temporaliter ac transitorie geritur sicut inde afficiuntur sensus carnales
animalium et hominum vel etiam celestes angelorum Isto quippe manifesto
sexu masculi et femine apostolus paulus occultioris cuiusdam rei fi-
gurasse misterium vel hinc intelligi potest quod cum alio loco
dicat veram viduam esse desolatam sine filiis et nepotibus et tamen
sperare debere in dominum et persistere in orationibus nocte et
die hic dicat mulierem seductam in prevaricatione factam salvam fieri
per filiorum generationem Et addidit si permanserint in fide et di-
lectione et sanctificatione cum sobrietate Quasi vero possit obesse bo-
ne vidue si vel filios non habuit vel hii quos habuit in bonis
operibus permanere noluerint Sed quia ea que dicuntur opera bona tam-
quam filii sunt vite nostre secundum quam queritur cuius vite sit quisque id est quo-
modo agat hec temporalia vitam greci non zoen sed bion vocant et
hec opera bona maxime in officiis misericordie frequentari solent Opera
vero misericordie nichil prosunt sive paganis sive iudeis qui cristo non cre-
dunt sive quibuscumque hereticis vel scismaticis ubi fides dilectio et
manifestum est quid **Capitulum viii** sobria sanctificatio non invenitur
Manifestum ... Apostolus significare voluit ideo figurate ac mistice quia de velamine

de muliebri capite loquebatur quod nisi ad aliquod secretum sacramenti referatur inane remanebit. Sicut enim non solum verissima ratio sed etiam ipsius apostoli declarat auctoritas, non secundum formam corporis homo factus est ad ymaginem dei, sed secundum rationalem mentem. Cogitatio quippe turpiter vana est que opinatur deum membrorum corporalium liniamentis circumscribi atque diffiniri. Porro autem. Nonne idem apostolus dicit Renovamini spiritu mentis vestre et induite novum hominem qui secundum deum creatus est. Et alibi apertius: Exuentes vos inquit veterem hominem cum actibus suis induite novum qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit eum. Si ergo spiritu mentis nostre renovamur et ipse est novus homo qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit eum, Nulli dubium est non secundum corpus neque secundum qualibet animi partem sed secundum rationalem mentem ubi potest esse agnitio dei hominem factum ad ymaginem eius qui creavit eum. Secundum autem renovationem efficimur etiam filii dei per baptismum christi. et induentes novum hominem christum utique induimus per fidem. Quis est ergo qui ab hoc consortio feminas alienet cum sint nobiscum gratie coheredes et alio loco idem apostolus dicat Omnes enim filii dei estis per fidem in christo ihesu. Quicumque enim in christo baptizati estis christum induistis non est iudeus neque grecus. non est servus neque liber non est masculus neque femina. Omnes enim unum estis in christo ihesu. Numquid nam igitur fideles femine sexum amiserunt, sed quia ibi renovatur ad ymaginem dei ubi sexus nullus est, ibi factus est homo ad ymaginem dei. hoc est in spiritu mentis sue. Cur ergo vir propterea non debet caput velare quia ymago est dei et gloria dei. Mulier vero debet quia gloria viri est, quasi mulier non renovetur spiritu mentis sue. qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit illum. Sed quia sexu corporis distat a viro recte potuit in eius corporali velamento figurari pars illa rationis que ad temporalia gubernanda deflectitur ut non maneat ymago dei nisi ex qua parte mens hominis eternis rationibus conspiciendis vel consulendis adherescat quam non solum masculos sed etiam feminas habere manifestum est. Ergo in eorum mentibus communis natura cognoscitur in eorum vero corporibus ipsius unius mentis distributio figuratur.

¶ Capitulum ix

Ascendentibus itaque introrsus quibusdam gradibus consideracionis per anime partes unde incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis inde incipit ratio ubi iam homo interior possit agnosci. Qui etiam ipse si per illam rationem cui temporalium rerum administracio delegata est immoderato progressu nimis in exteriora prolabitur consentiente sibi capite suo id est non eam cohibente atque refrenante illa que in specula consilii presidet quasi virili portione inveteratur inter inimicos suos virtutis invidos demones cum quo principe dyabolo exteriorum quia illa visio ab ipso etiam capite cum coniugi manducante subtrahitur ut lumen oculorum eius non sit cum illo. ac sic ab illa illustracione veritatis ambo nudati

atque apertis oculis conspicue ad videndum quoniam in honesti atque in-
decori remanserunt tanquam folia dulcium fructuum sed sine ipsis
fructibus ita sine fructu boni operis bona verba contexunt ut ma-
le viventes quasi bene loquendo contegant turpitudinem suam. Cap x

Potestate quippe sua diligens anima a communi universo ad pri-
vatam partem prolabitur et apostatica ~~illa~~ illa superbia quod
initium peccati dicitur cum in universitate creature deum rectorem secuta le-
gibus eius optime gubernari potuisset plus aliquid universo
appetens atque id sua lege gubernare molita quia nil est am-
plius universitate in curam partilem truditur et sic aliquid amplius concu-
piscendo minuitur unde et avaricia dicitur radix omnium malorum
totumque id ubi aliquid proprium contra leges quibus universitas ad-
ministratur agere nititur et per appetitum suum per corpus suum proprium gerit
quod partiliter possidet atque ita formis et motibus corporalibus de-
lectata quia intus ea secum non habet cum eorum imaginibus quas me-
morie fixit involvitur et fantastica fornicatione turpiter inquinatur
omnia officia sua ad eos fines referens quibus curiose corporalia ac
temporalia per corporis sensus querit aut tumido fastu aliis animis
corporeis sensibus deditis esse affectat excelsior aut cenoso gur-
gite carnalis voluptatis immergitur. Capitulum xi

Cum ergo bona voluntate ad interiora ac superiora percipien-
da que non privatim sed communiter ab omnibus qui talia dili-
gunt sine ulla angustia vel invidia casto in videt ample-
xu vel sibi vel aliis consulit et si fallatur in aliquo per ignorantiam
temporalium quia et hoc temporaliter gerit et modum agendi non teneat quem
debebat humana temptatio est. Et magnum est hanc vitam sic degere
quam velut viam redeuntes carpimus ut temptatio nos non appre-
hendat nisi humana. Hoc enim peccatum extra corpus est nec fornica-
cioni deputatur et propterea facillime ignoscitur. Cum vero propter adipi-
scenda ea que per corpus sentiuntur propter experiendi vel excellen-
di vel contractandi cupiditatem ut in his finem boni sui ponat
aliquid agit. Quidquid agit turpiter agit et fornicatur in corpus
proprium peccans et corporearum rerum fallacia simulacra intror-
sum rapiens et vana meditatione componens ut ei nec divinum
aliquid nisi tale videatur privatim avara fetatur erroribus et privatim
prodiga inanitur viribus nec ad tam turpem et miserabilem forni-
cationem semel ab exordio prosiliret sed sicut scriptum est: Qui modi-
ca spernit paulatim decidet. decid3

Capitulum xij

Quomodo enim coluber non apertis passibus sed squamarum minutissimis nisibus
repit sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim oc-
cupat et incipiens a perverso appetitu similitudinis dei pervenit ad simi-
litudinem pecorum. Inde est quod nudati prima stola pelliceas tunicas
mortalitate meruerunt. Honor enim hominis verus est imago et similitu-
do dei que non custoditur nisi ad ipsum a quo imprimitur. Tanto ma-
gis itaque inheretur deo quanto minus diligitur proprium. Cupiditate vero

experiende potestatis sue quodam motu suo ad se ipsam tanquam ad me-
dium prorruit. Ita cum vult esse sub nullo et ab ipsa sui medietate
penaliter ad yma propellitur id est ad ea quibus pecora letantur atque
ita cum sit honor eius similitudo dei, dedecus autem eius similitudo pe-
coris / Homo in honore positus non intellexit comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus est eis. Qua igitur tam longe transiret a
summis ad infima nisi per medium sui. Cum igitur neglecta cari-
tate sapientie que semper eodem modo manet concupiscitur scientia ex
mutabilium temporaliumque experimento, inflat non edificat. Ita pregra-
vatus animus quasi pondere suo a beatitudine expellitur et per illud
sue medietatis experimentum pena sua discit quid intersit
inter bonum desertum malumque commissum nec redire potest effusis ac
perditis viribus nisi gratia conditoris sui ad penitentiam vocantis et
peccata donantis. Quis enim infelicem animam liberabit a corpore mortis
huius nisi gratia dei per Ihesum Christum dominum nostrum. De qua gratia
suo loco quantum ipse prestiterit disseremus. Nunc de illa parte rationis
ad quam pertinet scientia id est cognitio rerum temporalium atque mutabilium na-
vandis huius vite actionibus necessaria suscepta narrationem
et considerationem quantum dominus adiuvat peragamus. Cap. xiij

Adam. Eva

Sicut enim in illo manifesto coniugio duorum hominum qui primi
facti sunt non manducavit serpens de arbore vetita sed tantum
manducandum persuasit, mulier autem non manducavit sola
sed viro suo dedit et simul manducaverunt / quamvis cum serpente
sola locuta, et ab eo sola seducta sit. Ita et in hoc quod in homine
uno geritur et dinoscitur occulto quodam secreto quoque coniugio car-
nalis vel ut ita dixerim, qui in corporis sensus intenditur, sensualis
anime motus, qui nobis pecoribusque communis est, seclusus est a ratione
sapientie. Sensu quippe corporis corporalia sentiuntur, eterna vero et
incommutabilia spiritualia ratione sapientie intelliguntur. Rationem autem scientie
appetitus vicinus est quandoquidem de ipsis corporalibus que sensu corporis
sentiuntur ratiocinatur ea que scientia dicitur actionis. si bene ut eam
notitiam referat ad finem summi boni. Si autem male ut eis fruatur
tanquam bonis talibus. quibus falsa beatitudine conquiescat. Cum
ergo huic intentioni mentis que in rebus temporalibus et corporalibus propter
actionis officium ratiocinandi vivacitate versatur carnalis ille sensus vel
animalis. ingerit quandam illecebram fruendi se. tanquam bono quo-
dam privato et proprio. non tanquam publico et communi quod est incom-
mutabile bonum, tunc velut serpens alloquitur feminam. Huic autem ille-
cebre consentire. de ligno prohibito manducare est. Sed iste consensus
si sola cogitationis delectatione contentus est superioris vero auctoritate
consilii ita membra retinentur ut non exhibeantur iniquitatis arma
peccato. sic habendum puto et existimo. velut cibum vetitum mulier
sola comederit. Si autem in consensione male utendi rebus que
per sensum corporis sentiuntur ita decernitur quodcumque peccatum. ut si potestas
assit in corpore compleatur intelligenda est illa mulier dedisse
viro suo secum simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum.

cogitandi suauitas · verumtamen efficacitatis perfundi in mente decerni nisi
ad illa mentis intentione pereat quod summa potestas est · membra in opus
mouendi · uel ab opere cohibendi male actioni cedat et seruiat
nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem
decernens esse facienda · tenens tamen et voluens libenter que statim
ut attigerunt animum respui debuerunt · negandum est esse peccatum sed
longe minus quam si et opere statuatur implendum · Et ideo de talibus
quoque cogitationibus venia petenda pectusque percutiendum atque di-
cendum Dimitte nobis debita nostra faciendumque quod sequitur atque in
oratione iungendum Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris · Nec enim sicut in illis
duobus primis hominibus personam suam portabat et ideo si sola mulier
cibum edisset illicitum sola utique mortis supplicio plecteretur Ita dici
potest in homine uno Si delectationibus illicitis a quibus se continuo de-
beret auertere cogitatio sola libenter pascatur nec facienda decernantur
sed tantum suauiter in recordatione teneantur quasi mulierem sine viro
posse dampnari · Absit hoc credere · Hec quippe una persona est
unus homo est · totusque dampnabitur nisi hec que sine voluntate
operandi sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi solius co-
gitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur
Hec autem disputatio qua in mente uniuscuiusque hominis quasi quod-
dam rationale coniugium contemplationis et actionis officiis per quedam
singula distributis tamen in utroque mentis unitate seruata salua
illius veritatis historia quam de duobus primis hominibus viro scilicet
eius et muliere de quibus propagatum est genus humanum divina
tradit auctoritas ad hoc tantum audienda est ut intelligatur
apostolus ymaginem dei viro tantum tribuendo non in femine quamvis in
diuerso sexu duorum hominum aliquid tamen significare voluisse quod in uno homine

Capitulum xiiii

Nec me fugit quosdam qui fuerunt quereretur
ante nos egregios defensores catholice fidei et divini eloquii
tractatores cum in homine uno cuius universam animam bonam quoddam pa-
radisum esse senserunt · duo ista requirerent virum mentem · mulierem ve-
ro dixisse corporis sensum · Et secundum hanc distributionem qua vir ponitur mens
sensus vero corporis mulier · videntur apte omnia convenire si conside-
rata teneantur nisi quod in omnibus bestiis et volatilibus scriptum est non esse
inventum viro adiutorium simile sibi · illi et tunc est ei mulier facta de
latere eius propter quod ego non putavi pro muliere sensum corporis esse ponendum
quem videmus nobis et bestiis esse communem · Sed aliquid volui quod
bestie non haberent · sensumque corporis magis pro serpente intelligendum
existimavi qui legitur sapientior omnibus pecoribus terre In his quippe
naturalibus bonis que nobis et irrationabilibus animantibus videmus
esse communia vivacitate quadam sensus ille excellit non ille de quo scriptum
est in epistola que est ad hebreos ubi legitur perfectorum esse solidum cibum
qui per habitum habent exercitatos sensus ad separandum bonum a malo Illi
quippe sensus nature rationalis sunt ad intelligentiam pertinentes Sed iste
sensus qui est quinquepertitus in corpore per quem non solum a nobis verum etiam
a bestiis corporalis species motusque sentitur Sed sive isto sive aliquo

alio accipiendus sit quod apostolus dixit virum ymaginem et gloriam dei
mulierem autem gloriam viri apparet tamen cum secundum deum vivimus mentem nostram
in invisibilia eius intentam ex eius eternitate veritate caritate proficienter
debere formari quiddam vero rationalis intentionis nostre hoc est eiusdem
mentis in usum mutabilium corporaliumque rerum sine quo hec vita
non agitur dirigendum non ut conformemur huic seculo finem constituendo
in bonis talibus et in ea detorquendo beatitudinis appetitum Sed ut
quidquid in usu temporalium rationabiliter facimus eternorum adipiscendorum con-
templatione faciamus per ista transeuntes illis inherentes Cap. xv.
Habet enim et scientia modum suum bonum si quod in ea inflat vel
inflare assolet eternorum caritate vincatur que non inflat
sed ut scimus edificat Sine scientia quippe nec virtutes ipse
quibus recte vivitur possunt haberi per quas hec vita misera sic guber-
netur ut ad illam que vere beata est perveniatur eternam Distat enim
ab eternorum contemplatione actio qua bene utimur temporalibus et illa sapien-
tie hec scientie deputatur Quamvis et illa que sapientia est possit scientia nuncu-
pari sicut et apostolus loquitur cum dicit Nunc scio ex parte tunc autem
cognoscam sicut et cognitus sum Quam scientiam profecto contemplationis
dei vult intelligi quod sanctorum summum erit premium Tamen ubi dicit Alii
quidem datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie secundum eundem spiritum
hec utique duo distinguit sine dubitatione licet ibi non expli-
cet quid intersit et unde possit utrumque dinosci Verum scripturarum sanctarum
multiplicem copiam scrutatus invenio scriptum esse in libro Job eodem
sancto viro loquente Ecce pietas est sapientia Abstinere autem a malis
scientia est In hac differentia intelligendum est ad contemplationem sapientiam ad
actionem scientiam pertinere Pietatem quippe hoc loco posuit dei cultum
que grece dicitur theosebia Nam hoc verbum habet ista sententia in codicibus gre-
cis Et quid est in eternis excellentius quam deus cuius solius
est immutabilis natura Et quis cultus eius nisi amor eius quo
nunc desideramus eum videre credimusque et speramus nos esse visuros
et quantum proficimus videmus nunc per speculum et in enigmate tunc
autem in manifestatione hoc est enim quod ait apostolus Paulus facie ad fa-
ciem Hoc etiam quod Johannes Dilectissimi nunc filii dei sumus et nondum
apparuit quid erimus scimus quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam
videbimus eum sicuti est De his atque huiusmodi sermonibus ipse michi
videtur esse sapientie abstinere Abstinere autem a malis quam Job
scientiam dixit esse rerum procul dubio temporalium est Quoniam secundum tempus in ma-
lis sumus a quibus abstinere debemus ut ad illa bona eterna
veniamus Quocirca quidquid prudenter fortiter temperanter et iuste
agimus ad eam scientiam pertinet sive disciplinam qua in evitandis
malis bonisque appetendis actio nostra versatur Et quidquid propter
exempla vel cavenda vel imitanda et propter quarumcumque rerum
que nostris accommodata sunt usibus necessaria documenta historia-
ca cognitione colligimus De his ergo sermo cum fit eum fore sermonem
puto discernendum a sermone sapientie ad quam pertinent ea que nec fue-
runt nec futura sunt sed sunt et propter eam eternitatem in qua sunt

et fuisse et esse et futura esse dicuntur sine ulla mutabilitate temporum. Non
enim sic fuerunt ut esse desinerent aut sic futura sunt quasi nunc non sint
sed idipsum semper esse habuerunt semper habitura sunt. Manent autem non
tamquam in spatiis locorum fixa veluti corpora sed in natura incorporali
sic intelligibilia presto sunt mentis aspectibus sicut ista in locis vi-
sibilia vel contrectabilia sensibus corporis. Non autem solum rerum sensibilium
in locis positorum sine spatiis localibus manent intelligibiles incor-
porales que rationes verumetiam motionum in temporibus transeuntium sine tem-
porali transitu stant etiam ipse utique intelligibiles non sensibiles. Ad
quas mentis acie pervenire paucorum est. et cum pervenitur quantum fieri
potest non in eis manet ipse perventor. sed velut ipsa acie reverberata
repellitur. et fit rei non transitorie transitoria cogitatio. Que tamen cogi-
tatio transiens per disciplinas quibus eruditur animus memorie com-
datur, ut sit quo redire possit que cogitur inde transire. Quamvis
si ad memoriam cogitatio non rediret atque ibi quod commendaverat
inveniret velut rudis ad hec, sicut ducta fuerat duceretur idque
inveniret ut primum invenerat in illa incorporea veritate unde rursus
quasi descriptum in memoria figeretur. Neque enim sicut manet verbi gratia qua-
drati corporalis incorporalis et immutabilis ratio sic in ea manet
hominis cogitatio si tamen ad eam sine fantasia spatii localis po-
tuit pervenire. aut si alicuius artificiosi aut musici soni per
moras temporis transeuntes numerositas comprehendatur sine tempore
stans in quadam secreto alto que silentio tamdiu saltem cogitari
potest quamdiu potest cantus ille audiri. Tamen quod inde rapuerit
etsi transiens mentis aspectus et quasi glutiens in ventrem ita
in memoria reposuerit poterit recordando quodammodo ruminare
et in disciplinam quod sic didicerit traicere. Quod si fuerit omnino obli-
vione deletum rursus doctrina duce ad id venietur quod peni-
tus exciderat et sic invenietur ut erat. Capitulum xvi

Unde plato ille philosophus nobilis persuadere conatus est vixisse
hic animas hominum et antequam ista corpora gererent et hinc esse
quod ea que discuntur reminiscuntur potius cognita quam cogno-
scuntur nova. Retulit enim puerum quendam nescio qua de geometrica
interrogatum sic respondisse tamquam esset illius peritissimus discipline.
Gradatim quippe atque artificiose interrogatus. videbat quod viden-
dum erat. dicebatque quod viderat. Sed si recordatio hec esset
rerum antea cognitarum non utique omnes vel pene omnes cum illo
modo interrogarentur. hoc possent. Non enim omnes in priore vita geo-
metre fuerunt. Cum tam rari sint in genere humano ut vix pos-
sit aliquis inveniri. Sed potius est credendum mentis intellectualis
ita conditam esse naturam ut rebus intelligibilibus naturali ordine
disponente conditore subiuncta sic videat ista in quadam luce
sui generis incorporea quemadmodum oculus carnis videt que in
hac corporea luce circumadiacent. cuius lucis capax eique congru-
ens est creatus. Non enim et ipse sine magistro alba et nigra discernit

quia ista iam novit anima in hac carne vivens. Denique tunc de
solis rebus intelligibilibus id fieri potest ut bene interrogatus respondeat
quod ad quamque pertinet disciplinam. Cur hoc de rebus sensi-
bilibus nullus potest nisi quas isto vidit in corpore constitutus aut eis
qui noverant indicantibus credidit seu litteris cuiusque seu verbis. Non
enim acquiescendum est eis qui Samium Pithagoram recor-
datum fuisse talia nonnulla que fuerat expertus cum hic alio
iam fuisset in corpore, et alios nonnullos narrant alii eiusmodi
aliquid in suis mentibus passos: quas falsas fuisse memorias qua-
les plerumque experimur in somnis quando nobis videmur reminisci
quasi egerimus aut viderimus quod nec egimus omnino nec vidimus,
et eo modo affectas esse illorum mentes etiam vigilantium, quibus
cura est de revolutionibus animarum falsam opinionem ad decipiendos ho-
mines firmare vel serere, ex hoc conici potest, quia si vere illa recor-
darentur que hic in aliis ante positi corporibus viderant, multis
ac pene omnibus hoc contingeret, quoniam quemadmodum ut vivis mortuos
ita de mortuis vivos, tamquam de vigilantibus dormientes et
de dormientibus vigilantes sine cessatione fieri suspicantur. Si
ergo hec est sapientie et scientie recta distinctio, ut ad sapientiam pertineat
eternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam vero temporalium rerum
cognitio rationalis, quid cui preponendum sive postponendum non est
difficile iudicare. Si autem alia est adhibenda discretio qua di-
noscantur hec duo, que procul dubio distare apostolus docet dicens:
Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie, alii sermo scientie secundum eundem spiritum,
etiam duorum istorum que nos posuimus evidentissima differentia est,
quod alia sit intellectualis cognitio eternarum rerum, alia rationalis tem-
poralium, et huic illam preponendam esse nemo ambigit. Relinquen-
tibus itaque nobis ea que exterioris sunt hominis, et ab eis que communia
cum pecoribus habemus introrsum ascendere cupientibus, antequam ad co-
gnitionem rerum intelligibilium atque summarum que sempiterna sunt ve-
niremus, temporalium rerum cognitio rationalis occurrit. Etiam in hac igitur
inveniamus si possumus aliquam trinitatem, sicut inveniebamus in sensibus
corporis et in hiis que per eos in animam vel spiritum nostrum ymagina-
liter intraverunt, ut pro corporalibus rebus quas corporeo foris positas
attingimus sensu, intus corporum similitudines haberemus impressas memorie,
ex quibus cogitatio formaretur, tertia voluntate utrumque iungente,
sicut formabatur foris acies oculorum, quam voluntas ut visio
fieret et ad rem visibilem applicabat et utrumque iungebat etiam illic
ipsa se admovens tertiam. Sed non est hoc coartandum in
hunc librum, ut in eo qui sequitur, si deus adiuverit, convenienter
possit inquiri et quod inventum fuerit explicari. Explicit liber xij.

Incipiunt capitula tercidecimi libri beati Augustini de trinitate

De gemino rationalis mentis officio, qua unum ad temporalia
aliud pertinet ad eterna. De fide que licet per corporis sensum
mente concepta sit, nichil tamen invenitur esse corporeum. De vo-

luntate quã et si singuli ꝓpriam et omnes etiã non indicatã
possint h̄re commune / De btitudine quã oms vna volūtate
appetūt sed non eadem diffinitione noverūt / Non omnes
beati sint qui vivūt ut volūt / Priorem esse btitudinem vo-
luntate rectam et si qd concupiunt obtineri / Sed verã btitudi-
nem viam esse per fide͞ rectã sine qua nulla cuiquã possit p̄-
desse fortitudo / Perfectam btitudinem nisi i eterna vita esse
non posse / Non eternitatis capax sit humana natura / Non alio
modo oīps deus hoīem eternitate debuerit reformare quã
ut sibi dei filius naturã uniret humanam / Qua rōne isan-
germine xp̄i iustificent' credentes et quo mō i hoc sacramento
totius sit trinitatis operatio / Quo merito hō diabolice sit tra-
ditus ptati / De consilio dei quo ei placuit ut ptas dyabo-li
non potentia sed iusticia vinceretur / De cuius merito p̄ mi-
chil debente xp̄o soluto / In quo sit dyabolus victus a xp̄o
quo quia vtilitate fideliũ renatorũ mala que per origina-
le pctm sit cõtracta concessa sint / De hiis que p̄ incarna-
tione xp̄i sunt collata credentibus / De nativitate domini qo
maria virgine et sctō spū / De vbũ caro factum · quod ē ihus
xp̄us et sapientie thezauros in se habet et sciẽ / Neminem
posse sine fide ad veram beatitudinem pervenire / Cap. primum

In libro superiore huius operis duodecimo satis egimus distinē
rōnalis mentis officium i tpalibus rebus ubi nõ sola cogitatio
vm̄ et actio nr̄a v'sat' ab excellentiore eiusdem mentis officio
qd cõtemplandis rebꝫ eternis impendat' ac sola cognitio
finit' / Comodius eni fieri puto ut de scripturis sctis aliquid in-
seram quo facilius possit vtrumqꝫ dinosci / Evangeliũ suum iohes
euangelista sic exorsus est / In principio erat vbũ et vbũ erat
apud deũ et deus erat vbum / Hoc erat i principio apud deũ
Omnia p ipm facta sunt et sine ipo factum est nichil / Quod factum
est in ipo vita erat · et vita erat lux hominum / Et lux i tenebris
lucet et tenebre eam nõ comprehenderunt / Fuit homo missus
a deo cui nomen erat iohannes / Hic venit in testimonium ut testi-
monium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum / Non
erat ille lux / sed ut testimonium perhiberet de lumine / Erat lux vã
que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum / In mundo
erat / et mundus per ipm factus ē / et mundus eũ nõ cogno-
vit / In propria venit / et sui eũ nõ receperunt / Quotquot autem rece-
perunt eũ / dedit eis ptatem filios dei fieri hiis qui credunt
in nomine eius / Qui non ex sanguinibus neqꝫ ex voluntate carnis /
neqꝫ ex voluntate viri / Sed ex deo nati sunt / Et vbũ caro factum
est / et habitavit in nobis / Et vidimus gloriam eius / gloriam qsi
vnigeniti a patre / Plenum gratia et veritatis · Hec totum quod

incorporeo posito in precedentibus prius partibus licet quod immutabile et sempi-
ternum est cuius contemplatio nos beatos facit persequentibus uero proxima
cum temporalibus commodarent etiam ac per hoc aliqua ibi ad scientiam perti-
nerent. Reliqua ad sapientiam spectat. In libro xiiio prosequitur ista dis-
tinctio. Nam in principio erat verbum et verbum erat apud deum et
deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat et
vita erat lux hominum. et lux in tenebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt. Contemplatiuam vitam requirit et intellectuali mente
cernendum est. Qua mente quanto magis quisque perfecit tanto fiet
sine dubitatione sapientior. Sed propter id quod ait lux in tenebris
lucet et tenebre eam non comprehenderunt. fide utique opus erat
qua crederetur quod non videtur. Tenebras quippe intelligi voluit
auersa ab huiusmodi luce eamque minus ydonea contueri corda fide-
lium mortalium. propter quod adiungit et dicit Fuit homo missus a deo cui
nomen erat Johannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhi-
beret de lumine ut omnes crederent per illum. Jam hoc temporaliter ge-
stum est et ad scientiam pertinet que cognitione historiali conti-
netur. hominem autem Johannem in fantasia cogitamus que de huma-
ne nature notitia impressa est nostre memorie. Et hoc eodem
modo cogitant siue qui ista credunt siue qui non credunt. Utris-
que enim notum est quid sit homo cuius exteriorem partem id est corpus per
corporis lumina didicerunt interiorem id est animam in se ipsis quia et ipsi
homines sunt et per humanam conuersationem cognitam tenent ut possint
cogitare quod dicitur Fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes quia
et omnia sciunt loquendo et audiendo. Quod autem ibi est missus a deo
fide tenent. qui tenent aut dubitatione ambigunt aut infideli-
tate derident. Utrique tamen si non sunt ex numero nimis insipientium qui
dixit in corde suo non est deus. Hec audientes verba utrumque
cogitant. et quid sit deus Et quid sit mitti a deo Et si non
sicut res se habent ac vere sed valent. Fidem porro ipsam quam videt
quisque in corde suo si credit uel non esse si non credit aliter no-
uimus. non sicut corpora que videmus oculis corporis. et per ipsorum
ymagines quas memoria tenemus etiam absentia cogitamus
nec sicut ea que non vidimus. et ex hiis que vidimus cogitatione
utcumque formamus et memorie commendamus quo recurramus cum vo-
luerimus ut illic eam vel potius qualescumque ymagines eorum quas
ibi fiximus. similiter recordatione cernamus. Nec sicut hominem viuum cuius
animam etiam si non videmus ex nostra coniicimus et ex motibus
corporalibus. hominem viuum sicut videndo didicimus intuemur etiam
cogitando. Non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est.
Sed eam tenet certissima scientia. clamatque conscientia. Cum itaque propter-
ea credere iubeamur quia id quod credere iubemur videre non possumus ipsam
tamen fidem quando est in nobis videmus in nobis. quia et rerum ab-
sentium presens est fides. et rerum que foris sunt intus est fides Et rerum

que non videntur videtur fides et ipsa tamen temporaliter fit in cordibus hominum et
si ex fidelibus infideles fiunt perit ab eis. Aliquando autem et rebus
accommodatur fides, loquimur enim sicut dicimus. ficta est ei fides et de-
cepit, qualis fides. si tamen et ipsa dicenda est fides. non culpabiliter
de cordibus perit quando eam inventa veritas pellit. Optabiliter autem
rerum verarum in easdem res fides transit. Non enim dicendum est perit
cum ea que credebantur videntur. Numquid enim adhuc fides dicenda
est cum diffinita sit in epistola ad hebreos fides. dictumque sit eam esse
convictionem rerum que non videntur. Deinde quod sequitur. Hic venit
ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Actio
ut dixi temporalis est. temporaliter enim testimonium perhibetur etiam de re sempiter-
na quod est intelligibile lumen de quo ut testimonium perhiberet venit
Johannes qui non erat lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine
adiungit enim. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus
eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt. Hec verba
omnes qui latinam linguam sciunt ex rebus intelligunt quas nove-
runt quarum aliquae nobis innotuerunt per corporis sensus. sicut homo. sicut ipse
mundus. cuius tam evidentem magnitudinem cernimus. sicut
eorundem verborum soni. nam et auditus sensus est corporis. Aliqua autem per
animi rationem sicut id quod dictum est. Et sui eum non receperunt. Intelligitur
enim. non in eum crediderunt. Quod quid sit in ullo corporis sensu sed animi ratione
cognovimus. Ipsorum etiam verborum non sonos sed significationes partim per
corporis sensum partim per animi rationem didicimus. nec ea verba nunc primum audivimus
sed ea que iam audieramus. et non solum ipsa verba. verum etiam que signifi-
carent cognita memoria tenebamus. et hic agnovimus. Hoc enim
nomen dissillabum cum dicitur mundus. quoniam sonus est. res utique cor-
porea disillabum... per corpus innotuit. id est per aurem. Sed etiam quod significat per corpus corpo-
ralis per corpus innotuit. id est per oculos carnis. Mundus quippe in quantum notus est
videntibus notus est. Hoc verbum quatuor sillabarum quod est crediderunt
sono suo quoniam corpus est per aurem corporis illabitur. Quid autem
significet non in illo corporis sensu sed animi ratione cognoscitur. Nisi
enim quid sit crediderunt per animum nossemus non intelligeremus
quid non fecerint illi de quibus dictum est. et sui eum non receperunt.
Sonus ergo verbi forinsecus instrepit auribus corporis et attingit sensum
qui vocatur auditus. Species quoque hominis et in nobis ipsis nota est
et forinsecus in aliis adest corporis sensibus. oculis cum videtur. auri-
bus cum auditur. tactu cum tenetur et tangitur. habet etiam in memoria ima-
ginem suam incorporalem quidem sed corpori similem. Mundi denique ipsius
mirabilis pulcritudo forinsecus presto est. et aspectibus nostris et ei
sensui qui dicitur tactus. si quid eius attingimus. Habet etiam ipse intus
in memoria nostra imaginem suam ad quam recurrimus cum vel septi parie-
tibus vel etiam in tenebris cogitamus. Sed de hiis imaginibus rerum
corporalium incorporalibus quidem. habentibus tamen similitudines corporum et ad
vitam exterioris hominis pertinentibus iam satis in decimo libro locuti sumus.
Nunc autem agimus de homine interiore et eius ea scientia que rerum est temporalium

et mutabilium scientie cuius tamen intentionem cum assumitur aliquid etiam de rebus
ad cogitationem hominem pertinentibus, ad hoc assumendum est ut aliquid
inde dicatur quod rationalem adiuvat scientiam. At per hoc tamquam quod
communis cum animantibus irrationalibus huius rationalis usus ad inter-
iorem hominem pertinet, nec recte dicitur cum irrationalibus animantibus
eam nobis esse communem. Capitulum secundum

Fidem vero de qua in hoc libro aliquanto diutius disputare
certa nos dispositionis nostre ratio compellit, quam qui habent
fideles vocantur, et qui non habent infideles, sicut hi qui veni-
entem in sua Dei Filium non receperunt; quamvis ex auditu in
nobis facta sit, non tamen ad eum sensum corporis pertinet qui appellatur
auditus, quia non est sonus; nec ad oculos huius carnis, quia non
est color aut corporis forma; nec ad eum qui dicitur tactus, quia cor-
pulentie nichil habet; nec ad ullum omnino sensum corporis, quia cor-
dis est res ista, non corporis; nec foris est a nobis, sed in intimis
nobis; nec eam quisquam hominum videt in alio, sed unusquisque
in semetipso. Denique potest et simulatione confingi et putari esse
in quo non est. Suam igitur fidem quisque in seipso videt; in altero
autem credit eam esse, non videt; et tanto firmius credit, quanto
fructus eius magis novit, quos operari solet fides per dilectionem.
Quamobrem omnibus de quibus evangelista subiungit et dicit: Quotquot
autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt
in nomine eius; qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis ne-
que ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt; fides ista communis est, non
sicut aliqua corporis forma communis est ad videndum omnium ocu-
lis quibus presto est: ex corpore quippe uno omnium intuentium quodammodo
acies informatur; sed sicut dici potest omnibus hominibus esse facies
humana communis; nam hoc ita dicitur ut tamen singuli suas habeant. Ex
una sane doctrina impressam fidem credentium cordibus singulorum
qui hoc idem credunt verissime dicimus; sed aliud sunt ea que creduntur,
aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt que vel esse vel
fuisse vel futura esse dicuntur; hec autem in animo credentis est, ei tantum
conspicua cuius est, quamvis sit in aliis, non ipsa sed similis. Non enim numero
est una sed genere; propter similitudinem tamen et nullam diversitatem magis
unam dicimus quam multas. Nam et duos homines simillimos cum videmus, unam
faciem dicimus et miramur amborum. Facilius itaque dicitur multas animas
fuisse, singulas utique singulorum, de quibus legimus in Actibus apostolorum
quod eis erat anima una, quam ubi dixit Paulus apostolus una fides
tot eas audet quisquam dicere quot fideles. Et tamen qui dicit: O mulier,
magna est fides tua; et alteri: Modice fidei, quare dubitasti?
suam cuique significat. Sed ita dicitur eadem credentium fides una, quemadmodum
eadem volentium voluntas una, cum et in ipsis qui hoc idem volunt sua
cuique voluntas sit cuique conspicua, aliena vero lateat quamvis idem velit; et si
aliquibus signis sese indicet, creditur potius quam videtur. Unusquisque

quisque autem sui conscius non credit utique habeat esse suam sed plane pervidet

Capitulum iii

Est quidam sane curiosus nature vinculis voluntatem et tamen utentibus tanta conspiratio ut non lateat alterum quid unumquemque velle sit tamen voluntates omnium etiam singulis note. Et cum quisque nesciat quid hoc alius velit unus in quibusdam rebus possit scire quid omnes velint. Unde illa cuiusdam mimi facetissima predicatur urbanitas qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid vellent omnes aliis esse ludis dicturum atque ad diem constitutum ingenti expectatione multitudo confluxisset suspensis et silentibus omnibus dixisse perhibetur. Vili vultis emere et caro vendere. In quo dicto levissimi scenici omnes tamen conscientias invenerunt suas eique valentissime ante oculos omnium constituta et tamen improvisa dicenti admirabili favore plauserunt. Cur autem tam magnam expectationem fecit ille promittente omnium voluntatem se esse dicturum nisi quia latent hominem aliorum hominum voluntates. Sed numquid latuit ista istum. numquid quemque latet. qua tandem causa nisi quia sunt quedam que non incongrue in aliis de se quisque conicit compatiente vel conspirante vicio seu natura. Sed aliud est videre voluntatem suam aliud quamvis certissima coniectura conicere alienam. Nam conditam romam tam certum habeo in rebus humanis quam constantinopolim cum romam viderim oculis meis. de illa vero nichil noverim nisi quod aliis testibus credidi. et mimus quidem ille vel seipsum intuendo vel alios quoque experiendo vili velle emere et caro vendere omnibus id credidit esse commune. Sed quoniam revera vicium est potest quisque adipisci eiusmodi iusticiam vel alicuius alterius vicii quod huic contrarium est incurrere pestilenciam qua huic resistat et vincat. Nam scio ipse hominem cum venalis codex ei fuisset oblatus preciique eius ignarum et ideo quiddam exiguum poscentem cerneret venditorem iustum precium quod multo amplius erat nec opinanti dedisse. Quid si etiam sit quisque tanta nequicia possessus ut vili vendat quod dimiserunt parentes et caro emat quod consumant libidines non est ut opinor tanta luxuries et si querantur inveniri possunt. aut etiam non quesiti fortassis occurrant qui nequicia maiore quam theatrica theatrali pronunciationi aut propositioni theatrice insultent magno precio stupra emendo parvo autem rura vendendo. Largitionis etiam gratiam novi quosdam emisse frumenta carius et vilius vendidisse suis civibus. Illud etiam quod vetus poeta dixit Etenim omnes mortales sese laudari exoptant profecto et de seipso et de his quos expertus fuerat conicit in aliis et videtur pronunciasse hominum omnium voluntates. Denique si et mimus ille dixisset laudari omnes vultis nemo vestrum vult vituperari similiter quod est omnium voluntatem dixisse videretur. Sunt tamen qui vitia sua oderint etiam in quibus sibi displicent ipsi nec ab aliis se laudari velint gratiasque agant obiurgantium benivolentie cum ideo vituperantur ut corrigantur. At si dixisset omnes beati esse vultis miseri esse non vultis dixisset aliquid quod nullus in sua non cognosceret voluntate. Quicquid enim aliud quisque latenter velit ab hac voluntate que omnibus et in omnibus satis nota est non recedit. Sequitur

Mirum est autem cum capessende atque retinende beati- Capitulum iiii
tudinis voluntas sit omnium una unde tanta existat de
beatitudine rursus varietas et diversitas voluntatum non quod aliquis
eam nolit sed quod non omnes eam noverint. Si enim omnes eam
nossent non ab aliis putaretur esse in virtute animi aliis in corporis vo-
luptate aliis in utraque et aliis atque aliis alibi atque alibi
ut eos quaeque res maxime delectavit ita in ea constitue-
runt vitam beatam. Quomodo igitur ferventissime amant omnes quod
non omnes sciunt. Quis potest amare quod nescit sicut iam de hac
re in libris superioribus disputavi. Cur ergo beatitudo ab omnibus
amatur nec tamen ab omnibus scitur. An forte sciunt omnes ipsa
que sit sed non omnes sciunt ubi sit. Et inde contentio est. Quasi
vero de aliquo mundi huius agatur loco ubi debeat quisque velle
vivere ac non ita queratur ubi sit beatitudo sicut queritur quid sit. Nam
utique si in corporis voluptate est ille beatus est qui fruitur corporis
voluptate. Si in virtute animi illa qui hac fruitur. Si in utraque
ille qui fruitur utraque. Cum itaque alius dicit beate vivere est vo-
luptate corporis frui. Alius autem beate vivere est virtute animi frui.
Nonne aut ambo nesciunt quid sit beata vita aut non ambo sciunt. Quomodo
ergo ambo amant eam si nemo potest amare quod nescit. An forte
falsum est quod pro verissimo certissimoque posuimus. Beate vivere omnes homi-
nes velle. Si enim beate vivere est verbi gratia secundum animi virtutem vivere
quomodo beate vivere vult qui hoc non vult. Nonne verius dixeri-
mus homo iste non vult beate vivere quia non vult secundum virtutem vivere quod
solum est beate vivere. Non ergo omnes beate vivere volunt. Immo pauci
hoc volunt. Si non est beate vivere nisi secundum animi virtutem vivere quod
multi nolunt. Ita ne falsum erit unde nec ipse cum Achademicis omnia
dubia sint Achademicus Cicero dubitavit qui cum vellet
in Hortensio dyalogo ab aliqua re certa de qua nullus ambi-
geret sumere sue disputacionis exordium, beati certe inquit omnes esse
volumus. Absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid ergo igitur. An dicendum
est etiam si nichil sit aliud beate vivere quam secundum virtutem animi vivere tamen
et qui hoc non vult beate vult vivere. Nimium quidem hoc videtur ab-
surdum. Tale est enim ac si dicamus. Et qui non vult beate vivere
beate vult vivere. Istam repugnantiam quis audiat quis ferat. et
tamen ad hanc contrudit necessitas. Si et omnes beate velle vivere
verum est et non omnes sic volunt quomodo solum vivitur beate. Capitulum v

An forte illud est quod nos ab hiis augustiis possit eruere
ut quoniam diximus ibi quosque posuisse beatam vitam quod eos
maxime delectavit ut voluptas Epicurum virtus Zenonem sic a-
lium aliquid aliud. Nichil dicamus beate vivere nisi vivere secundum dele-
ctationem suam et ideo falsum non esse quod omnes beate vivere velint quia
omnes ita volunt ut quemque delectat. Nam hoc et populo si pronunciatum
esset in theatro omnes illud in suis voluntatibus invenirent. Sed

hoc est cuique quod sibi quisque proposuit ita redarguit ut qui
hoc sentiunt erubescant. Sunt enim certe aut non philosophi quidem sed promptissimi
tamen ad disputandum omnes autem esse beatos qui vivant ut ipsi
velint. Hoc est quod nos diximus ut quod cuique delectat. Sed mox ipse
subiunxit falsum id quidem. Velle enim quod non deceat id ipsum miserrimum
nec tam miserum est non adipisci quod velis quam adipisci velle
quod non oporteat. Preclarissime omnino atque verissime. Quis namque
ita sit mente cecus et ab omni luce decoris alienus ac tenebris
dedecoris involutus ut eum qui nequiter vivit et turpiter et nullo
prohibente nullo ulciscente et nullo saltem reprehendere audente insuper
et laudantibus plurimis quoniam sicut ait scriptura divina laudatur pec- ps 9
cator in desideriis anime sue et qui iniqua gerit benedicitur
implet omnes suas facinorosissimas et flagitiosissimas volun-
tates ideo beatum dicat quia vivit ut vult. Cum profecto quamvis
et sic miser esset minus tamen esset si nihil eorum que perperam voluisset
habere potuisset. Etiam mala enim voluntate vel sola quisque miser
efficitur sed miserior potestate qua desiderium male voluntatis im-
pletur. Quapropter quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint
idque unum ardentissimo amore appetant. Et propter hoc cetera quecumque
appetunt nec quisquam potest amare quod omnino quid vel quale sit ne-
scit nec potest nescire quid sit quod velle se scit sequitur ut omnes vitam
sciant. Omnes autem beati habent quod volunt quamvis non omnes qui
habent quod volunt continuo sint beati. Continuo autem miseri qui vel Btus
habent quod volunt continuo sint beati. Continuo autem miseri qui vel
non habent quod volunt vel id habent quod non recte volunt. Beatus igitur
non est nisi qui et omnia habet que vult et nihil vult male. Cap. VI

Cum ergo ex his duobus vita beata constet atque omnibus nota
omnibus cara sit quid putamus esse cause cur horum du-
orum quando utrumque non possunt magis eligant homines ut omnia que vo-
lunt habeant quam ut omnia bene velint etiam si non habeant. An ipsa
est pravitas generis humani ut cum eos non lateat nec illum beatum
esse qui quod vult non habet nec illum qui quod male vult habet sed
illum qui et habet quecumque vult bona et nulla vult mala tamen ex his
duobus quibus beata vita perficitur cum utrumque non datur illud eligatur
potius unde magis a beata vita receditur longius quippe ab ea qui
adipiscitur male concupita quam qui non adipiscitur concupi-
ta cum potius eligi debuit voluntas bona atque preponi etiam non
adepta his que appetit. Propinquat enim beato qui bene vult quecumque vult
et que adeptus cum fuerit beatus erit. Et utique non mala sed bona
beatum faciunt quem faciunt quorum bonorum habet aliquid iam idque non
parvi existimandum eam scilicet voluntatem bonam qui de bonis quorum
capax est humana natura non de ullius mali perpetratione vel adep-
tione gaudere desiderat et bona qualia etiam in hac misera vita
esse possunt prudenti temperanti forti et iusta mente sectatur et quantum datur
assequitur ut etiam in malis sit bonus et finitis malis omnibus atque
impletis bonis omnibus sit beatus.

Cap. VII

Hec pa hic in ista
mortali vita erroribus erumpnisque plenissima precipue fides

est necessaria qua in deum creditur. Non enim quecumque bona, maxime illa quibus
quisque bonus et illa quibus fiet beatus, unde nisi a deo in hominem veniant
et homini accedant inveniri potest. Cum autem ex hac vita ab eo qui in hiis
miseriis et fidelis et bonus est ventum fuerit ad beatam, tunc erit vere
quod nunc nullo modo esse potest ut sic homo vivat quomodo vult. Non enim
volet male vivere in illa felicitate, aut volet aliquid quod deerit, aut
deerit quod voluerit. Quidquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod
non aderit. Omne quod ibi erit bonum erit, et summus deus summum
bonum erit atque ad fruendum amantibus presto erit, et quod est omnino
beatissimum ita semper fore certum erit. Nunc vero fecerunt quidem philosophi
sibi sicut cuique placuit vitas beatas suas, ut quasi virtute
propria possent quod communi mortalium condicione non poterant, sic scilicet
vivere ut vellent. Sentiebant enim aliter beatum esse neminem posse
nisi habendo quod vellet et nichil patiendo quod nollet. Quis autem
non qualemcumque vitam qua delectatur et ideo beatam vocat vellet
sic esse in sua potestate ut eam posset habere perpetuam? Et tamen quis ita est?
Quis vult pati molestias quas fortiter toleret, quamvis eas
velit possitque tolerare si patitur? Quis velit in tormentis vivere,
etiam qui potest in eis per patientiam tenendo iustitiam laudabiliter vivere?
Transitura cogitaverunt hec mala qui ea pertulerunt, vel cupiendo
habere vel timendo amittere quod amabant, sive nequiter sive
laudabiliter. Nam multi per transitoria mala ad permansura bona for-
titer tetenderunt. Qui profecto spe beati sunt, etiam cum sunt in transito-
riis malis per que ad bona non transitoria perveniunt. Sed qui
spe beatus est nondum beatus est; expectat namque per patientiam beatitudinem
quam nondum tenet. Qui vero sine ulla spe tali, sine ulla tali
mercede cruciatur, quantamlibet adhibeat tolerantiam, non est beatus
veraciter sed miser fortiter. Neque enim propterea miser non est quia miserior
esset si etiam impatienter miseriam sustineret. Porro si ista non patitur
que nollet pati in suo corpore, nec tunc quidem beatus habendus est, quoniam
non vivit ut vult. Ut enim alia obmittam que corpore illeso ad
animi pertinent offensiones, sine quibus vivere vellemus, et sunt in-
numerabilia, vellet utique si posset ita salvum et incolume habere
corpus et nullas ex eo pati molestias, ut illud haberet in potestate
aut in ipsa incorruptione corporis; quod quia non habet ac pendet in
incerto, profecto non vivit ut vult. Quamvis enim per fortitudinem sit paratus
excipere et equo ferre animo quidquid adversitatis acciderit, mavult tamen ut
non accidat, et si potest facit; atque ita paratus in utrumque ut quan-
tum in ipso est alterum optet, alterum vitet, et si quod vitat incurrerit,
ideo volens ferat quia fieri non potuit quod volebat. Ne opprimatur
ergo sustinet, sed premi nollet. Quomodo ergo vivit ut vult? An quia
volens fortis est ad ferenda que nollet illata? Ideo igitur id vult
quod potest, quoniam quod vult non potest. Hec est tota, utrum ridenda an potius
miseranda, superborum beatitudo mortalium gloriantium se vivere

ut volunt quia volentes patiuntur faciunt quod accidere sibi nolunt. Hoc est
enim aiunt quod sapienter dixit Therencius: Quoniam non potest id fieri quod vis
id velis quod possis. Commode hoc dictum esse quis negat? Sed con-
silium est datum misero ne esset miserior. Beato autem quales se esse
omnes volunt non recte nec vere dicitur: non potest fieri quod vis. Si enim beatus
est, quicquid vult fieri potest, quia non vult quod fieri non potest. Sed non est mor-
talitatis huius hec vita nec erit nisi quando et immortalitas erit. Que
si nullo modo dari homini posset, frustra etiam beatitudo quereretur, quia sine
mortalitate non potest esse. Sequitur capitulum octavum

Cum igitur beati omnes homines esse velint, si vere volunt, profecto
esse volunt et immortales, aliter enim non possunt beati esse. Denique
et de immortalitate interrogati sicut et de beatitudine omnes eam se velle
respondent. Sed qualiscumque beatitudo que potius vocetur quam sit in
hac vita queritur, immo vero fingitur, dum immortalitas desperatur,
sine qua vera beatitudo esse non potest. Ille quippe beate vivit, quod
iam superius diximus et astruximus satis, qui vivit ut vult
nec male aliquid vult. Nemo autem male vult immortalitatem, si
eius humana capax est deo donante natura, cuius si capax non est
nec beatitudinis capax est. Ut enim homo beate vivat oportet ut vi-
vat. Quem porro moriendo vita ipsa deserit, beata vita cum illo ma-
nere quomodo potest? Cum autem deserit, aut nolentem procul dubio
deserit aut volentem aut neutrum. Si nolentem, quomodo est beata vita que
ita est in voluntate ut non sit in potestate? Cumque beatus homo nemo sit
aliquid volendo nec habendo, quanto minus beatus est qui non honore
non possessione non qualibet alia re, sed ipsa beata vita nolens de-
seritur quando ei nulla vita erit. Unde etsi nullus sensus relinquitur
quo sit misera, propterea enim beata vita discedit, misera est tamen
quamdiu sentit, quia scit se nolente consumi propter quod cetera et quod
pre ceteris diligit. Non igitur potest et beata vita esse et nolentem deserere,
quia beatus homo nemo nolens fit, ac per hoc quanto magis no-
lentem deserendo miserum facit, que si nolenti presto esset miserum
faceret. Si autem volentem deserit, etiam sic quomodo beata erat quam perire
voluit qui habebat? Restat ut dicant neutrum esse in animo beati,
id est eum deseri a beata vita, cum per mortem deserit tota vita, nec
nolle nec velle, ad utrumque parato et equo corde consistere. Sed nec
ista beata est vita que talis est ut quem beatum facit, amore eius
indigna sit. Quomodo enim est beata vita quam non amat beatus?
Aut quomodo amatur quod utrum vigeat an pereat indifferenter accipitur? Nisi
si forte virtutes quas propter solam beatitudinem sic amamus per-
suadere nobis audent ut ipsam beatitudinem non amemus. Quod si
faciunt, etiam ipsas utique amare desistimus, quando illam propter quam
solam beatitudinem istam amavimus non amamus. Deinde quomodo
erit vera illa tam perspecta tam examinata tam eliquata tam
certa sententia beatos esse omnes homines velle, si ipsi qui iam beati sunt beati
esse nec volunt nec nolunt? Aut si volunt ut veritas clamat ut

naturam compellit cum summe bonus et immutabiliter beatus creator hec indidit. Si enim quam volunt beati esse qui beati sunt, beati non esse utique nolunt, procul dubio nolunt consumi et perire. Nec beati nisi viventes beati esse possunt. Noluntigitur perire qui vivunt. Inmortales ergo esse volunt quicumque vere beati vel sunt vel esse cupiunt. Non autem vivit beate cui non adest quod vult. Nullo modo igitur esse poterit vita veraciter beata nisi fuerit sempiterna. Nam utrum capiat hanc humana natura, quam tamen desiderabilem confitetur, non parva questio est. Sed si fides assit que inest eis quibus dedit potestatem Ihesus filios dei fieri, nulla questio est.

Capitulum ix

Humanis quippe argumentacionibus hec invenire conantes vix pauci magno preditis ingenio habundantes ocio, doctrinisque subtilissimis eruditi, ad indagandam solius anime inmortalitatem pervenire potuerunt. Cum tamen huic anime beatam vitam non invenerint stabilem, id est veram. Ad miserias eam quippe vite huius eciam post beatitudinem redire dixerunt. Et qui eorum de hac sua erubuerunt sententia, et animam purgatam in sempiterna beatitudine sine corpore collocandam putaverunt, talia de mundi retrorsum eternitate senciunt ut hanc de anima sententiam suam ipsi redarguant, quod hic longum est demonstrare. Sed in libro xii de civitate dei satis a nobis quantum arbitror explicatum est. Fides autem ista totum hominem inmortalem futurum, qui utique constat ex anima et corpore, et ob hoc vere beatum, non argumentacione humana sed divina auctoritate promittit. Et ideo cum dictum esset in ewangelio quod Ihesus dedit potestatem filios dei fieri hiis qui receperunt eum, et quid esset recepisse eum breviter fuisset expositum dicendo credentibus in nomine eius, quoque modo filii dei fierent esset adiunctum: Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt, ne ista hominum quam videmus et gestamus infirmitas tantam excellenciam desperaret, illico adiunxit: Et verbum caro factum est et habitavit in nobis, ut a contrario suaderet quod incredibile videbatur. Si enim natura dei filius propter filios hominum misericordia factus est hominis filius, hoc est enim verbum caro factum est et habitavit in nobis, multo est credibilius natura filios hominum gratia fieri dei filios et habitare in deo, in quo solo et de quo solo esse possint beati participes inmortalitatis eius effecti, propter quod persuadendum dei filius particeps effectus est nostre mortalitatis.

Capitulum x

Hos itaque qui dicunt: Itane defuit deo modus alius quo liberaret homines a miseria mortalitatis huius, ut unigenitum filium deum sibi coeternum hominem fieri vellet induendo humanam animam et carnem, mortalemque factum mortem perpeti? Parum est sic refellere ut istum modum quo nos per mediatorem dei et hominum hominem Ihesum Christum deus liberare dignatur asseramus bonum et divine congruum dignitati, verum eciam ut ostendamus non alium modum deo possibilem defuisse, cuius potestati cuncta equaliter subiacent, sed sanande nostre miserie convenienciorem modum alium non fuisse nec esse oportuisse. Quid enim tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram mentesque mortalium condicione ipsa mortalitatis abiecta

ab immortalitatis desperatione liberandas quanti ut demonstraret nobis quan-
ti appenderet deus quantumque diligeret Quid vero huius rei tanto isto
indicio manifestius atque preclarius quam ut dei filius immutabi-
liter bonus in se manens quod erat et a nobis pro nobis accipi-
ens quod non erat preter sue nature detrimentum nostrum dignatus est i-
nire consortium post sine ullo malo suo merito mala nostra perferret
ac sic iam credentibus quantum nos diligit deus et quod desperaba-
at sic iam sperantibus dona in nos sua sine ullis bonis meritis
nostris immo precedentibus et malis meritis nostris indebita largitate
conferret quia et ea que dicuntur merita nostra dona sunt eius Ut enim
fides per dilectionem operetur Caritas dei diffusa est in cordibus nostris Ro 5.
per spiritum sanctum qui datus est nobis Tunc enim est datus quando ihesus
est resurrectione clarificatus Tunc enim eum se missurum esse promisit et tunc
sicut de illo scriptum est et ante predictum ascendit in altum captivavit capti-
vitatem dedit dona hominibus Hec dona sunt merita nostra quibus ad sum-
mum bonum immortalitatis veniamus Commendat autem inquit apostolus Ro 5.
caritatem suam deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus Cristus
pro nobis mortuus est multomagis iustificati nunc in sanguine ipsius
salvi erimus ab ira per ipsum Adhuc addit et dicit Si enim cum in-
imici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius multoma-
gis reconciliati salvi erimus in vita ipsius Quos peccatores dixit
prius hos postea inimicos dei et quos prius iustificatos in san-
guine ihesu cristi eos postea reconciliatos per mortem filii dei Et quos
prius salvos ab ira per ipsum eos postea salvos in vita ipsius
Non ergo ante istam graciam quomodocumque peccatores sed in talibus peccatis
fuimus ut inimici essemus dei Superius autem idem apostolus nos pecca-
tores et inimicos dei duobus quasi identidem nominibus appellavit uno velut
mitissimo alio plane atrocissimo dicens Si enim cristus cum infirmi
essemus adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est quos infir-
mos eosdem impios nuncupavit Leve aliquid videtur infirmi-
tas Sed aliquando talis est ut impietas nominetur nisi tamen infirmi-
tas esset medicum necessarium non haberet qui est hebraice ihesus grece
Sother nostra autem locutione salvator quod verbum latina lingua
antea non habebat sed habere poterat sicut potuit quando voluit Hec autem
apostoli sententia precedens ubi ait Adhuc enim cum infirmi essemus iuxta tempus
pro impiis mortuus est coheret huius duabus sequentibus quarum in
una dixit peccatores in alia dixit inimicos dei tamquam illis singulis
reddidit singula peccatores ad infirmos inimicos dei retulerit ad impios

Capitulum xi

Sed quid est iustificati in sanguine ipsius Que ve- Ro 5.
vis est huius sanguinis obsecro ut in eo iustificentur credentes
Et quid est reconciliati per mortem filii eius Ita ne vero cum
irasceretur nobis deus pater vidit mortem filii sui pro nobis et placatus
est nobis Numquid ergo filius eius usque adeo nobis iam placatus
erat ut pro nobis dignaretur mori pater vero usque adeo adhuc iras-
cebatur ut nisi filius pro nobis moreretur non placaretur Et quid est
quod alio loco idem ipse doctor gencium inquit Quid ergo dicemus ad hec Ro 8.

Si deus pro nobis· quis contra nos Qui proprio filio suo non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit eum Quomodo non etiam omnia nobis cum illo do·
navit Nunquam nisi iam placatus esset pater proprio filio non parcens pro nobis
eum traderet Nonne videtur hoc illi velut adversa esse sententia In illa mo
ritur pro nobis filius et reconciliatur nobis pater per eius mortem In
hac autem tanquam prior nos dilexerit pater ipse propter nos filio non par
cit ipse pro nobis eum tradit ad mortem Sed video quod et antea pater
dilexit nos non solum antequam filius pro nobis moreretur sed antequam con
deret mundum ipso testante apostolo qui dicit Sicut elegit nos in ipso
ante constitutionem mundi Nec filius patre sibi non parcente pro nobis ve
lut invitus est traditus quia et de ipso dictum est Qui me dilexit
et tradidit semetipsum pro me Omnia ergo simul et pater et filius et am
borum spiritus pariter et concorditer operantur· tamen iustificati sumus in Christi
sanguine et reconciliati sumus deo per mortem filii eius Et quo
·Ro. 5· id factum sit ut potero illud etiam hic quantum satis videbitur explicabo
Quadam iustitia dei traditum est genus humanum Capitulum xii
Peccato primi hominis in omnes utriusque sexus commixtione nas
centes originaliter transeunte et parentum primorum debito universos po
steros obligante· Hec traditio prius in Genesi significata est ubi cum
serpenti dictum esset Terram manducabis homini dictum est Terra es et in
terram ibis· eo quod dictum est in terram ibis mors corporis prenunciata
Terra es — est quia nec ipsam sentiret si permansisset ut factus est rectus
Quod vero viventi ait Terra es ostendit totum hominem in eum commutatum
Tale est enim Terra es quale illud Non permanebit spiritus meus in hominibus
quoniam caro sunt Tunc enim demonstravit ei traditum Cui dictum fuerat Ter
Ephe. 2 — ram manducabis Apostolus autem apertius hoc predicat ubi dicit Et
vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus aliquando
Et — ambulastis secundum seculum mundi huius secundum principem potestatis aeris spiritus
eius qui nunc operatur in filiis diffidentie in quibus et nos omnes
aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostre facientes voluptates
carnis et affectionum et eramus natura filii ire sicut et ceteri Filii dif
fidentie sunt infideles Et quis hoc non est antequam fidelis fiat
Quo circa omnes homines ab origine sub principe sunt potestatis aeris qui
operatur in filiis diffidentie Et quod dixi ab origine sub principe
sunt potestatis aeris hoc est quod dicit apostolus natura et se fuisse sicut ce
teros natura scilicet ut est depravata peccato non ut recta creata est ab i
nitio Modus autem iste quo traditus est homo in dyaboli potestatem
non ita debet intelligi tanquam hoc deus fecerit sed quod tantum permiserit
Adm — iuste tamen Illo enim deserente peccantem peccati auctor illico invasit
Nec ita sane deus deseruit creaturam suam ut non se illi exhi
beret deum creantem et vivificantem et inter penalia mala etiam
bona malis multa prestantem Non enim continuit in ira miserationes
suas Nec hominem a lege sue potestatis amisit cum in dyaboli pota
te esse permisit quia nec ipse dyabolus a potestate omnipotentis alienus est
sicut neque a bonitate Nam et maligni angeli unde qualitercumque

subsistentem vitam nisi per eum qui vivificat omnia. Ergo commisso
peccato per iram dei iustam hominem subdidit dyabolo, perfecto remisso
peccato per reconciliationem dei benignam eruit hominem a dyabolo. Capitulum xiii

Non ergo dyabolus potentia dei sed iustitia superandus fuit.
Nam quid omnipotente potentius, aut cuius creature potestas po-
testati creatoris comparari potest? Sed cum dyabolus vitio perversitatis sue
factus sit amator potentie et desertor oppugnatorque iustitie.
Sic enim et homines eum tanto magis imitantur quanto magis ne-
glecta vel etiam perosa iustitia potentie student eiusque vel ad-
eptione letantur vel inflammantur cupiditate. Placuit deo ut propter
eruendum hominem de dyaboli potestate non potentia dyabolus sed iustitia
vinceretur. Atque ita et homines imitantes christum iustitia quererent dya-
bolum vincere non potentia. Non quod potentia quasi mali aliquid fugi-
enda sit. Sed ordo servandus est quo prior est iustitia. Nam quanta
potentia potest esse mortalium? Teneant ergo mortales iustitiam. Poten-
tia immortalibus dabitur. Cui comparata quantalibet eorum hominum qui potentes
vocantur infirma ridicula infirmitas invenitur. Et ibi foditur peccatori
fovea ubi videntur mali plurimum posse. Cantat autem iustus et
dicit: Beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum,
ut mitiges ei a diebus malis donec fodiatur peccatori fovea.
Quoniam non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet
quousque et iustitia convertatur in iudicium et qui habent eam
omnes recto sunt corde. Hoc igitur tempore quo differtur potentia populi dei
non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet qu-
alicumque acerba et indigna ipsa humilis atque infirma patiatur quo-
adusque iustitia quam nunc habet infirmitas piorum convertatur
in iudicium, hoc est iudicandi accipiat potestatem. Quod iustis in fine
servatur cum precedentem iustitiam ordine suo fuerit potentia subsecu-
ta. Potentia quippe adiuncta iustitie vel iustitia accedens po-
tentie iudiciariam potestatem facit. Pertinet autem iustitia ad vo-
luntatem bonam. Unde dictum est ab angelis nato christo: Gloria in ex-
celsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Potentia vero
sequitur iustitiam non precedit. Ideo et in rebus secundis ponitur, id est in prosperis.
Secunde autem a sequendo sunt dicte. Cum autem beatum faciant sicut superius
disputavimus due res, bene velle et posse quod velis, non debet
esse illa perversitas que in eadem disputatione notata est, ut ex du-
abus rebus que faciunt beatum, posse quod velit homo eligat et vel-
le quod oportet negligat, cum prius debeat habere voluntatem
bonam, magnam vero postea potestatem. Bona porro voluntas purgan-
da est a vitiis quibus si vincitur homo ad hoc vincitur ut male
velit, et bona iam voluntas eius quomodo erit? Optandum est itaque ut
potestas nunc detur, sed contra vitia propter que vincenda potentes esse
nolunt homines, et volunt propter vincendos homines. Ut quid hoc
nisi ut vere victi falso vincant nec sint veritate sed opinione
victores? Velit homo prudens esse, velit fortis, velit temperans,
velit iustus, atque ut hec veraciter possit potentiam plane op-
tet atque appetat ut potens sit in se ipso et miro modo adversus

& Ps. 93.

Luce 2.

seipsum pro seipso. Leta vero que bene vult et tamen non potest sicuti est
immortalitas et vera ac plena felicitas desiderare non cesset et
patienter expectet. Que igitur est iustitia qua victus est diabolus. [Capitulum xiiii]
Que nisi iustitia ihesu cristi. Et quomodo vi-
ctus est? Quia cum in eo nichil dignum morte inveniret oc-
cidit eum tamen, et utique iustum est ut debitores quos tenebat
liberi dimittantur in eum credentes quem sine ullo debito occi-
dit. Hoc est quod iustificari dicimur in cristi sanguine. Sic quippe in remissi-
onem peccatorum nostrorum innocens ille sanguis effusus est. Unde se
dicit in psalmis inter mortuos liberum. Solus enim a debito mor-
ps 87 tis liber est mortuus. Hinc et in alio psalmo dicit: Que non rapui
ps 68 tunc exsolvebam, rapinam volens intelligi peccatum quia usurpatum
est contra licitum. Unde per os etiam carnis sue sicut in evangelio legitur
dicit: Ecce venit princeps mundi huius et in me non habet quidquam id est
nichil invenit, id est nullum peccatum. Sed ut sciant omnes quia
voluntatem patris mei facio surgite eamus hinc. Et pergit inde
ad passionem ut pro debitoribus nobis quod ipse non debebat ex-
solveret. Numquid isto iure equissimo diabolus vinceretur si poten-
tia cristus cum illo agere non iustitia voluisset? Sed postposuit quod
potuit ut prius ageret quod oportuit. Ideo autem illum opus erat
esse deum et hominem. Nisi enim homo esset non posset occidi, nisi deus
esset non crederetur voluisse quod potuit, sed non potuisse quod vo-
luit, nec ab eo potentie prelatam fuisse iustitiam sed ei defuisse po-
tentiam putaremus. Nunc vero humana pro nobis passus est quia
homo erat, sed si noluisset etiam hec non pati potuisset quia et
deus erat. Ideo gratior facta est in humilitate iustitia quia posset
si noluisset humilitatem non perpeti. Tanta in divinitate potentia ac
sic a moriente tam potente nobis mortalibus impotentibus
et commendata est iustitia et promissa potentia. Horum enim duorum
unum fecit moriendo alterum resurgendo. Quid enim iustius quam
usque ad mortem crucis per iustitiam venire. Et quid potentius
quam resurgere a mortuis et in celum cum ipsa carne in qua occisus est
ascendere. Et iustitia ergo prius et potentia postea diabolum vicit,
iustitia scilicet quia nullum peccatum habuit et ab illo est iniustissime oc-
cisus, potentia vero quia revixit mortuus numquam postea mori-
turus. Sed potentia diabolum vicisset etiam si ab illo non potuisset
occidi, quamvis maioris sit potentie etiam ipsam mortem vincere
resurgendo quam vitare vivendo. Sed aliud est propter quod iustificamur
in cristi sanguine cum per remissionem peccatorum eruimur de diaboli
potestate. Hoc ad id pertinet quod a cristo iustitia diabolus vincitur non
potentia. Ex infirmitate quippe quam suscepit in carne mortali
non ex immortali potentia crucifixus est cristus, de qua tamen infirmitate ait
apostolus: Quod infirmum est dei fortius est hominibus. [Capitulum xv]
Non est itaque difficile videre diabolum victum cum qui ab illo
occisus est resurrexit. Illud est maius et ad intelligendum pro-

fundi... videtur dyabolum victum, quem se vicisse videbatur, id est quando
cristus occisus est. Tunc enim sanguis ille, quoniam eius erat qui nullum
omnino habuit peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum, ut quia
eos dyabolus merito tenebat, quos peccati reos conditione mortis
obstrinxerat, hos per eum merito dimitteret, quem nullius peccati reum im-
merito penarum mortis affecit. Hac iustitia victus et hoc vinculo
vinctus est fortis, ut vasa eius eriperentur, que apud eum cum ipso et
angelis eius fuerant vasa ire, et in vasa misericordie verterentur. Hec ipsa
verba domini nostri ihesu cristi de celo ad se facta, cum primum vocatus est,
narrat apostolus paulus. Nam inter cetera que audivit etiam hoc sibi
dictum loquitur sic: Ad hoc enim tibi apparui, ut constituam te mi-
nistrum et testem eorum que a me vides, quibus etiam apparebo tibi li-
berans te de populo et de gentibus, in quibus ego mitto te aperire o-
culos cecorum, ut avertantur a tenebris et a potestate sathane ad deum,
ut accipiant remissionem peccatorum et sortem que in sanctis, et fidem que
in me est. Unde et exhortans idem apostolus credentes ad gratiarum ac- · Coloss. I ·
tionem deo patri: Qui eruit, inquit, nos de potestate tenebrarum et trans-
tulit in regnum filii caritatis sue, in quo habemus redemptionem in re-
missionem peccatorum. In hac redemptione tamquam pretium pro nobis datus est
sanguis cristi, quo accepto dyabolus non ditatus sed ligatus,
ut nos ab eius nexibus solveremur, nec quemquam secum eorum quos cristus
ab omni debito liber indebite fuso suo sanguine redemisset, peccatorum
retibus involutum traheret ad secunde ac sempiterne mortis exitium,
sed hactenus morerentur ad cristi gratiam pertinentes, precogniti et predes-
tinati et electi ante constitutionem mundi, quatenus pro illis ipse mortu-
us est cristus carnis tantum morte, non spiritus. Capitulum xvi

Quamvis enim et ipsa mors carnis de peccato primi hominis origina-
liter venit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martires fe-
cit. Et ideo non solum ipsa, sed omnia huius seculi mala, dolores ac la-
bores hominum, quamquam de peccatorum et maxime de peccati originalis meritis veni-
ant, unde facta est et ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamen
et remissis peccatis remanere debuerunt, cum quibus homo pro veritate
certaret, et unde exerceretur virtus fidelium, ut novus homo per testamentum
novum inter mala huius seculi novo seculo pararetur, miseriam quam
meruit ista vita dampnata sapienter tolerans, et quia finietur
gratulans, beatitudinem vero quam liberata vita futura sine fine habitura
est fideliter et pacienter expectans. Dyabolus a dominatu et a cordibus
fidelium foras missus, in cuius dampnatione atque infidelitate, licet
dampnatus, etiam tunc regnabat, tantum pro huius conditione mortalitatis
adversari permittitur, quantum eis expedire novit, de quo sacre littere per- · I cor. x ·
sonant per os apostoli: Fidelis deus qui non permittit vos temptari
supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam exitum, ut pos-
sitis sustinere. Prosunt autem ista mala, que fideles pie perferunt,
vel ad emendanda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam,
vel ad demonstrandam vite huius miseriam, ut illa ubi erit beatitudo

verba atque opera eius et despiciuntur a dementibus et insultantur ab ingratis. Sed tamen
Ro. 8. eos ista servant de quibus dicitur: Scimus quoniam diligentibus deum omnia co
operantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quoniam quos
ante prescivit et predestinavit conformes ymaginis filii sui ut sit
primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit illos et vocavit
et quos vocavit ipsos et iustificavit. Quos autem iustificavit ipsos
et glorificavit. Horum predestinatorum nemo cum dyabolo periit, nemo
usque ad mortem sub dyaboli potestate remanebit. Deinde sequitur quod

iam supra commemoravi. Quid ergo dicimus ad hec? Si deus pro
nobis quis contra nos? Qui enim filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tra-
didit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Cur ergo
non fieret mors Christi? Immo cur non pretermissis aliis innumerabilibus
modis quibus ad nos liberandos uti posset omnipotens, ipsa potissimum
eligeretur ut fieret, ubi nec de divinitate eius aliquid mutatum est et de
humanitate suscepta tantum beneficium collatum est hominibus conplacitum
ut dei filio sempiterno eodemque hominis filio mors temporalis indebita
redderetur, qua eos a sempiterna morte debita liberaret. Peccata nostra
debita diabolus tenebat et per illa nos merito figebat in morte.
Dimisit ea ille qui sua non habebat et ab illo inmerito est perductus
in mortem. Tanti valuit sanguis ille ut neminem Christo indutum
in eterna morte debita detinere debuerit qui Christum morte inde-
bita vel ad tempus occidit. Commendat ergo caritatem suam deus in
Ro. 5. nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mor-
tuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salvi
erimus ab ira per ipsum. Iustificati inquit in sanguine ipsius.
Iustificati plane in eo quod a peccatis omnibus liberati. Liberati autem a
peccatis omnibus quoniam pro nobis est dei filius qui nullum habebat
occisus. Salvi ergo erimus ab ira per ipsum. Ab ira utique dei
que nichil aliud est quam iusta vindicta. Non enim sicut
hominis animi perturbatio est ira dei. Sed illius ira est cui alio lo-
co dicit scriptura: Tu autem domine virtutum cum tranquillitate iudicas.
Si ergo iusta divina vindicta tale nomen accepit, etiam
reconciliatio dei que recte intelligitur nisi cum talis ira finitur?
Nec inimici eramus deo nisi quemadmodum iusticie inimica sunt
peccata, quibus remissis tales inimicicie finiuntur et reconcili-
antur iusto quos ipse iustificat. Sed tamen etiam inimicos utique
diligebat qui quidem filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus cum ad-
huc inimici essemus tradidit eum. Recte ergo apostolus secutus ad-
iunxit: Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem
filii eius, per quam facta est illa remissio peccatorum, multo magis
reconciliati salvi erimus in vita ipsius. In vita salvi qui per mortem
reconciliati. Quis enim dubitat daturum amicis vitam suam pro
quibus inimicis dedit mortem suam? Non solum autem salvi erimus
sed et gloriamur, nec in nobis sed in deo, nec per nos sed per

dominum nostrum ihesum christum per quem nunc reconciliationem accepimus secundum ea
que superius disputata sunt Deinde subiungit apostolus / propter hoc
sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum
mors et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccaverunt et cetera
in quibus prolixius de duobus hominibus disputat uno eodemque
primo adam per cuius peccatum et mortem tamquam hereditariis malis
posteri eius obligati sumus Altero autem secundo adam quem non
hominem tantum sed etiam deus est quo pro nobis solvente quod non de-
bebat a debitis et paternis et propriis liberati sumus. Proinde quoniam
per unum illum tenebat dyabolus per eius vitia tamquam per car-
nales concupiscentiam generatos / iustum est ut per hunc unum dymittat
omnes per ipsius ~~im~~maculatam gratiam spiritalem generatos [Cxvii]

Sunt et alia multa que in christi incarnatione que superbis di-
splicet salubriter intuenda atque cogitanda sunt Quorum
est unum quod demonstratum est homini quem locum haberet in rebus
quas deus condidit quoniam quidem sic deo coniungi potuit huma-
na natura ut ex duabus substantiis fieret persona una ac per hoc iam
ex tribus . deo . anima . et carne ut superbi illi maligni spiritus qui
se ad decipiendum quasi ad adiuvandum medios interponunt non
ideo se homini audeant preponere quia non habent carnem maxime quia
et mori in eadem carne dignatus est. ne ideo illi tamquam deos
se coli persuadeant quia videntur esse immortales Deinde ut gratia
dei nobis sine ullis precedentibus meritis in homine christo commenda-
ret quia nec ipse ut tanta unitate deo vero coniunctus una
cum illa persona filius dei fieret ullis precedentibus meritis est asse-
cutus Sed ex quo homo esse cepit ex illo est et deus Unde dictum
est verbum caro factum est Est etiam illud ut superbia hominis que maximo
est impedimento ne inhereat deo per tantam dei humilitatem re-
dargui posset atque sanari. Discit etiam homo quam longe reces-
serit a deo quod illi valeat ad medicinalem dolorem cum per talem
mediatorem redit qui hominibus et deus divinitate subvenit et
homo infirmitate convenit Quod autem magis obedientie nobis
preberetur exemplum qui per inobedienciam perieramus quam deo patri
deus filius obediens usque ad mortem crucis Quod premium ipsius
obediencie ubi ostenderetur melius quam in carne tanti mediatoris
que ad vitam resurrexit eternam / Pertinebat etiam ad iusticiam bo-
nitatem quoque creatoris ut per eandem rationalem creaturam superaret
dyabolus quam se superasse gaudebat et de ipso genere veniret quod ge-
nus origine viciata per unum tenebat universum [Capitulum xviii]

Poterat enim utique deus hominem aliunde suscipere in quo esset
mediator dei et hominum non de genere illius adam qui peccato
suo genus obligavit humanum / sicut ipsum quem primus creavit
non de genere alicuius creavit / poterat ergo vel sic vel alio quo vellet mo-
do creare unum alium de quo vinceretur victor prioris Sed et melius
iudicavit et de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem deus
per quem generis humani vinceret inimicum / et tamen ex virgine cuius

conceptum spiritus non caro, fides non libido prevenit, nec interfuit carnis concupiscentia per quam seminantur et concipiuntur ceteri qui trahunt originale peccatum, sed ea penitus remotissima credendo non concumbendo fecundata est sancta virginitas, ut illud quod nascebatur ex primi hominis tantummodo genere et non etiam crimine originem duceret. Nascebatur namque non transgressionis contagione viciata natura, sed omnium talium viciorum sola medicina. Nascebatur inquam homo nullum habens nullum habiturus omnino peccatum, per quem renascerentur liberandi a peccato qui nasci non possent sine peccato. Quamvis enim carnali concupiscentia que inest genitalibus membris bene utatur castitas coniugalis, habet tamen motus non voluntarios quibus ostendit vel nullam se in paradiso ante peccatum esse potuisse vel non talem fuisse si fuit ut aliquando resisteret voluntati. Nunc autem talem illam esse sentimus ut repugnans legi mentis, etiam si nulla est causa generandi, stimulos ingerat coeundi, ut si ei ceditur peccando satiatur, si non ceditur dissentiendo frenatur. Que duo aliena fuisse a paradiso ante peccatum dubitare quis possit, neque illa honestas faciebat aliquid indecorum, neque illa felicitas patiebatur aliquid impacatum. Oportebat itaque ut ista carnis concupiscentia nulla ibi esset omnino quando concipiebatur virginis partus, in quo nichil dignum morte fuit inventurus et eum tamen occisurus auctor mortis, auctoris vite morte vincendus, victor primi Adam et tenens genus humanum, victus a secundo Adam et amittens genus christianum liberatum ex humano genere ab humano crimine per eum qui non erat in crimine quamvis esset ex genere, ut deceptor ille ab eo vinceretur genere quo vicerat crimine. Et hoc ita gestum est ut homo non extollatur, sed qui gloriatur in domino glorietur. Qui enim victus est homo tantum erat, et ideo victus est quia superbe deus esse cupiebat. Qui autem vicit et deus et homo erat, et ideo sic vicit natus de virgine quia deus humiliter, non quomodo alios sanctos regebat illum hominem sed gerebat. Hec tanta dei dona et si qua alia sunt que de hac re nobis est querere et disserere longum est, nisi verbum caro fieret nulla essent.

Capitulum decimum nonum

Hec autem omnia que pro nobis verbum caro factum temporaliter et localiter fecit et pertulit, secundum distinctionem quam demonstrare suscepimus ad scientiam pertinet non ad sapientiam. Quod autem verbum est sine tempore est et sine loco, patri coeternum et ubique totum, de quo si quisquam potest quantum potest veracem proferre sermonem, sermo erit ille sapientie. Ac per hoc verbum caro factum quod est Christus Ihesus et sapientie thesauros habet et scientie. Nam scribens apostolus ad Colossenses: Volo enim vos scire inquit quantum certamen habeam pro vobis et pro hiis qui sunt Laodicie et quicumque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda eorum copulati in caritate et in omnibus divitiis plenitudinis intellectus ad cognoscendum misterium dei quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Quatenus noverat apostolus thesauros istos, quantum eorum penetraverat et in eis ad quanta pervenerat

Col. 2.

gratis sit nosse. Ego tamen secundum id quod scriptum est unicuique autem nostrum datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie. Alii sermo scientie secundum eundem spiritum. Sed inter se distant ista hec duo ut sapientia divinis scientia humanis attributa sit rebus. utrumque agnosco in cristo et mecum omnis fidelis. Et cum lego verbum caro factum est et habitavit in nobis in verbo intelligo verum dei filium in carne agnosco verum hominis filium et utrumque simul in unam personam dei et hominis ineffabili gratie largitate coniunctum propter quod sequitur ac dicit. Et vidimus gloriam eius. gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et veritatis. Si gratiam referamus ad scientiam veritatem ad sapientiam puto nos ab illa duarum istarum rerum distinctione quam commendavimus non abhorrere. In rebus enim per tempus ortis illa summa gratia est quod homo in unitate persone coniunctus est deo. in rebus vero eternis summa veritas recte tribuitur dei verbo. Quod vero idem ipse est unigenitus a patre plenus gratie et veritatis id actum est ut idem ipse sit in rebus pro nobis temporaliter gestis cui per eandem fidem mundamur. ut eum stabiliter contemplemur in rebus eternis. Illi autem precipui gentium philosophi qui invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicere potuerunt. tamen quia sine mediatore id est sine cristo philosophati sunt quem nec venturum prophetis. nec venisse apostolis crediderunt. veritatem detinuerunt sicut de illis dictum est in iniquitate. Non potuerunt enim in his rebus infimis constituti nisi querere aliqua media per que ad illa que intellexerant sublimia pervenirent. atque ita in deceptores demones inciderunt. per quos factum est. ut mutarent gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. In talibus enim formis etiam ydola constituerunt sive coluerunt. Scientia ergo nostra cristus est. Sapientia quoque nostra idem cristus est. ipse nobis fidem de rebus temporalibus inserit. ipse de sempiternis exhibet veritatem. per ipsum pergimus. ad ipsum tendimus per scientiam ad sapientiam. ab uno tamen eodemque xpo non recedimus in quo sunt omnes thezauri sapientie et scientie absconditi. Sed nunc de scientia loquimur. post de sapientia quantum ipse donaverit locuturi. Nec ista duo sic accipiamus quasi non liceat dicere vel istam sapientiam que in rebus humanis est. vel illam scientiam que in divinis. loquendi enim latiore consuetudine utraque sapientia. utraque scientia dici potest. nullo modo tamen scriptum esset apud apostolum. alii datur sermo sapientie. alii sermo scientie nisi et proprie singulis nominibus hec singula vocarentur. de quorum distinctione nunc agimus. Iam itaque videmus quid sermo iste prolixus effecerit quid collegerit quo pervenerit.

Capitulum vicesimum

Beatos se esse velle. omnium hominum est. nec tamen omnium est fides qua cor mundante ad beatitudinem pervenitur. Ita fit ut per istam quam non omnes volunt ad illam tendendum est quam nemo est qui nolit beatus esse. Beatos esse se velle. omnes in corde suo vident. tantaque est in hac re nature humane conspiratio ut non fallatur homo qui hoc ex animo suo de animo conicit alieno. Denique

1 cor 12

ro 1

Col. 2

omnes id velle nos nonnisi consulti vero immortales se esse posse de-
sperant, tamen id quod omnes volunt, id est beatus nullus aliter esse possit. Vo-
lunt tamen etiam immortales esse si possint, sed non credendo quod
possint, non ita vivunt ut possint. Necessaria est ergo fides ut beati-
tudinem consequamur omnibus humanae naturae bonis, id est et animi et
corporis. Hanc autem fidem in Christo esse definitam, qui in carne resur-
rexit a mortuis non moriturus ulterius, nec nisi per illum quem-
quam liberari a diaboli dominatu per remissionem peccatorum. In cuius
diaboli partibus necesse est esse miseram et in perpetuum vitam, eandem
quoque perpetuam quae mors potius est dicenda quam vita. Eadem fides
est de qua et in hoc libro sicut potui pro spatio temporis disputa-
vi, cum iam et in quarto libro huius operis multa de hac di-
xerimus. Sed ibi propter aliud et hic propter aliud, ibi scilicet ut ostende-
rem cur et quomodo Christus in plenitudine temporis a patre sit missus propter
eos qui dicunt eum qui misit et eum qui missus est aequales natura
esse non posse. Hic autem ad distinguendam activam scientiam a contem-
plativa sapientia. Placuit quippe velut gradatim ascendentibus
in utraque requirere apud interiorem hominem quandam sui cuiusque
generis trinitatem sicut prius apud exteriorem quaesivimus, ut ad illam
trinitatem quae deus est pro nostro modulo, si tamen vel hoc possumus,
saltem in aenigmate et per speculum contuendam exercitatiore in his
inferioribus rebus mente veniamus. Huius igitur verba fidei quisquis in
solis vocibus memoriae commendaverit nesciens quid significent, sicut
solent qui graece nesciunt verba graeca tenere memoriter vel la-
tina similiter vel cuiuscumque alterius linguae qui eius ignari
sunt, nonne habet quandam in animo suo trinitatem? Quia et in memoria
sunt illi verborum soni etiam quando inde non cogitat, et inde formatur
acies recordationis eius quando de his cogitat, et voluntas re-
cordantis atque cogitantis utrumque coniungit. Nullo modo tamen di-
xerimus istum, cum hoc agit, secundum trinitatem interioris hominis agere, sed
potius exterioris, quia id solum meminit et quando vult, quantum vult
intuetur quod ad sensum corporis pertinet qui vocatur auditus, nec aliud
quam corporalium rerum, id est sonorum, tali cogitatione imagines versat. Si
autem quod verba illa significant teneat et recolat, iam quidem aliquid
interioris hominis agit. Sed nondum putandus vel dicendus est
vivere secundum interioris hominis trinitatem si ea non diligit quae ibi praedicantur,
praecipiuntur et promittuntur. Potest enim etiam ad hoc tenere et cogitare ut
falsa esse existimans conetur etiam redarguere. Voluntas ergo illa
quae ibi coniungit ea quae memoria tenebantur et ea quae inde
in acie cogitationis impressa sunt, implet quidem aliquam trinitatem
cum ipsa sit tertia. Sed non secundum eam vivitur cum illa quae cogitantur
velut falsa non placent. Cum enim vera esse creduntur et quae ibi dili-
genda sunt diliguntur, iam secundum trinitatem interioris hominis vivitur.

Secundum hec enim vivit quisque quod diligit. Quomodo autem diligatur quod
nescitur sed tamen creditur iam quod ista sit et in superioribus libris
et multum nemo diligere quod penitus ignorat. Ex hiis tamen que
nota sunt diligi que diliguntur ignota. Nunc librum istum ita
claudimus ut amoneamus quod iustus ex fide vivit que fides per Abacuk 2.
dilectionem operatur ita ut virtutes quoque ipse quibus prudenter fortiter tem-
peranter iusteque vivitur omnes ad eandem referantur fidem. Non
enim aliter vere poterunt esse virtutes. Que tamen in hac vita non va-
lent tantum ut aliquando non sit hic necessaria qualiumcumque remissio
peccatorum que non fit nisi per eum qui sanguine suo vicit principem
peccatorum. Ex hac fide et tali vita quecumque notiones sunt in animo
fidelis hominis cum memoria continentur et recordatione inspiciuntur et
voluntati placent reddunt quandam sui generis trinitatem. Sed ymago
dei de qua in eius adiutorio post loquemur nondum in ipsa
est quod tunc melius apparebit cum demonstratum fuerit ubi sit quod
in sequenti volumine lector expectet. Explicit tercius decimus liber.

Incipiunt capitula quarti decimi libri Augustini de trinitate.

Que sit hominis vera sapientia. De fide que licet ad eterna per-
ducat temporalis tamen est et cum ad eternitatem ventum fuerit ces-
sabit. Quomodo illud sit anima in qua dei ymago perpetua et
rationalis. Quomodo illud sit anima in qua dei ymago perpetua est
et etiam species trinitatis. Quod anima etiam deformis et misera
dei ymaginem amittere non possit. An etiam parvulorum
mentes nosse se possint. Quomodo mens hominis sine cogitatione
sibi conspicua esse non possit. Quod aliud sit aliquid non nosse
aliud non nisi cogitari. De principali mentis in qua intu-
enda est ymago summe trinitatis. An virtutes quibus ad e-
ternitatem tenditur desistere sint cum ad eterna perduxerint. De
cognoscibilibus temporalibus quorum alia cognitionem nostram precedunt
alia non precedunt. An semper memoria sit preteritorum rerum. An vero
etiam presentium. Quia facultate mens rationalis obtineat ut
in ea dei ymago resplendeat. De trinitate in deum tamen
mea dei ymago resplendeat. De remissione in deum tamen
semper capax est mentis natura. Quod etiam prava mens nec
memoria sui careat nec cognitione nec amore. De mutabi-
litate mentis humane qua fit ut sic misera sit et beata pos-
sit esse et misera. De reformatione mentis ad ymaginem
dei et quibus modis spiritus appellatio diversis assignatur naturis.
Quomodo sit inter generationem baptismi et renovationem qua proficit
et de die in diem in agnitione dei. Posse etiam hominem corpo-
re ad ymaginem dei accipi secundum quod verbum caro factum est cuius in mor-
tali omnes sancti conformabuntur. Quia sine parte hominis ad ymagi-
nem et similitudinem dei factus sit ad quam proficiendo renovatur.

Incipit quartus decimus liber. Capitulum primum.

Nunc de sapientia nobis est disserendum non de illa dei que procul
dubio deus est Nam sapientia dei filius eius unigenitus dicitur
Sed loquimur de hominis sapientia vera tamen que secundum deum est
et verus et precipuus cultus eius est que uno nomine theosebia gre-
ce appellatur Quod nomen nostri sicut iam commemoravimus volentes
uno eodemque et ipsi nomine interpretari pietatem dixerunt Cum pie-
tas apud grecos eusebia vulgatius nuncupetur Theosebia vero
quia uno verbo perfecte non potest melius interpretatur duobus ut
dicatur dei cultus potius Hanc esse hominis sapientiam quod et in
XII° huius operis volumine iam posuimus Scripture sancte auctoritate mo-
stratur In libro servi dei Iob legitur dei sapientia dixisse homini Ecce
pietas est sapientia Abstinere autem a malis est scientia Sive etiam ut
non nulli de greco epistemen interpretati sunt disciplina que utique
a discendo nomen accepit Unde et scientia dici potest Ad hoc enim quequi
res discitur ut sciatur Quamvis alia notione in rebus quas pro peccatis
suis quisque patitur ut corrigatur dici soleat disciplina Unde
est illud in epistola ad hebreos Quis enim est filius cui non dat
disciplinam pater eius Et illud evidentius in eadem Omnis vero discipli-
na ad tempus non gaudii videtur esse sed tristicie postea vero fructum
pacificum his qui per eam exercitati sunt reddet iusticie Deus ergo ipse
summa sapientia cultus enim dei sapientia est hominis de qua loquimur Nam
sapientia huius mundi stulticia est apud deum Secundum hanc itaque
sapientiam que dei cultus est ait sancta scriptura Multitudo sapientium
sanitas est orbis terrarum Sed si de sapientia disputare sapientium est
quid agemus Numquid nam profiteri audebimus sapientiam ne sit nostra
de illa impudens disputatio Nonne terrebimur exemplis pitagore
qui cum ausus non fuisset sapientem profiteri philosophum potius id est amatorem
sapientie se respondit a quo id nomen exortum ita deinceps posteris pla-
cuit ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque
vel sibi vel aliis videretur excellere non nisi philosophus vocaretur An ideo
sapientem profiteri aliquem hominem nullus audebat quia sine ullo peccato
putabat esse sapientem Hoc autem scriptura nostra non dicit que dicit Argue
sapientem et amabit te Profecto enim qui iudicat hunc peccatum habere cen-
set arguendum Sed ego ne sic quidem sapientem me audeo pro-
fiteri Satis est mihi quod etiam ipsi negare non possunt esse etiam philosophi id est amato-
ris sapientie de sapientia disputare Non enim hoc illi facere destiterunt
qui se amatores sapientie potius quam sapientes esse professi sunt Dis-
putantes autem de sapientia diffinierunt eam dicentes Sapientia est di-
vinarum humanarumque rerum scientia Unde ego in libro superiore utrarumque rerum
cognitionem id est divinarum atque humanarum et sapientiam et scientiam dici posse
non tacui Verum secundum hanc distinctionem qua dixit apostolus Alii datur
sermo sapientie alii sermo scientie ista diffinitio dividenda est ut rerum di-
vinarum scientia sapientia proprie nuncupetur humanarum autem proprie scientie nomen
obtineat De qua volumine XIII disputavi non utique quidquid

Sapie. 6.

sciri ab homine potest in rebus humanis ubi plurimum supervacue va-
nitatis et noxie curiositatis est huic scientie tribuens, sed illud tantummodo
quo fides saluberrima que ad veram beatitudinem ducit gignitur
nutritur defenditur et roboratur. Qua scientia non pollent fideles
plurimi quamvis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantum-
modo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam que
non nisi eterna est. Aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum et piis
opituletur et contra impios defendatur quam proprio appellare voca-
bulo scientiam videtur apostolus. De qua cum primo loquerer ipsam pri-
mo fidem commendare curavi ab eternis temporalia breviter ante di-
stinguens atque ibi de temporalibus disserens. Eterna vero in hunc librum
differens etiam de rebus eternis fidem temporalem quidem et temporaliter
in credencium cordibus habitare necessariam tamen propter adipiscenda eterna
eterna esse monstravi. Fidem quoque de temporalibus rebus quas pro no-
bis eternus fecit et passus est in homine quem temporaliter gessit at-
que ad eterna provexit ad eamdem eternorum adepcionem prodesse disse-
rui virtutes quoque ipsas quibus in hac temporali mortalitate prudenter fortiter
temperanter iusteque vivitur nisi ad eamdem temporalem fidem que tamen ad eterna
perducit referantur veras non esse virtutes. Capitulum Secundum.

Quapropter cum scriptum sit Quamdiu sumus in hoc corpore peregrinamur
a domino per fidem enim ambulamus non per speciem profecto quam-
diu iustus ex fide vivit quamvis secundum interiorem hominem vivat licet
et per eamdem temporalem fidem ad veritatem nitatur et tendat ad eterna tamen in
eiusdem fidei temporalis retentione contemplatione dilectione non dum talis
est trinitas ut dei ymago iam dicenda sit ne in rebus temporalibus
constituta videatur que constituenda est in eternis. Mens quippe humana
cum fidem suam videt qua credit quod non videt non aliquid sempi-
ternum videt. Non enim semper hoc erit quod utique non erit cum ista
peregrinatione finita qua peregrinamur a domino ut per fidem ambula-
re necesse sit species illa successerit per quam videbimus facie ad fa-
ciem sicut nunc non videntes tamen quia credimus videre merebimur
atque ad speciem nos per fidem perductos esse gaudebimus neque
enim fides iam erit qua credantur que non videntur sed spe-
cies qua videantur que credebantur. Tunc ergo et si vite huius mor-
talitatis transacte meminerimus et credidisse nos aliquando que non
videbamus memoriter recolemus in preteritis atque transactis depu-
tabitur fides ista non in presentibus rebus semperque manentibus ac
per hoc etiam trinitas ista que nunc in eiusdem fidei presentis et
manentis memoria contuitu dilectione consistit tunc transacta et
preterita reperietur esse non permanens. Ex quo colligitur ut si iam
ymago dei est ista trinitas etiam ipsa non in eis que semper
sunt sed in rebus sit habenda transeuntibus. Capitulum tercium.

Absit enim cum anime natura sit immortalis nec ab initio quo creata
est umquam deinceps esse desistat id quo nichil melius habet
non cum eius immortalitate perduret. Quid vero melius in eius

nā ē creatura quā q̄ ad sui creatoris ymaginē facta ē nō igit̃ in
fidei retentōe · ꝯtemplatōe dilcōe · que nō erit sp̄ · sed ī ea que
semp erit invenienda ē quā dū optat ymaginē dei mēn
ad hoc vtiā se res hēant aliquanto diligentius atq; obscurius:
obstrusius pscrutabimur dicā enī plt non ṗuc istam trinitatē
etiā cū fides ipa trāsierit quia sicut nūc eam · et memoria tene
mus et cogitatōe cernimꝰ et volūtate diligimus ita etiā tūc
cū eam nos hūisse · memoria tenebimus et recolemus et hoc
vtrūq; tcia volūtate iūgemus Eadē trinitas pmanebit :
qm si nllm i nobis qsi vestigiū trāsiens reliquerit pfecto nec
in memoria nrā · eius aliqd habebimus quo recurramus eam p
teritā recordantes atq; id vtrūq; intentōe tcia copulantes
et qd erat scz i memoria · nō inde cogitātibus nobis et quod
inde cogitatōe format̃ Sed qui hoc dicit nō discernit aliā
nūc esse trinitatē quā p̄ntē fidē tenemus · videmus amamꝰ i no
bis aliā tūc futurā quā nō ipam sed eius ymaginariā velut
vestigiū i memoria recōditū recordatōe cōtuebimur · et duo ·
hec i · qd erat i memoria retinentes et qd inde imprimit̃ i acie re
cordatōis · tcia volūtate iūgemus Quod ut possit intelligi
sumamꝰ exemplū de corporalibus rebus de quibus i libro xiᵒ sa
tis locuti sumus Nempe ab inferioribus ad superiora ascendentes
vel ab exterioribus ad interiora ingredientes pimā repimus trinitatē
in corpe qd videt̃ et acie videntis · que cū videt et inde for
mat̃ et in volūtatis intentōe vtrūq; ꝯiungit · Huic trinitati
slem constituamꝰ cū fides q nūc inest nobis · tanq̄ corpꝰ id
in loco ita in nrā memoria cōstituta ē de qua īformat̃ cogi
tatio recordantis · sicut ex illo corpe acies cōtuentis quibꝰ
duobꝰ ut trinitas impleat̃ annectitur tcia volūtas · q fidem
in memoria cōstitutā et quādā eius effigiem i cōtuitu recor
datōnis impressā cōnectit et iungit sicut i illa trinitate cor
poralis visionis formā corporis qd videtur et cōformatōe q̄
fit in cernentis aspectu cōiungit intentio volūtatis Faciamꝰ ergo
corpꝰ id qd cernebat̃ interisse dilapsū nec eius remansisse
aliquid i illo loco ad qd videndū recurrat aspectus Nūqd q
ymagoᵒ rei corporalis iā trāsacte atq; p̄tite remanet i memoria
vnde īformet̃ cogitantis obtutus atq; illud vtrūq; tcia
volūtate iūgat̃ · eadem trinitas ēē dicenda est · que fuerat
qn̄ species in loco positi corporis videbat̃ Nō vtiq; sed prorsus a
lia Nam p̄ter qd illa erat extrinsecus · hec intrinsecus illā pfecto
faciebat species p̄ntis corporis · hanc ymago p̄titi Sic et in hac
de qua nūc agimus et pp̄t quā putavimus adhibendū id
exemplū fides que nūc i aīo est · velud illud corpus i loco dum
tenet̃ aspicit̃ amat̃ · quādā efficit trinitatē sed nō ipa erit
quādo fides hec in aīo sicut corpꝰ illud in loco iam non erit
Que vero tūc erit qn̄ eam recordabimꝰ i nobis fuisse non

esse oblita profecto erit. Hanc enim que modo est faciet res ipsa preteritis et abo-
cedentibus affixa. Sed illam que tunc erit faciet rei preterite yma-
ginatio in recordantis memoria derelicta. Nec illa igitur trinitas que
nunc non est ymago dei erit. nec ista ymago dei est que tunc
non erit. Sed ea est invenienda in anima hominis id est rationali sive intellec-
tuali ymago creatoris que immortaliter immortalitati eius est insita.

Nam sicut ipsa immortalitas anime secundum quendam modum. Cap iiij
dicitur. habet quippe et anima mortem suam. cum vita beata
caret. que vita vere anime vita dicenda est. Sed immortalis
ideo nuncupatur quia qualicumque vita etiam cum miserrima est. numquam
desinit vivere. ita quamvis ratio vel intellectus nunc in ea sit sopitus
nunc parvus nunc magnus appareat. numquam nisi rationalis vel in-
tellectualis est anima humana. ac per hoc si secundum hoc facta est ad yma-
ginem dei quod utique ratione atque intellectu ad intelligendum atque con-
spiciendum deum potest profecto ab initio quo esse cepit ista tam magna
et mira natura sive ita absoleta sit hec ymago ut pene nulla
sit sive obscura atque deformis sive clara et pulchra sit semper
est. Denique deformitatem dignitatis eius miserans divina scrip-
tura. quamquam inquit in ymagine ambulat homo tamen vane conturbatur.
thezaurizat et nescit cui congregabit ea. Non itaque vanitatem yma-
gini dei tribueret nisi deformem cerneret factam. nec tantum valere illam
deformitatem ut auferat quod ymago est. satis ostendit dicendo
quamquam in ymagine ambulat homo. Quapropter ex utraque parte ve-
raciter pronunciari potest ista sententia. ut quemadmodum dictum est quamquam
in ymagine ambulat homo tamen vane conturbatur. ita dicatur quamvis
vane conturbatur tamen in ymagine ambulat. Quamquam enim magna
natura sit. tamen viciari potuit quia summa non est. Et quamquam vi-
ciari potuit quia summa non est. tamen quia summe nature capax est
et esse particeps potest magna natura est. Queramus igitur in hac yma-
gine dei quandam sui generis trinitatem adiuvante ipso qui nos fecit
ad ymaginem suam. Non enim aliter possumus hec salubriter vestiga-
re et secundum sapientiam que ab illo est aliquid invenire. Sed ea que
in superioribus libris et maxime in decimo de anima humana vel mente di-
ximus si lectorum vel memoria teneantur atque recolantur vel diligen-
tia in eisdem locis in quibus conscripta sunt recenseantur non hic desi-
derabit prolixiorem de re tanta inquisitionis sermonem. Diximus enim
in libro decimo hominis mentem nosse semetipsam. Nichil enim
tam novit mens quam id quod sibi presto est et alia quantum satis visum est adhibuimus documenta quibus hoc certissime probaretur.

Quid itaque dicendum est de infantis mente ita adhuc Cap v
parvuli et in tam magna demersi rerum ignorantia
ut illius mentis tenebras mens hominis que aliquid novit ex-
horreat. an etiam ipsa se nosse credenda est. sed intenta nimis
in eas res quas per corporis sensus tanto maiore quanto novi-
ore cepit delectatione sentire non ignorare se potest sed cogitare se non potest

Cernitur porro intentio in ista que foris sunt sensibilia ferri. Vel hoc
solum conici potest quod lucis sensum habeant, sic audiendi est ut si quis
piam cantaverit aut vocem ediderit quid inde possit attendere. Nocturnum
lumen ponitur ubi iacet infans in ea parte ad quam iacentis oculi
possint retorqueri nec cervicem possit inflectere. Sic eius inde non
removetur aspectus ut non nullos ex hoc etiam strabones fieri noverimus
eam formam tenentibus oculis quam teneris et mollibus consue-
tudo quodam modo infixit. Ita et in alios corporis sensus quantum il-
lam illa etas intentionem se cum coartatam animi parvulorum ut quod
per carnem offendit aut allicit hoc solum abhorreant vel
appetant. Sua vero interiora non cogitant nec possunt
admoneri ut hoc faciant, quia nondum admonentis signa noverunt
ubi precipuum locum verba obtinent que sicut alia prorsus nesciunt.
Quod autem aliud sit non se nosse, aliud non se cogitare, iam in
eodem volumine ostendimus. Sed hanc etatem omittamus que
nec interrogari potest quid in se agatur et nos ipsi eius valde obli-
ti sumus. Hinc tantum certos nos esse sufficiat quod cum homo de animi sui
natura cogitare potuerit atque invenire quod verum est, alibi non in-
veniet quam penes seipsum. Inveniet autem non quod nesciebat,
sed unde non cogitabat. Quid enim scimus si quod est in nostra mente
nescimus, cum omnia que scimus non nisi mente scire possimus. Capitulum VI

Tanta est tamen cogitationis vis ut nec ipsa mens quodammodo
se in conspectu suo ponat nisi quando se cogitat. Ac per hoc
ita nihil in conspectu mentis est nisi unde cogitatur ut nec ipsa
mens qua cogitatur quidquid cogitatur aliter possit esse in con-
spectu suo nisi seipsam cogitando. Quomodo autem quando se non cogi-
tat in conspectu suo non sit cum sine seipsa numquam esse possit,
quasi aliud sit ipsa, aliud conspectus eius, invenire non possum.
Hoc quippe de oculo corporis non absurde dicitur. Ipse quippe
oculus loco suo fixus est in corpore, aspectus autem eius in ea que
extra sunt tenditur et usque in sidera extenditur. Nec est oculus in
conspectu suo quandoquidem non conspicit seipsum nisi speculo ob-
iecto unde iam locuti sumus, quod non fit utique quando se mens in suo
conspectu sui cogitatione constituit. Numquid ergo alia sui parte alia
sua partem videt cum se conspicit cogitando sicut aliis mem-
bris nostris qui sunt oculi alia nostra membra conspicimus que
in nostro possunt esse conspectu? Quid dici absurdius vel senti-
ri potest? Unde igitur aufertur mens nisi a seipsa, et ubi ponitur
in conspectu suo nisi ante seipsam? Non ergo ibi erit ubi erat
quando in conspectu suo non erat, quia hic posita inde sublata est. Sed
si conspicienda migravit, conspectura ubi manebit? An quasi ge-
minatur ut et illic sit et hic, id est, et ubi conspicere et ubi conspici
possit, ut in se sit conspiciens, ante se conspicua? Nichil horum
nobis veritas consulta respondet, quoniam quando isto modo cogitamus

non nisi corporum ymagines fictas cogitamus quod mente non esse
paucis certissimum est mentibus a quibus potest de hac veritas
consuli. proinde restat ut aliquid pertinens ad eius naturam sit con-
spectus eius. etiam quando se cogitat non quasi per loci spacium sed in-
corporea conversione revocetur. Cum vero non se cogitat non sit
quidem in conspectu suo nec de illa suus formetur obtutus sed tamen
noverit se tamquam ipsa sit sibi memoria sui sicut multarum discipli-
narum peritus ea que novit eius memoria continentur nec est
inde aliquid in conspectu mentis eius nisi unde cogitat cetera
in archana quadam notitia sunt recondita que memoria nun-
cupatur. Ideo trinitatem sic commendabamus ut illud unde formatur
cogitantis obtutus in memoria poneremus ipsam vero conformationem
tamquam ymaginem que inde imprimitur et id quo utrumque con-
iungitur amorem seu voluntatem. Mens igitur quando cogitatione se con-
spicit intelligit se et recognoscit. gignit ergo hunc intel-
lectum et cognitionem suam. res quippe incorporea intellecta conspicitur
et intelligendo cognoscitur. nec ita sane gignit istam notitiam
suam mens quando cogitando intellectam se conspicit tamquam
sibi ante incognita fuerit sed ita sibi nota erat quemadmodum
note sunt res que memoria continentur etiam si non cogitentur. Cum di-
cimus hominem nosse litteras etiam cum de aliis rebus non litteris non
cogitat. Hec autem duo gignens et genitum dilectione tertia copu-
lantur que nichil est aliud quam voluntas fruendum appetens
vel tenens. Ideo ergo etiam illis tribus nominibus insinuandam me-
ntis putavimus trinitatem memoria intelligentia et voluntate. Sed
quoniam mentem semper sui meminisse semperque se ipsam intelligere et
amare quamvis non semper se cogitare discretam ab eis que non
sunt quod ipsa est eiusdem decimi libri fine diximus. Requiren-
dum est quonam modo ad cogitationem pertineat intellectus noti-
tia vero cuiusque rei que inest menti etiam quando non de se ipsa
cogitatur ad solam dicatur memoriam pertinere. Si enim hoc ita est
non habebat hec tria ut et sui meminisset et se intelligeret et ama-
ret. sed meminerat sui tantum et postea cum cogitare se cepit tunc
se intellexit atque dilexit. Capitulum VII

Quapropter diligentius
consideremus exemplum quod adhibuimus ut ostenderetur aliud
esse rem quamque non nosse aliud non cogitare. fieri quoque posse ut
noverit homo aliquid quod non cogitat quando aliunde non inde cogi-
tat. Duarum ergo vel plurium disciplinarum peritus quando unam cogi-
tat alia vel alias etiam si non cogitat novit tamen. Sed numquid
recte possumus dicere. Iste musicus novit quidem musicam sed nunc
eam non intelligit quia non eam cogitat. intelligit autem nunc ge-
ometricam hanc enim nunc cogitat. Absurda est quantum apparet ista
sententia. Quid etiam illa si dicamus Iste musicus novit quidem mu-
sicam sed nunc eam non amat quando non eam cogitat. amat

aut nunc geometriam qui nunc ipsam cogitat nomine pluraliter absurdum est. rectissime vero dicimus iste qui perperam de geometria disputat etiam perfectus est in musica nouit enim et meminit eius discipline et intelligit et diligit eam Sed quamuis eam nouerit et tamen nunc illam non cogitat quoniam geometriam de qua disputat. cogitat. Hinc admonemur nobis esse in abdito mentis quarundam rerum quasdam notitias et tunc quodammodo procedere in medium atque in conspectu mentis velut apertius constitui quando cogitantur. tunc enim se ipsa mens et meminisse et intelligere et amare inuenit etiam unde non cogitabat quando aliud cogitabat Sed unde diu non cogitauimus et unde cogitare nisi commoniti non valemus id nos nescio quo eodem quasi miro modo si potest dici scire nescimus Denique recte ab eo qui commemorat ei quem commemorat dicitur scis hoc sed scire te nescis . commemorabo et inuenies te scientem. quod te nescire putabas id agunt et littere que de his rebus conscripte sunt quas res duce ratione veras inuenit esse lector. non quas veras esse credit ei qui scripsit sicut legitur hystoria Sed quas veras esse etiam ipse inuenit siue apud se siue in ipsa mentis duce veritate. Qui vero nec admonitus valet ista contueri. magna cecitate cordis tenebris ignorantie demersus est altius et mirabiliore diuina ope indiget ut possit ad veram sapientiam peruenire propter hoc itaque volui de cogitatione adhibere qualecumque documentum quo posset ostendi quomodo ex his que memoria continetur recordantis acies informetur; et tale aliquid gignatur ubi homo cogitat. quale in illo erat. ubi ante cogitationem meminerat quia facilius dinoscitur. quod tempore accedit et ubi parens prolem spatio temporis antecedit Nam si nos referamus ad interiorem mentis memoriam qua sui meminit et interiorem intelligentiam qua se intelligit et interiorem voluntatem qua se diligit ubi hec tria semper simul sunt et simul fuerunt ex quo esse ceperunt. siue cogitarentur siue non cogitarentur videbitur quidem ymago illius trinitatis et ad solam memoriam pertinere Sed quia ibi verbum esse sine cogitatione non potest Cogitamus enim omne quod dicimus etiam interiore illo verbo quod ad nullius gentis pertinet linguam in tribus illis potius ista ymago cognoscitur memoria scilicet intelligentia et voluntate Hanc autem nunc dico intelligentiam qua intelligimus cogitantes. id est quando eis repertis que memorie presto fuerunt sed non cogitabantur. cogitatio nostra formatur et eam voluntatem siue amorem vel dilectionem que istam prolem parentemque coniungit et quodammodo utrisque communis est Hinc factum est ut etiam etiam per exteriora sensibilia. que per oculos carnis videntur legentium ducerem

tarditate in xi scilicet libro atque inde cum eis ingrederer ad hominis
interioris eam potentiam qua ratiocinatur de temporalibus rebus dif-
ferens illam principaliter dominantem qua contemplatur eterna
atque id duobus voluminibus egi / xij° utrumque discernens quorum
unum est superius alterum inferius quod superiori subditum esse
debet Tertiodecimo autem de munere inferioris quo humanarum rerum
scientia salubris continetur ut in hac temporali vita id agamus
quo consequamur eternam quanta potui veritate ac brevitate
disserui / cum quidem rem tam multiplicem atque copiosam mul-
torum atque magnorum disputationibus multis magnisque celebra-
tam uno sane volumine inclusi ostendens etiam in ipsa trini-
tatem Sed nondum que dei sit ymago dicenda [Cap viij]

Nunc vero ad eam iam pervenimus disputationem ubi prin-
cipale mentis humane quo novit deum vel potest nosse
considerandum suscepimus ut in eo reperiamus ymaginem dei Quam-
vis enim mens humana non sit eius nature cuius est deus yma-
go tamen nature illius qua natura melior nulla est ibi querenda et in-
venienda in nobis quo etiam natura nostra nichil habet melius Sed
prius mens in se ipsa consideranda est antequam sit particeps dei
et in ea reperienda est ymago eius Diximus enim eam etsi
amissa dei participatione obsoletam atque deformem dei tamen
ymaginem permanere Eo quippe ipso ymago eius est quo
eius capax est eiusque esse particeps potest quod tam magnum
bonum nisi per hoc quod ymago eius est non potest Ecce ergo mens
meminit sui intelligit se et diligit se hoc si cernimus trinita-
tem nondum quidem deum sed ymaginem dei Non forinsecus
accipit memoria quod teneret nec foris invenit quod aspi-
ceret intellectus sicut corporis oculus Nec ista duo velut
formam corporis et eam que inde facta est in acie contuentis
voluntas foris iunxit nec ymaginem rei que foris visa est
quodammodo rapta et in memoria recondita cogitatio cum ad eam
converteretur invenit et deinde informatus est recordantis obtu-
tus iungente utrumque tercia voluntate sicut in eis ostendebamus
trinitatibus fieri que in rebus corporalibus reperiebantur vel ex corporibus
per sensum corporis introrsus quodammodo trahebantur de quibus omnibus in li-
bro xi° disseruimus nec sicut fiebat vel apparebat cum de illa
scientia disseremus iam in hominis interioris operibus constituta que
distinguenda fuit a sapientia unde que sciuntur velut adventicia
sunt in animo sive cognitione historica illata ut sunt facta et dicta
que tempore peraguntur et transeunt vel in natura rerum suis locis et regio-
nibus constituta sunt sive in ipso homine que non erant oriuntur
aut alijs docentibus aut cogitationibus propriis sicut fides quam plurimum te
in libro xiij° commendavimus sicut virtutes quibus si vere sunt in hac mortali

io bene vivitur ut beate in illa que divinitus promittitur in qua
nobis trinitas memorie visionis et amoris facilius appa-
rebit. Nam quedam eorum prevenit cognitionem discentium. Sunt
enim cognoscibilia et antequam cognoscantur, suique cognitionem
in discentibus gignunt. Sunt autem vel in locis suis vel que tempore
preterierunt quamvis que preterierunt non ipsa sint sed eorum quedam
signa preteritorum quibus visis vel auditis cognoscantur fuisse
atque transisse. Que signa vel in locis ita sunt sicut monimenta
mortuorum et quecumque similia, vel in litteris fide dignis
sicut est omnis gravis et approbande auctoritatis hystoria, vel
in animis eorum qui eam iam noverant. Eis quippe iam
nota et aliis utique sunt noscibilia quorum scientiam prevenit, et qui
ea nosse illis quibus nota sunt docentibus possunt. Que omnia et
cum discuntur quandam faciunt trinitatem specie sua que noscibilis
fuit etiam antequam nosceretur, eique adiuncta cognitione discentis
que tunc esse incipit cum discit, ac tertia voluntate que utrumque
coniungit. Et cum cognita fuerint, alia trinitas, dum recoluntur, fit
iam interius in animo ipso ex his imaginibus que cum discerentur sunt
impresse in memoria, et informatione cogitationis aspectum ad ea
convertentis recordantis affectum, et ex voluntate que tertia duo ista
coniungit. Ea vero que oriuntur in animo ubi non fuerunt, sicut fides
et cetera huiusmodi, etsi adventicia videntur cum doctrina inseruntur,
non tamen foris posita vel foris peracta sunt sicut illa que creduntur,
sed intus omnino in ipso animo esse ceperunt. Fides enim non est quod
creditur sed qua creditur; illud quod creditur, illa conspicitur. Tamen quia
esse cepit in animo qui iam erat animus antequam in illo ista
esse cepisset, adventicium quiddam videtur, et in preteritis habebitur quando
succedente specie ipsa esse desistit. Aliamque nunc trinitatem facit
per suam presentiam retenta conspecta dilecta; aliam tunc faciet
per quoddam sui vestigium quod in memoria preteriens dereliquerit, si-
cut iam supra dictum est. Capitulum nonum

Utrum autem tunc etiam virtutes quibus in hac mortali vite bene
vivitur, quia et ipse incipiunt esse in animo qui cum sine illis
prius esset tamen animus erat, desinant esse cum ad eterna perduxerint,
nonnulla questio est. Quibusdam enim visum est desituras, et de tribus
quidem, prudentia, fortitudine, temperantia, cum hoc dicitur, non nichil
dici videtur; iusticia vero immortalis est, et magis tunc perficietur
in nobis quam esse cessabit. De omnibus tamen quatuor magnus auctor
eloquentie Tullius in Hortensio dialogo disputans: Si nobis, inquit, cum ex
hac vita migraverimus in beatorum insulis immortale evum,
ut fabule ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia cum
iudicia nulla fierent, aut ipsis etiam virtutibus? Nec enim forti-

existimemus nullo proposito aut labore a periculo nec iustitia cum ibi nihil quod appetatur alienum, nec temperantia quae regat eas quae nullae essent libidines, nec prudentia cum existimemus nullo delectu proposito bonorum et malorum. Una igitur beati essemus cognitione naturae et scientia quae sola deorum etiam est vita laudanda. Ergo intelligi potest cetera necessitatis esse, unum hoc voluntatis. Ita ille tantus orator cum philosophiam praedicaret recolens ea quae a philosophis receperat et praeclare ac suaviter explicans in hac tantum vita quam videmus aerumnis et erroribus plenam omnes quattuor necessarias dixit esse virtutes, nullam vero earum cum ex hac vita emigraverimus si liceat ibi vivere ubi vivitur beate. Sed bonos animos sola beatos esse cognitione et scientia, hoc est contemplatione naturae, in qua nihil est melius atque amabilius ea natura quae creavit omnes ceteras instituitque naturas. Cui regenti esse subditum si iustitiae est, immortalis est omnino iustitia nec in illa esse beatitudine desinet sed talis ac tanta erit ut perfectior et maior esse non possit. Fortassis et aliae tres virtutes sine ullo iam periculo errorum, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperantia sine repugnatione libidinum erunt in illa felicitate, ut prudentiae sit nullum bonum deo praeponere vel aequare, fortitudinis ei firmissime cohaerere, temperantiae nullo defectu noxio delectari. Nunc autem quod agit iustitia in subveniendo miseris, quod prudentia in praecavendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in coercendis delectationibus pravis non erit ibi omnino ubi nihil omnino mali erit. Ac per hoc ista virtutum opera quae huic mortali vitae sunt necessaria sicut fides ad quam referenda sunt in praeteritis habebuntur, et aliam nunc faciunt trinitatem cum ea praesentia tenemus aspicimus amamus, aliam tunc factura sunt cum ea non esse sed fuisse per quaedam eorum vestigia quae praetereundo in memoria derelinquent reperiemus, quia et tunc trinitas erit cum illud qualecumque vestigium et memoriter retinebitur et agnoscetur veraciter et hoc utrumque tertia voluntate iungetur. Capitulum X.

In notitiam istarum quas commemoramus temporalium rerum scientia quaedam cognoscibilia cognitionem interpositione temporis antecedunt sicut sunt ea sensibilia quae iam erant in rebus antequam cognoscerentur, vel ea omnia quae per historiam cognoscuntur. Quaedam vero simul esse incipiunt, velut si aliquid visibile quod omnino non erat ante nostros oculos oriatur, cognitionem nostram utique non praecedit; aut si aliquid sonet ubi adest auditor, simul profecto incipiunt esse simulque desinunt et sonus et eius auditus. Verumtamen sive tempore praecedentia sive simul esse incipientia cognoscibilia cognitionem gignunt, non cognitione gignuntur. Cognitione vero facta cum ea quae cognovimus posita in memoria recordatione revisuntur, quis non videat priorem esse tempore in memoria retentionem quam in recordatione visionem et huius

utriusque tertia voluntate iunctione Porro autem in mente non sic
est neque enim adventicia sibi ipsa est quasi ad se ipsa que iam
erat venit aliunde eadem ipsa que non erat aut non aliunde
venit sed in se ipsa que iam erat nata sit ea ipsa que non
erat sicut que iam erat oritur fides que non erat aut post
cognitionem sui recordando se ipsam velut in memoria sua consti-
tuta videt quasi non ibi fuerit antequam se ipsa cognosceret cum
profecto ex quo esse cepit numquam sui meminisse numquam se intelligere
numquam se amare destitit sicut iam ostendimus ac per hoc cum
ad se ipsam cogitatione convertitur fit trinitas in qua iam et verbum
possit et intelligi formatur quippe ex ipsa cogitatione vo-
luntate utrumque coniungente

Capitulum undecimum

Si ergo magis agnoscenda est imago qua quoniam
Sed d. a. non est ista memoria qua mens sui meminisse
perhibetur que sibi semper est presens memoria enim preteritorum est
non presentium nam quidam cum de virtutibus agerent in quibus est etiam
Tullius in tria ista prudentiam diviserunt memoriam intelli-
gentiam providentiam memoriam scilicet preteritis intelligentiam presentibus
providentiam rebus tribuentes futuris quam non habent certam nisi
prescii futurorum quod est munus hominum nisi detur desuper ut
prophetis unde scriptura sapientie de hominibus agens Cogitationes
inquit mortalium timide et incerte providentie nostre memoria
vero de preteritis et intelligentia de presentibus certa est sed presentibus
utique incorporalibus rebus nam corporales corporalium presentes sunt
aspectibus oculorum Sed qui dicit memoriam non esse presentium
attendat quemadmodum dictum sit in ipsis secularibus litteris ubi ma-
ioris erat cure verborum integritas quam veritatis nec talia pas-
sus ulixes oblitusve sui est ythacus discrimine tanto vir-
gilius enim cum sui non oblitum diceret ulixem quid aliud intel-
ligi voluit nisi quod meminerit sui cum sibi ergo presens esset nul-
lo modo sui meminisset nisi ad res presentes memoria pertineret
quapropter sicut in rebus preteritis ea memoria dicitur qua fit ut va-
leant recoli et recordari sic in re presenti quod sibi est mens sine
absurditate dicenda est que sibi presto est ut
sua cogitatione possit intelligi et utrumque sui amore coniungi

Cap. xii

Hec igitur trinitas mentis non propterea imago
dei est quia sui meminit mens et intelligit ac di-
ligit se sed quia potest etiam meminisse et intelligere et amare
a quo facta est quod cum facit sapiens ipsa fit si autem non facit
etiam cum sui meminit seseque intelligit ac diligit stulta est me-
minerit itaque dei sui ad cuius ymaginem facta est eumque intel-
ligat atque diligat quod ut brevius dicam colat deum non factum
cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps potest propter
quod scriptum est Ecce dei cultus est sapientia et non sua luce sed summe

illius lucis participatione sapiens est atque ubi eterna ibi beata regnabit. Sic enim dicitur ista hominis sapientia ut etiam dei sit. tunc enim vera est nam si humana est vana est. verum non ita dei qua sapiens est deus sed participatione summi sapiens est sicut mens participatione dei. Sed quemadmodum etiam dicitur iusticia dei non solum illa qua ipse iustus est sed quam dat homini cum iustificat impium; quam commendans apostolus ait de quibusdam: ignorantes enim iusticiam dei et suam volentes iusticiam constituere iusticie dei non sunt subiecti. Sic enim dici de quibusdam potest: ignorantes dei sapientiam et suam volentes constituere sapientie dei non sunt subiecti. Est igitur natura non facta que fecit omnes ceteras magnas parvasque, eis quas fecit sine dubitatione prestantior, ac per hoc etiam ista de qua loquimur rationali et intellectuali que hominis mens est ad eius ymaginem facta. Illa autem ceteris natura prestantior deus est. et quidem non longe positus ab unoquoque nostrum sicut apostolus dicit adiungens: In illo enim vivimus et movemur et sumus. Quod si secundum corpus diceretur etiam de isto corporeo mundo posset intelligi, nam et in illo secundum corpus vivimus et movemur et sumus. Unde secundum mentem que facta est ad eius ymaginem debet hoc accipi excellentiore quodam eodemque non visibili sed intelligibili modo. nam quid non est in ipso de quo divinitus scriptum est: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Proinde si in ipso sunt omnia, in quo tandem possunt vivere que vivunt et moveri que moventur nisi in quo sunt. non tamen omnes cum illo sunt eo modo quo dictum est: Ego semper tecum. nec ipse cum omnibus eo modo quo dicimus: dominus vobiscum. Magna itaque hominis miseria est cum illo non esse sine quo non potest esse. In quo enim est procul dubio sine illo non est. et tamen si eius non meminit eumque non intelligit nec diligit cum illo non est. Quod autem quisque penitus obliviscitur nec commemorari ei utique potest.

Capitulum xiij

A visibilibus rebus ad hanc rem sumamus exemplum. Dicit tibi quispiam quem non recognoscis: nosti me. Et ut commoneat dicit ubi, quando, quomodo tibi innotuerit. Omnibus que adhibitis signis quibus in memoriam revoceris, si non recognoscis, ita iam oblitus es ut omnis illa noticia penitus deleta sit animo, nihilque aliud restat nisi ut ei credas qui tibi hoc dicit quod aliquando eum noveras, aut nec hoc quidem si fide dignus esse tibi loquens non videtur. Si autem reminisceris procul dubio redis in memoriam tuam et invenis in ea quod penitus non fuerat oblivione deletum. Redeamus ad illud propter quod adhibuimus humane conversationis exemplum. Inter cetera psalmus nonus: Convertantur inquit peccatores in infernum omnes gentes que obliviscuntur deum. Porro autem vicesimus primus: Commemorabuntur inquit et convertentur ad dominum universi fines terre. Non igitur sic erant oblite iste gentes deum ut eius nec commemorate recordarentur. Obliviscendo autem deum tanquam ob-

longitudo vite sue commisceatur in morte hoc est in infirmitate
Commemoratione vero convertuntur ad dominum tamquam reminiscentes re-
cordando vite cuius eos habebat oblivio Item legitur in nonagesimo
tercio Intelligite nunc qui estis insipientes in populo et stulti
aliquando sapite Qui plantavit aurem non audiet etc. His enim
dictum est quia deum non intelligendo de illo vana dixerunt C. xiiij

De dilectione enim dei plura reperiuntur in divinis eloquiis tes-
timonia Ibi enim et illa duo consequenter intelliguntur quia
nemo diligit cuius non meminit et quod penitus nescit Unde illud
est notissimum preceptum quod preceptum Diliges dominum deum tuum
Sic itaque condita est mens humana ut numquam sui non memi-
nerit numquam se non intelligat numquam non se diligat Sed
quoniam qui odit aliquem nocere illi studet non inmerito et mens
hominis quando sibi nocet odisse se dicitur Nesciens enim sibi vult
male dum non putat sibi obesse quod vult sed tamen male sibi
vult quando illud vult quod obsit sibi Unde illud scriptum est Qui di-
ligit iniquitatem odit animam suam Qui ergo diligere se no-
vit deum diligit Qui vero non diligit deum etiam si se dili-
git quod ei naturaliter inditum est tamen non inconvenienter odisse se dicitur
cum id agit quod sibi adversatur et se ipsum tamquam suus inimicus
insequitur Qui profecto est error horrendus ut cum sibi omnes prodesse
velint multi non faciant nisi quod eis perniciosissimum sit Similem
morbum mutorum animalium cum poeta describeret dicit inquit melio-
ra piis errorem quoque hostibus illum Discissos nudis laniabant den-
tibus artus Cum morbus ille corporis fuerit cur dixit errorem
nisi quia omne animal cum sibi natura conciliatum sit ut se custodiat
quantum potest Talis ille erat morbus ut ea quorum salutem appete-
bant sua membra laniabant Cum autem deum diligit mens Et
sicut dictum est consequenter eius meminit eumque intelligit recte illi de
proximo suo precipitur ut eum sicut se diligat Iam enim se non
perverse sed recte diligit cum deum diligit cuius participatione ymago
illa non solum est verum etiam a vetustate renovatur ex defor-
mitate reformatur ex infelicitate beatificatur Quamvis enim se
ita diligat ut si alterutrum proponatur malit omnia que infra se
diligit perdere quam perire tamen superiorem deserendo ad quem solum
posset custodire fortitudinem suam eo quod frui lumine suo cui can-
tatur in psalmo Fortitudinem meam ad te custodiam Et in alio Accedite
ad eum et illuminamini Sic infirma et tenebrosa facta est ut a se
quoque ipsa in ea que non sunt quod ipsa Et quibus superior est ipsa
infelicius laberetur per amores quos non valet vincere et erro-
res a quibus non videt qua redeat Unde iam deo miserante
penitens clamat in psalmis Dereliquit me fortitudo mea et
lumen oculorum meorum non est mecum Non tamen in his tantis
infirmitatis et erroris malis amittere potuit naturalem memoriam

intellectum et amorem sui / propter quod merito dici potuit eidem pre
pecius conmonitam / quamquam in ymagine dei ambulat homo tamen
vane conturbatur thezaurizat et nescit cui congregat ea Cum
enim thezaurizat nisi ymma fortitudo deseruit eum per quam deum
habens rei nullius indiget Et cur nescit cui congregabit ea
nisi quia lumen oculorum eius non est cum eo Et ideo non videt
quod veritas ait Stulte hac nocte animam tuam petunt abs te
hec que parasti cuius erunt Verumtamen quia etiam talis in ymagine
ambulat homo et habet memoriam et intellectum et amorem
sui hominis mens si ei manifestaretur quod utrumque habere non posset
et unum e duobus permitteretur eligere alterum perditurus sunt
thezauros quos congregavit aut mentem Quis usque adeo non
habet mentem ut thezauros malit habere quam mentem Thezauri
enim possunt mentem plerumque subvertere et mens que thezauris non sub-
vertitur sine ullis thezauris facilius et expedicius potest vivere Quis
vero illos thezauros nisi per mentem poterit possidere Si enim puer
infans quamvis ditissimus natus cum sit dominus omnium que
sunt iure eius nichil possidet mente sopita Quo nam
tandem modo quisquam quicquam mente amissa Sed de thezau
ris quid loquor quod eis quilibet hominum si talis optio propo-
natur malunt carere quam mente / cum eos nemo preponat / ne-
mo comparet luminibus corporis / quibus non aurum rarus quisque
homo / sed omnis homo possidet celum Per lumina enim corporis quisque
possidet quicquid libenter videt Quis ergo si tenere utrumque non
posset et alterum cogeretur amittere non thezauros quam oculos
malit Et si tamen ab eo simili condicione queratur utrum oculos
malit amittere an mentem / quis mente non videat eum
oculos malle quam mentem Mens quippe sine oculis carnis
humana est Oculi autem carnis sine mente beluini sunt Quis
porro non hominem se malit esse etiam carne cecum quam beluam
videntem / Hec dixi ut etiam tardiores quorum frontem commo-
nerentur aure in quorum oculos vel aures hec littera venerint quan-
tum mens diligat seipsam etiam infirma et errans male
diligendo atque sectando que sunt infra ipsam / diligere por-
ro seipsam non posset si se omnino nesciret id est si sui non meminisset
nec se intelligeret / qua insit ymagine dei tam potens est
ut ei cuius ymago est valeat inherere Sic enim ordinata est
naturarum ordine non locorum ut supra illam non sit nisi ille De
nique cum illi penitus adheserit unus erit spiritus Cui rei attestatur
apostolus dicens Qui enim adheret deo unus spiritus est Accedente .1. ad cor. 6.
quidem ista ad participacionem nature veritatis et beatitudinis illius
non tamen crescente illo in sua veritate et beatitudine sua In illa itaque na
tura cum feliciter adheserit immutabile videbit omne quod videt
Tunc sicut ei divina scriptura promittit / saciabitur in bonis desiderium
eius / bonis inmutabilibus ipsa trinitate deo suo cuius ymago

est Et ne usquam deinceps violetur erit in abscondito vultus eius
tanta ubertate eius impleta ut eam numquam peccare delectet. C. xv
Sed nunc quando se ipsam videt non aliquid immutabile videt
quod ideo certe non dubitat quia misera est et beata esse desiderat
nec ob aliud sperat hoc posse nisi quia muta-
bilis est. Nam si immutabilis non esset, sicut ex beata misera sic ergo
misera beata esse non posset Et quid eam fecisset miseram
sub omnipotente et bono domino nisi peccatum suum et iustitia domini
sui Et quid eam faciet beatam nisi meritum suum et premium
domini sui Sed et meritum eius gratia est illius cuius premium erit
beatitudo eius. Iustitiam sibi quippe dare non potest quam perditam
non habet Hanc enim cum conderetur homo accepit et peccando utique
perdidit Accipit ergo iustitiam propter quam accipere beatitudinem
mereatur Unde veraciter ei dicitur ab apostolo quasi de suo bono su-
perbire incipienti Quid enim habes quod non accepisti Si autem
accepisti quid gloriaris quasi non acceperis Cum autem bene recordatur
domini sui spiritu eius accepto sentit omnino quod hoc discit intimo
magisterio non nisi eius gratuito affectu posse se surgere non
nisi suo voluntario defectu cadere potuisse Non sane remi-
niscitur beatitudinis sue. Fuit quippe illa et non est eiusque ista
penitus oblita est ideoque nec commemorari potest Credit autem de
illa fide dignis litteris dei sui per eius prophetam conscriptis nar-
rantibus de felicitate paradisi atque illud primum et bonum hominis
et malum historica traditione indicantibus Domini autem dei sui
reminiscitur Ille quippe semper est nec fuit et non est nec est et non
fuit. Sed sicut numquam non erit ita numquam non erat Et ubique
totus est propter quod ista in illo et vivit et movetur et est et ideo
eius reminisci potest non quia hoc recordatur quod eum noverat in adam
aut alibi alicubi ante huius corporis vitam aut cum primum facta
est ut insereretur huic corpori nihil enim horum omnino reminiscitur quidquid
horum est oblivione deletum est Sed commemoratur ut convertatur
ad dominum tamquam ad eam lucem qua etiam cum ab illo aver-
teretur quodammodo tangebatur Nam hinc est quod etiam impii co-
gitant eternitatem et multa recte reprehendunt recteque laudant
in hominum moribus Quibus eam tandem regulis iudicant nisi
in quibus vident quemadmodum quisque vivere debeat etiam si nec
ipsi eodem modo vivant Ubi eas vident neque enim in sua natura
cum procul dubio mente ista videantur eorumque mentes constat
esse mutabiles has vero regulas immutabiles videat quisquis
eas et hoc videre potuit nec in habitu sue mentis cum ille regule
sint iustitie mentes vero eorum constet esse iniustas Ubi nam sunt iste
regule scripte ubi quid sit iustum et iniustum agnoscat ubi cernit
habendum esse quod ipse non habet Ubi ergo scripte sunt nisi in libro lucis illius

que veritas dicitur unde omnis lex iuste describitur et in cor hominis qui
operatur iusticiam non migrando sed tamquam imprimendo transfertur
sicut ymago ex anulo et in ceram transit et anulum non relinquit
Qui vero non operatur et tamen videt quid operandum sit ipse est qui
ab illa luce avertitur a qua tamen tangitur. Qui autem nec videt
quemadmodum sit vivendum excusabilius quidem peccat quia non
est transgressor legis incognite sed etiam ipse splendore aliquo-
tiens ubique presentis veritatis attingitur cum ammonitus confitetur. C xvi

Que vero commemorata convertitur ad dominum ab ea deformi-
tate qua per cupiditates seculares conformabatur huic
seculo reformatur ex illo audiens apostolum dicentem No-
lite conformari huic seculo sed reformamini in novitate mentis
vestre ut incipiat illa ymago ab illo reformari a quo for-
mata est. Non enim reformare se ipsam potest sicut potuit defor-
mare. Dicit enim alibi Renovamini in spiritu mentis vestre et in- Ephe. 4.
duite novum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate
veritatis. Quod secundum deum creatum hoc alio loco dicitur ad ymaginem
dei. Sed peccando iusticiam et sanctitatem veritatis amisit propter
hoc hec ymago deformis et decolor facta est. Hanc recipit
cum reformatur atque renovatur. Quod autem ait spiritus mentis vestre
non ibi duas res intelligi voluit quasi aliud sit mens
aliud spiritus mentis sed quia omnis mens spiritus est non autem omnis
spiritus mens est. Est enim spiritus et deus qui renovari non potest
quia nec veterascere potest. Dicitur etiam spiritus in homine qui mens non sit 1 Cor. 14.
ad quem pertinent ymaginationes similes corporum de quo dicit ad Co-
rinthios Si autem oravero lingua spiritus meus orat mens autem
mea infructuosa est. Hoc enim ait cum id quod dicitur non in-
telligitur quia nec dici potest nisi corporalium vocum ymagines spi-
ritus oris sono preveniant. Dicitur et hominis anima spiritus
unde est in evangelio Et inclinato capite tradidit spiritum quo si-
gnificata est mors corporis anima exeunte. Dicitur etiam spiritus pecoris
quod in ecclesiaste libro Salomonis apertissime scriptum est ubi ait
Quis scit spiritus filiorum hominum si ascendit sursum et spiritus
pecoris si descendit deorsum in terram. Scriptum est etiam in Genesi
ubi dicit diluvio mortuam omnem carnem que habebat in se
spiritum vite. Dicitur spiritus etiam ventus res apertissime corporalis
unde est in psalmis Ignis grando nix glacies spiritus tempestatis.
Cum ergo tot modis dicatur spiritus spiritum mentis voluit dicere eum spiritum
qui mens vocatur sicut ait etiam idem apostolus In expoliatione corporis Col. 2
carnis non duas utique res intelligi voluit quasi aliud sit caro
et aliud corpus carnis. Sed quia corpus multarum rerum nomen est quarum
nulla caro est nam multa sunt excepta carne corpora celestia et corpora
terrestria corpus carnis dixit corpus quod caro est. Sic itaque spiritum men-
tis eum spiritum qui mens est. Alibi quoque apertius etiam ymaginem
nominavit sic aliis verbis idipsum precipiens Expoliantes vos Col. 3.

vos veterem hominem cum actibus suis induite novum qui re-
novatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creavit eum. Quod er-
go ibi legitur induite novum hominem qui secundum deum creatus est hoc
isto loco induite novum hominem qui renovatur secundum imaginem
eius qui creavit eum. Quod vero ibi posuit in iustitia et sanctitate
veritatis hoc posuit hic in agnitione dei. Fit ergo ista renova-
tio reformatioque mentis secundum deum vel secundum imaginem dei. Sed ideo
dicitur secundum deum ne secundum aliam creaturam fieri putetur. Ideo autem
secundum imaginem dei ut in ea re intelligatur fieri hec renovatio
ubi est imago dei id est in mente. quemadmodum dicitur secundum corpus
mortuus non secundum spiritum eum qui de corpore fidelis et iustus abs-
cedit. Quando enim dicimus secundum corpus mortuum nisi corpore vel in
corpore non anima vel in anima mortuum. Aut si dicimus secundum
corpus est pulcher aut secundum corpus fortis non secundum animum quid est aliud
quam corpore non animo pulcher aut fortis est et innumerabiliter ita loquimur.

Capitulum xvii

Non itaque sic intelligamus secundum imaginem
eius qui creavit eum quasi alia sit imago secundum quam re-
novatur non ipsa que renovatur. Sane ista renovatio non mo-
mento uno fit ipsius conversionis sicut momento uno fit illa in ba-
ptismo renovatio remissione omnium peccatorum neque enim vel unum quantu-
lumcumque remanet quod non remittatur. Sed quemadmodum aliud
est carere febribus aliud ab infirmitate que febribus facta est reva-
lescere. Itemque aliud est infixum telum de corpore demere aliud vulnus
quo factum est secunda curatione sanare. Ita prima curatio est causam
removere languoris quod per omnium fit indulgentiam peccatorum. Secunda
ipsum sanare languorem quod fit paulatim proficiendo in renovatione
huius imaginis que duo demonstrantur in psalmo ubi legitur qui propitius
fit omnibus iniquitatibus tuis quod fit in baptismo. Deinde sequitur qui sa-
nat omnes languores tuos quod fit cotidianis accessibus cum
hec imago renovatur. De qua re apostolus apertissime locutus est dicens
Et si exterior homo noster corrumpitur sed interior renovatur de die in diem.
Renovatur autem in agnitione dei hoc est in iustitia et sanctitate ve-
ritatis sicut habent apostolica testimonia que paulo ante commemoravi. In agnitione
igitur dei iustitiaque et sanctitate veritatis qui de die in diem renovatur profi-
ciendo transfert amorem de temporalibus ad eterna a visibilibus ad in-
telligibilia a carnalibus ad spiritualia atque ab istis cupiditatem fre-
nare atque minuere illisque se caritate alligare diligenter insistit.
Tantum autem facit quantum divinitus adiuvatur. Dei quippe sententia est
Joh 17 Sine me nihil potestis facere. In quo profectu et accessu tenentem
mediatoris fidem cum dies vite huius ultimus quemcumque con-
perit perducendus ad eum quem coluit et ab eo perficiendus
excipietur ab angelis sanctis incorruptibile corpus in fine seculi
non ad penam sed ad gloriam recepturus. In hac quippe imagine
tunc perfecta erit dei similitudo quando dei perfecta erit visio de qua dicit

apostolus paulus videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem | 1 cor. 13
facie ad faciem Item dicit nos autem revelata facie gloriam domini
speculantes in eandem ymaginem transformamur de gloria in gloriam tamquam
a domini spiritu hoc est quod fit de die in diem bene proficientibus apostolus
autem iohannes Dilectissimi inquit nunc filii dei sumus et nondum appa-
ruit quod erimus scimus quoniam cum apparuerit similes ei eri-
mus quando videbimus eum sicuti est Capitulum xviii

Hinc apparet tunc in ista ymaginem dei fieri eius ple-
nam similitudinem quando eius plenam perceperit visionem. Quam-
quam possit hoc a iohanne apostolo etiam de immortalitate corpo-
ris dictum videri et in hac quippe similes erimus deo sed tantummodo
filio. quia solus in trinitate corpus accepit in quo mortuus re-
surrexit atque illud ad superna perduxit Nam dicitur etiam ista yma-
go filii dei in qua sicut ille immortale corpus habebimus conformes
facti in hac parte non patris ymaginem aut spiritus sancti sed tan-
tummodo filii quia de hoc solo legitur et fide sanissima accipitur
verbum caro factum est propter quod apostolus quos ante prescivit et
predestinavit conformes ymaginis filii ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus primogenitus utique a mortuis secundum eundem apostolum qua
morte seminata est caro eius in contumelia. resurrexit in gloria Secundum
hanc ymaginem filii cui per immortalitatem conformamur in corpore
Etiam illud agimus quod idem dicit apostolus Sicut portavimus yma-
ginem terreni portemus ymaginem eius qui de celo est ut scilicet qui
secundum adam mortales fuimus secundum christum immortales nos
esse fide vera et spe certa firmaque teneamus Sic enim nunc yma-
ginem portare possumus nondum in visione sed in fide. nondum in re
sed in spe de corporis quippe resurrectione tunc loquebatur apostolus cum hoc diceret

At vero ymago illa de qua dictum est faciamus Cap. xix
hominem ad ymaginem et similitudinem nostram quia non dictum est
ad meam vel ad tuam. ad ymaginem trinitatis factum hominem cre-
dimus et quanta potuimus investigatione comprehendimus. et ideo secundum hanc po-
tius etiam illud intelligendum est quod apostolus iohannes similes ei erimus
cum videbimus eum sicuti est quia et de illo dixit de quo
dixerat filii dei sumus et immortalitas carnis illo perficietur
momento de quo ait apostolus paulus in ictu oculi in no-
vissima tuba et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur
in ipso namque ictu oculi ante iudicium resurget in virtute in corru-
ptione in gloria. corpus spirituale quod nunc seminatur in infirmitate. cor-
ruptione. contumelia. corpus animale. ymago vero que renova-
tur spiritu mentis in agnitione dei. non exterius sed interius de die in
diem ipsa perficietur visione. que tunc erit post iudicium facie ad fa-
ciem nunc autem proficit per speculum in enigmate. propter cuius perfec-
tionem dictum intelligendum est similes ei erimus quoniam videbimus eum sicu-
ti est. hoc enim donum tunc nobis dabitur cum dictum fuerit venite
benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum Tunc quippe

tollet impius ut non videat claritatem domini cum abibunt sinistri in suppli-
cium eternum Euntibus dextris in vitam eternam. Hec est enim sicut ait
veritas vita eterna ut cognoscant inquit te unum verum deum et quem
misisti ihesum xpistum. Hanc contemplativam sapientiam quam proprie puto in litteris
sanctis ab sciencia distinctam sapientiam nuncupari dumtaxat hominis que
quidem illi non est nisi ab illo cuius participatione vere sapiens fieri
racionalis mens et intellectualis potest Cicero commendans in fine
dyalogi hortensii Que nobis inquit dies noctesque considerantibus
acuentibusque intelligenciam que est mentis acies caventibusque
ne quando illa hebescat id est in philosophia viventibus magna spes est. aut
si hoc sentimus et sapimus mortale et caducum est iocundum
nobis perfunctis muneribus humanis occasum neque molestam extinc-
tionem et quasi quietem vite fore aut si ut antiquis philosophis hiisque
maximis longeque clarissimis placuit eternos animos ac divinos
habemus sic existimandum est. quo magis hii fuerint semper in suo cursu
id est in racione et investigandi cupiditate et quo minus se admiscu-
erint atque implicaverint hominum viciis et erroribus hoc his facili-
orem ascensum et reditum in celum fore. Deinde addens hanc ipsam
clausulam repetendo sermonemque finiens Quapropter inquit ut ali-
quando terminetur oracio si aut extingui tranquille volumus cum in his
artibus vixerimus aut si ex hac in aliam paulo meliorem domum
sine mora demigrare in his studiis nobis omnis opera et cura
ponenda est. Hic miror hominem tanti ingenii perfunctis muneribus
humanis hominibus in philosophia viventibus que contemplacione veritatis beatos
facit iocundum promittere occasum si hoc quod sentimus et sapimus mor-
tale et caducum est. quasi et in hoc moriatur et intercidat quod
non diligebamus vel potius quod atrociter oderamus ut iocundus
sit nobis eius occasus. Verum hoc non didicerat a philosophis quos
magnis laudibus predicat sed ex illa nova achademia ubi
ei dubitare etiam de rebus manifestissimis placuit ista sapiencia redo-
lebat. A philosophis autem sicut ipse confitetur maximis longeque clarissimis eter-
nos esse animos acceperat. Eternos quippe animos non inconvenienter hac
exhortacione excitantur ut in suo cursu reperiantur cum venerit ter-
minacio vite huius extremum id est in racione et investigandi cupiditate
minusque se admisceant atque implicent hominum viciis et errori-
bus ut eis facilior sit regressus ad deum. Sed iste cursus
qui constituitur in amore atque investigacione veritatis non suffi-
cit miseris id est omnibus cum ista sola racione mortalibus sine fide
mediatoris quod in libris superioribus maxime in quarto et tercio de-
cimo quantum potui demonstrare curavi. ¶ Explicit decimus
quartus liber. Incipiunt capitula quinti decimi libri

De excellencia animi ad ymaginem sui conditoris conditi
De summo bono quod semper inveniendum queritur et querendum invenitur
Summa disputacionis cuius res sit contexenda precedencium recordacione librorum
singulorum vero contemplacione summa trinitatis intimanda sit

Omnia que de deo digne dici videntur posse i parito ra co
ferri nichil inveniri dicam intelligatur / Quo mo caveatur si unum
aliquid dicatur omnibus quod digne appellatur deus i ipa una
appellacione trinitas deitatis possit intelligi / Quo differ
rat trinitas que invenitur in ymagine dei a trinitate
que est deus De speculo in quo per ymaginem dei trinitas
eius utcumque intellecta conspicitur De enigmate et tropicis
locutionibus Quomodo per speculum ubi quod est i cognitione me
tis humane ad agnitionem ubi quod deus est aliquatenus sit accedi
Sicut verbum hominis significatur per vocem vel quolibet indicium temporale ita
verbum dei manifestatum esse per carnem / Quantum distat a
vera et perfecta similitudine dei quedam i nativa mentis utcumque deo
similia reperiuntur De scientia dei patris cum vel unigeniti caterve
inditiis constat De similitudine et equalitate patris dei i uni
geniti eius consubstancialis et eterni Quam dissimile sit ve
bum nostrum mutabile a verbo dei i commutabili et eterno / Quam
volubilitas cogitationum deo non esse tribuendat sit / De spiritu
sancto quem patri filio equalis accipitur et utriusque spiritus
dicitur et trinitatis nomine intelligitur cum qualibet i trinitate spiritus sanctus
sit caritas // De excellentia caritatis que ita ex deo est ut i
ipa sit deus / Quia racione donum dicatur spiritus sanctus Contra
eos qui unigenitum dei non pature nature sed voluntatis fi
lium esse dixerunt De similitudinibus trinitatis divine que in
nostra mentis ad ymaginem dei facte reperiri utcumque potuerunt
Tria que sunt i ymagine dei .i. memoria intellectus et amor
unius esse persone. quia non hoc est ei esse quod hec / Quam va
ide i trinitate unitas et quam vera i eiusdem unitate sit
trinitas / De hiis qui naturam mentis subtiliter intuentur quam
ymaginem dei esse non senciunt Quam beatos faciat fides recta
etiam eos qui de natura i corporis nequeunt disputare Intra
vallis temporum divinitatis eterne naturam Quomodo quedam sermone
ad plenum disputatum sit de differentia generationis filii et pro
cessionis spiritus sancti // ¶ Sequitur liber quindecimus beati
Augustini aurelii de benedicta trinitate informativus / Capitulum primum

Volentes i rebus que facte sunt ad cognoscendum
deum eum a quo facte sunt exercere lectorem iam pervenimus ad
eius ymaginem quod est homo i eo quo ceteris animalibus
antecellit .i. racione vel intelligencia et quicquid aliud de
anima racionali vel intellectuali dici potest quod pertineat ad eam rem
que mens vocatur vel animus quo nomine non nulli auctores lin
gue latine illud quod est excellit i homine et non est i pecore ab anima
que inest pecori suo quodam loquendi more distinguunt Super
hanc ergo naturam si quicquam aliud et unum querimus deus est natura scilicet

non creata sed creatrix, quae utrum sit trinitas, non solum credentibus
divinae scripturae auctoritate, verum etiam intelligentibus aliqua si pos-
sumus ratione iam demonstrare debemus. Cur autem si possumus di-
xerim, res ipsa cum quaerere disputando coeperimus melius indicabit.

De summo bono quod semper inveniendum quaeritur. Cap. ii

Deus quippe ipse quem quaerimus adiuvabit, ut spero, ne
sit infructuosus labor noster, et intelligamus quemadmodum
dictum sit in psalmo sancto: Laetetur cor quaerentium Dominum; quaerite Dominum et
Ps. 104 confirmamini; quaerite faciem eius semper. Videtur enim quod semper quaeritur
nunquam inveniri posse. Dum quaeritur, testatur Isaias propheta cum dicit:
Quaerite Dominum et mox ut inveneritis invocate eum; et cum appropin-
Ysay. quaverit vobis, derelinquat impius vias suas et vir iniquus
cogitationes suas. Si ergo quaesitus inveniri potest, cur dictum est: Quae-
rite faciem eius semper? An et inventus forte quaerendus est? Sic enim
sunt incomprehensibilia requirenda, ne se existimet nihil invenisse
qui quam sit incomprehensibile quod quaerebat potuerit invenire. Cur er-
go sic quaerit, si incomprehensibile comprehendit esse quod quaerit, nisi quia
cessandum non est quamdiu in ipsa incomprehensibilium rerum inquisitione
proficitur, et melior meliorque fit quaerens tam magnum bonum,
quod et inveniendum quaeritur, et quaerendum invenitur? Nam et quaeritur
ut inveniatur dulcius, et invenitur ut quaeratur avidius. Secundum
hoc accipi potest quod dictum est in Ecclesiastico dicere sapientiam: Qui me
Eccli 24 manducant adhuc esurient, et qui bibunt me adhuc sitient.
Manducant enim et bibunt quia inveniunt, et quia esuriunt et sitiunt,
adhuc quaerunt. Fides quaerit, intellectus invenit; propter quod ait
propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Et rursus intellectus
eum quem invenit adhuc quaerit. Deus enim respexit super filios
Ps. 72 hominum, sicut in psalmo sacro canitur, ut videret si est intelligens aut re-
quirens Deum. Ad hoc enim homo debet esse intelligens, ut requirat
Deum. Satis itaque remorati sumus in his quae Deus fecit, ut per ea
Ro. 1 cognoscatur ipse qui fecit. Invisibilia enim eius a creatura mundi
per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Unde arguuntur in libro
sapientiae qui de his quae videntur bona non potuerunt scire eum qui
Sap. 13 est, neque operibus attendentes agnoverunt artificem; sed aut
ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut violentam
aquam, aut luminaria caeli rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum
quidem si specie delectati haec deos putaverunt, sciant quanto dominator
eorum melior est. Speciei enim generator creavit ea. Aut si virtutem
et operationem eorum mirati sunt, intelligant ab his quoniam qui haec
constituit fortior est illis. A magnitudine enim speciei et creaturae cognosci-
biliter poterit horum creator videri. Haec de libro Sapientiae propterea
posui, ne me fidelium quispiam frustra et inaniter existimet in
tractatibus prius per quasdam sui generis trinitates quodammodo gradatim,
donec ad mentem hominis pervenirem, quaesisse indicia summae illius
trinitatis quam quaerimus cum Deum quaerimus. Capitulum tertium

Sed quoniam disserendi et ratiocinandi necessitas per xiiii libros multa nos compulit dicere que cuncta simul aspicere non valemus ut ad id quod apprehendere volumus ea celeri cogitatione referre possimus faciam quantum domino adiuvante potuero ut quidquid in singulis voluminibus ad cognitionem disputatione perduxi remota disputatione breviter colligam et tanquam sub uno mentis aspectu non quemadmodum res queque persuasit sed ipsa que persuasa sunt ponam ne tam longe sint a precedentibus consequencia ut oblivionem precedentium faciat inspectio consequentium aut certe si fecerit cito possit quod exciderit relegendo recolligi. In primo libro secundum scripturas sanctas unitas et equalitas summe illius trinitatis ostenditur. In secundo tercio et quarto eadem sed de filii missione et spiritus sancti diligenter tractata questio tres libros fecit. Demonstratumque est non ideo minorem mittente qui missus est quia ille misit hic missus est cum trinitas que per omnia equalis est pariter quoque in sua natura immutabilis et invisibilis et ubique presens inseparabiliter operetur. In quinto propter eos quibus videtur non eandem patris et filii esse substanciam quia omne quod de deo dicitur secundum substanciam dici putant. Et propterea gignere et gigni vel genitum esse et ingenitum quoniam diversa sunt contendunt substancias esse diversas. Demonstratur non omne quod de deo dici secundum substanciam dici sicut secundum substanciam dicitur bonus et magnus et si quid aliud ad se dicitur. Sed dici etiam relative id est non ad se sed ad aliquid quod

est ipse non est sicut pater ad filium dicitur vel dominus ad creaturam sibi servientem ubi si quid relative id est ad aliquid quod ipse non est etiam ex tempore dicitur sicuti est Domine refugium factus es nobis nichil ei accidere quo mutetur sed omnino ipsum in natura vel essentia sua immutabile permanere. In sexto quomodo dictus sit per os apostolicum Christus dei virtus et dei sapientia sic disputatur ut differatur eadem questio diligentius retractanda utrum a quo genitus est Christus non sit ipse sapientia sed tantum sapientie sue pater an sapientia sapientiam ipsam genuerit. Sed quodlibet horum esset etiam in hoc libro apparuit trinitatis equalitas et non deus triplex sed trinitas nec quasi aliquid duplum esse patrem et filium ad simplum spiritum sanctum ubi nec tria plus aliquid sunt quam unum horum. Disputatum est etiam quomodo possit etiam quod ait Hilarius episcopus Eternitas in patre species in ymagine usus in munere. In septimo questio que dilata fuerat explicatur ita ut deus qui genuit filium non solum sit pater virtutis et sapientie sue sed etiam ipse virtus et sapientia. Sic et spiritus sanctus nec tamen simul sint tres virtutes aut tres sapientie sed una virtus et una sapientia sicut unus deus et una essentia. Deinde quesitum est quomodo dicantur una essentia tres persone vel a quibusdam grecis una essentia tres substancie. Et inventum est elocutionis necessitate dici ut aliquo uno nomine enunciaretur cum quereretur quid tres sint quos tres esse veraciter confitemur patrem et filium et spiritum sanctum. In octavo ratione etiam reddita intelligentibus clarum est in substancia veritatis non solum patrem filio non esse maiorem sed nec ambo

simul aliquid maius esse quam solum spiritum sanctum. Aut quilibet duos in eadem trinitate maius esse aliquid quam unum aut omnes simul tres maius aliquid esse quam singulos. Deinde propter rationem que intellecta conspiratur et per bonum summum a quo est omne bonum et per iusticiam, qua diligitur animus iustus ab animo etiam nondum iusto ut natura non solum incorporalis verum etiam immutabilis quod est deus quantum fieri potest intelligeretur admonui et per caritatem que in scripturis sanctis deus dicta est per quam cepit utcumque etiam trinitas intelligentibus apparere sicut sunt amans et quod amatur et amor. In nono ad ymaginem dei quod est homo secundum mentem pervenit disputatio et in ea quedam trinitas invenitur id est mens et noticia qua se novit et amor quo se noticiamque suam diligit et hec tria equalia inter se et unius ostenduntur esse essencie. In decimo hoc idem diligencius subtiliusque tractatum est atque ad id perductum ut inveniretur in mente evidencior trinitas eius in memoria scilicet et intelligencia et voluntate. Sed quoniam et hoc compertum est ita mentem numquam esse potuisse ut non sui meminisset non se intelligeret et diligeret quamvis non semper se cogitaret. Cum autem cogitaret non se a corporalibus rebus eadem cogitacione discerneret dilata est de trinitate cuius hec est ymago disputacio ut in ipsis etiam corporalibus visis inveniretur trinitas et distinctius in ea lectoris exerceretur intencio. In undecimo ergo electus est sensus oculorum in quo id quod inventum esset etiam in ceteris iiijor sensibus corporis et non dictum posset agnosci atque ita exterioris hominis trinitas primo in hiis que cernuntur extrinsecus ex corpore scilicet quod videtur et forma que inde in acie cernentis imprimitur et utrumque copulantis intencione voluntatis apparuit. Sed hec tria non inter se equalia nec unius esse substancie claruerunt. Deinde in ipso animo ab hiis que extrinsecus sensa sunt vel introducta inventa est altera trinitas ubi apparent eadem tria unius esse substancie ymaginacio corporis que in memoria est et inde formacio cum ad eam convertitur acies cogitantis et utrumque iungens intencio voluntatis. Sed ideo ista trinitas ad exteriorem hominem reperta pertinere quia de corporibus illata est que senciuntur extrinsecus. In xij° discernenda visa est sapiencia ab sciencia et in ea que proprie sciencia nuncupatur quia inferior est prius quedam sui generis trinitas inquirenda que licet ad interiorem hominem iam pertineat nondum tamen ymago dei vel appellanda sit vel putanda. Et hoc agitur in xiij° per commendacionem fidei christiane. In xiiij° enim de sapiencia hominis vera id est dei munere in eius ipsius dei participacione donata que ab sciencia distincta est disputatur et eo pervenit disputacio ut trinitas appareat in ymagine dei quod est homo secundum mentem que renovatur in agnicione dei secundum ymaginem eius qui creavit eum

ad ymaginem suam et sic percipit sapientiam ubi contemplatio est eius.

Capitulum iiij

Iam ergo in ipsis rebus eternis incorporalibus et immutabilibus in quarum perfecta contemplatione nobis beata que non nisi eterna est vita promittitur Trinitatem que Deus est inquiramus. Neque enim eum Deum tantummodo librorum divinorum auctoritas esse predicat. Sed omnis que nos circumstat ad quam nos etiam pertinemus universa ipsa rerum natura proclamat habere se prestantissimum conditorem qui nobis mentem rationemque naturalem dedit qua videremus anteponenda esse viventia non viventibus sentientia non sentientibus intelligentia non intelligentibus immortalia mortalibus potentia impotentibus iusta iniustis speciosa deformibus bona malis incorruptibilia corruptibilibus immutabilia mutabilibus invisibilia visibilibus incorporalia corporalibus beata miseris preferenda videamus. Ac per hoc quoniam rebus creatis creatorem sine dubitatione preponimus oportet ut eum et summe vivere et cuncta sentire atque intelligere et mori corrumpi mutari que non posse nec corpus esse sed spiritum omnipotentissimum iustissimum speciosissimum optimum beatissimumque fateamur.

Capitulum quintum

Sed hec omnia que dixi et quecumque alia similiter more locutionis humane digne de Deo dici videntur et universe Trinitati que est Deus et personis singulis in eadem Trinitate conveniunt. Quis enim vel unum Deum quod est ipsa Trinitas vel Patrem vel Filium vel Spiritum Sanctum audeat dicere aut non viventem aut nichil sentientem vel intelligentem aut in ea natura qua inter se predicantur equales quemquam eorum esse mortalem sive corruptibilem sive mutabilem sive corporeum. Aut quisquam sibi neget aliquem potentissimum iustissimum speciosissimum optimum beatissimum. Si ergo hec atque huiusmodi omnia et ipsa Trinitas et in ea singuli dici possunt ubi aut quomodo Trinitas apparebit. Redigamus itaque hec plurima ad aliquam paucitatem. Que enim dicitur in Deo vita ipsa est essentia eius atque natura. Non itaque Deus vivit nisi vita quod ipse sibi est. Hec enim vita non talis est qualis inest arbori ubi nullus intellectus nullus est sensus nec talis qualis inest pecori. Habet enim vita pecoris sensum quinquepertitum sed intellectum habet nullum. At illa que vita Deus est sentit atque intelligit omnia et sentit mente et non corpore quia spiritus est Deus. Non autem sicut animalia que habent corpora per corpus sentit Deus. Non enim ex anima constat et corpore. Ac per hoc simplex illa natura sicut intelligit sentit et sicut sentit intelligit idemque sensus qui intellectus est illi. Nec ita ut aliquando esse desistat aut ceperit. Immortalis est enim nec frustra de illo dictum est quod solus habeat immortalitatem. Nam immortalitas eius vere immortalitas est in cuius natura nulla est commutatio. Ipsa etiam est vera eternitas qua est immutabilis Deus sine initio sine fine consequenter et incorruptibilis. Una ergo eademque res dicitur sive dicatur eternus Deus sive immortalis sive incorruptibilis sive immutabilis. Itemque cum dicitur

vivens et intelligens quod est utique sapiens hoc idem dicitur. Non
enim percepit sapientiam qua esset sapiens, sed ipse sapientia est. Et hec
vita eadem est virtus sive potentia eademque species qua potens atque
speciosus dicitur. Quid enim potentius atque speciosius sapientia
que attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia
suaviter. Bonitas etiam atque iustitia numquid inter se in dei natura
sicut in eius operibus distat tamquam due diverse sint quali-
tates dei una bonitas alia iustitia. Non utique, sed que
iustitia ipsa bonitas et que bonitas ipsa beatitudo. Incorpora-
lis autem vel incorporeus dicitur ideo deus ut spiritus credatur
vel intelligatur esse non corpus. Deinde si dicam eternus im-
mortalis incorruptibilis immutabilis vivus sapiens po-
tens speciosus iustus bonus beatus spiritus, horum omnium novis-
simum quod posui quasi tantummodo videtur significare substantiam, cetera vero huius
substantie qualitates. Sed non ita est in illa ineffabili simplici
que natura. Quicquid enim secundum qualitates illic dici videtur secundum
substantiam vel essentiam est intelligendum. Absit enim ut spiritus secundum
substantiam dicatur deus et bonus secundum qualitatem, sed utrumque secundum
substantiam. Sic omnia cetera que commemoravimus unde in superioribus libris
multa iam diximus. De quattuor igitur primis que modo a no-
bis enumerata atque digesta sunt id est eternus immortalis incor-
ruptibilis immutabilis unum aliquod eligamus quod unum ista
quattuor significat, sed iam digerendo ne per multa distendatur in-
tentio et illud potius quod positum est primum id est eternus. Hoc
faciamus et de quattuor sequentibus que sunt vivus sapiens potens specio-
sus. Et quoniam vita qualiscumque inest et pecori cui sapientia non
inest, duo vero ista scilicet sapientia et potentia ita sunt inter se in
homine comparata ut sancta scriptura diceret: Melior est sapiens
quam fortis. Speciosa porro etiam corpora dici solent. Unde
ex hiis quattuor quod eligimus sapiens eligatur, quamvis hec quattuor
in deo non inequalia dicenda sint. Nomina enim quattuor res
una est. De tribus vero ultimis quamvis in deo idem sit
iustum esse quod bonum quod beatum, idemque spiritum esse quod iustum
et bonum et beatum esse, tamen quia in hominibus potest esse spiritus non
beatus, potest iustus et bonus nondum beatus, qui vero beatus profecto
iustus et bonus et spiritus est, hoc potius eligamus quod in homi-
nibus nec esse sine illis tribus potest quod est beatus. Capitulum vii

Num igitur cum dicimus eternus sapiens beatus hec tria sunt
trinitas que appellatur deus? Redigimus quidem illa xii
in istam paucitatem trium, sed eo modo forsitan possu-
mus et hec tria in unum aliquod horum. Nam si una eademque
res in dei natura potest esse sapientia et potentia aut vita et sa-
pientia, cur non una eademque res esse possit in dei na-
tura eternitas et sapientia aut beatitudo et sapientia? Ac per hoc sicut ni-
chil intererat utrum illa xii an ista tria diceremus quando ia[m]

multa in istam redigi paucitatem Ita nichil inest ubi ista tria dicamus An illud unum in tribus singulariter deo certa sibi redigi posse monstravimus Quis itaque disputandi modus quenam tandem vis intelligendi atque potentia que vivacitas rationis que acies cogitationis ostendet ut alia iam taceam hoc unum quod sapiens dicitur deus quomodo sit trinitas Neque enim sicut nos de illo percipimus sapientiam ita deus de aliquo sed sua est ipsa sapientia quia non est aliud sapientia eius aliud essentia Cui hoc est esse quod sapientem esse Dicitur quidem in scripturis sanctis Cristus dei virtus et sapientia Sed quemadmodum sit intelligendum ne patrem filius facere videatur sapientem in libro septimo disputatum est et ad hoc ratio pervenit ut sic sit filius sapientia de sapientia quemadmodum lumen de lumine deus de deo nec aliud potuimus invenire spiritum sanctum nisi et ipsum esse sapientiam et simul omnes unam sapientiam sicut unum deum unam essentiam Hanc ergo sapientiam quod est deus quomodo intelligimus esse trinitatem non dixi quomodo credimus nam hoc inter fideles non debet habere questionem Sed si aliquo modo per intelligentiam possimus videre quod credimus quis iste erit modus Si enim recolamus ubi nostro intellectui cepit in hiis libris trinitas apparere octavus occurrit Ibi quippe ut potuimus disputando erigere temptavimus mentis intentionem ad intelligendam illam prestantissimam immutabilemque naturam quod nostra mens non est quam tamen sic intuebamur ut nec longe a nobis esset et supra nos esset non loco sed ipsa sui venerabili mirabilique prestantia Ita ut apud nos esse suo presenti lumine videretur In quo tamen nobis adhuc nulla trinitas apparebat quia non ad eam querendam in fulgore illo firmam mentis aciem tendebamus tantum quia non erat aliqua moles ubi credi oporteret magnitudinem duorum vel trium plus esse quam unius cernebamus utcumque Sed ubi ventum est ad caritatem que in sancta scriptura Deus dicta est eluxit paululum trinitas id est amans et quod amatur et amor Sed quia lux illa ineffabilis nostrum reverberabat obtutum et ei nondum posse obtemperari nostre mentis quodammodo convincebatur infirmitas ad ipsius nostre mentis secundum quam factus est homo ad ymaginem dei velut familiariorem considerationem proficiendum laborantis intentionis causam ita ceptum dispositum quam reflexerimus et inde in creatura quod nos sumus ut invisibilia dei per ea que facta sunt conspicere intellecta possemus immorati sumus a nono usque ad xiiii librum Et ecce iam quantum necesse fuerat exercitata in inferioribus intelligentia ad summam trinitatem que deus est conspiciendam nos erigere volumus nec valemus Ut enim sic certissimas videmus trinitates sive que forinsecus de rebus corporalibus fiunt sive cum ea ipsa que forinsecus sensa sunt cogitantur sive cum illa que oriuntur in animo nec pertinent ad corporis sensus sicut fides sicut virtutes que sunt artes agende vite manifesta ratione

cernit et scientia continetur sive cum mens ipsa qua novimus quicquid
quod nosse nos veraciter dicimus sibi cognita est vel se cogitat
sive cum aliquid quod ipsa non est eternum atque immutabile con
spicatur. Verum ergo sicut in hiis omnibus crassas videmus tri
nitates que in nobis fiunt vel in nobis sunt cum ista meminimus
aspicimus volumus ita videmus etiam trinitatem deum quia illic
intelligendo conspicimus tamquam dicentem et verbum eius id est patrem
et filium atque inde procedentem caritatem utrique communem scilicet
spiritum sanctum. An trinitates istas ad sensus nostros vel animum pertinentes
videmus potius quam credimus Deum vero esse trinitatem
credimus potius quam videmus. Quod si ita est profecto aut in
visibilia eius per ea que facta sunt nulla intellecta conspicimus
aut si illa conspicimus non in eis conspicimus trinitatem et est illic
quod conspiciamus. est etiam quod non conspectum credere debeamus
Conspicere aut nos immutabile bonum quod nos non sumus liber
octavus ostendit et quartus decimus cum de sapientia que homini a deo
est loqueremur admonuit Cur itaque ibi non agnoscimus trinitatem
An hec sapientia que deus dicitur non se intelligit non se diligit
Quis hoc dixerit Aut quis est qui non videat ubi nulla scientia
est nullo modo esse sapientiam Aut vero putandum est sapientiam que
deus est scire alia et nescire seipsam vel diligere alia nec diligere
seipsam Que sine dubio dici vel credi stulta et impium est Cap vii

Ecce ergo trinitas sapientia scilicet et noticia sui et dilectio sui
Sic enim et in homine invenimus trinitatem id est mentem et notitiam
qua se novit et dilectionem qua se diligit Sed hec tria
ista sunt in homine ut non ipsa sint homo Homo est enim sicut veteres
diffinierunt ita animal rationale mortale Illa ergo excellunt in homine
non ipsa sunt homo. et una persona id est singulus quisque homo habet
tria in mente. vel mentem. Quod si etiam sic diffiniamus hominem
ut dicamus. Homo est substantia rationalis constans ex anima et corpore
non est dubium hominem habere animam que non est corpus. habere cor
pus quod non est anima. Ac per hoc illa tria. non homo sunt sed
hominis sunt. vel in homine sunt Detracto etiam corpore si sola anima
cogitetur. aliquid eius est mens tamquam caput eius vel oculus
vel facies. sed non hec ut corpora cogitanda sunt Non igitur anima
sed quod excellit in anima mens vocatur Numquid enim possumus
dicere trinitatem sic esse in deo ut aliquid sit dei nec ipsa sit deus
Quapropter singulus quisque homo qui non secundum omnia que
ad naturam pertinent eius. sed secundum solam mentem ymago
dei dicitur. Una persona est. et ymago est trinitatis in mente
Trinitas vero illa cuius ymago est nichil aliud est tota quam
deus nil aliud est tota quam trinitas. nec aliquid ad naturam
dei pertinet. quod ad illam non pertineat trinitatem. et tres
persone sunt unius essentie. non sicut singulus quisque homo una per
sona Item quod in hoc magna distantia est quod sive mentem di
camus in homine. eius quod notitiam et dilectionem sive memoriam

Nota

intelligentiam et voluntatem nichil mentis meminit nisi per memoriam
et intelligit nisi per intelligentiam nec amat nisi per voluntatem
Sic vero in illa trinitate quis audeat dicere patrem nec se ipsum
nec filium nec spiritum sanctum intelligere nisi per filium vel diligere
nisi per spiritum sanctum per se autem meminisse tantummodo vel sui vel filii
vel spiritus sancti Eodemque modo filium nec sui nec patris meminisse
nisi per patrem nec diligere nisi per spiritum sanctum Per se autem non
nisi intelligere et patrem et se ipsum et spiritum sanctum Similiter et spiritum
sanctum per patrem meminisse et patris et filii et sui et per filium in-
telligere et patrem et filium et se ipsum per se autem non nisi dili-
gere et se et patrem et filium tanquam memoria sit pater et sua et filii
et spiritus sancti / filius autem intelligentia et sua et patris et spiritus
sancti Spiritus vero sanctus caritas sua et patris et filii Quis
hoc in illa trinitate opinari aut affirmare presumat Si enim
solus ibi filius intelligit et patri et spiritui sancto ad illam
reditur absurditatem ut pater non sit sapiens de se ipso
sed de filio / nec sapientia sapientiam genuerit Sed ea sapientia pater
dicatur sapiens esse qua genuit Ubi enim non est intelligentia
nec sapientia potest esse ac per hoc si pater non intelligit ipse sibi sed
filius intelligit patri profecto filius patrem sapientem facit Et
si hoc est deo esse quod sapere et ea illi essentia est que sapientia
non filius verbum a patre quod verum est sed a filio habet potius
pater essentiam quod absurdissimum atque falsissimum est Hanc ab-
surditatem nos in libro septimo discussisse convicisse abie-
cisse certissimum est Ergo deus pater sapiens ea qua ipse sua
est sapientia et filius sapientia patris de sapientia quod est pater de quo
est genitus filius Quocirca consequenter est et intelligens pater
ea qua ipse sua est intelligentia Neque enim esset sapiens qui
non esset intelligens Filius autem intelligentia patris de
intelligentia genitus quod est pater Hoc et de memoria non
inconvenienter dici potest Quomodo est sapiens qui nichil meminit vel
sui non meminit Proinde quia sapientia pater sapientia filius sicut
sibi sed et meminit pater ita et filius et spiritus sanctus et sic
sui et filii meminit pater memoria non filii sed sua ita sui et
patris meminit memoria non patris sed sua Dilectio quoque ubi
nulla est quis ullam dicat esse sapientiam Ex quo colligitur ita
esse patrem dilectionem suam ut intelligentiam et memoriam suam
Ecce ergo tria illa id est memoria intelligentia dilectio seu vo-
luntas in illa summa et immutabili essentia quod est deus
non pater et filius et spiritus sanctus sunt sed pater solus Et quia filius
quoque sapientia est genita de sapientia sicut nec pater ei nec spiritus
sanctus ei intelligit sed ipse sibi sua enim est et ipsa memoria sua
intelligentia sua dilectio Sed ita se habere de patre illi est de quo
natus est Spiritus etiam sanctus quia sapientia est non patrem habet
memoriam et filium intelligentiam et se dilectionem Neque enim sapientia
esset si alius ei meminisset eique alius intelligeret ac tantummodo sibi ipse

diligit. Sed ipse habet hec tria et ea sic habet ut hec ipsa ipse sit verumptamen ut ita sit inde illi est unde perdit. Quis ergo hominum potest istam sapientiam qua novit deus omnia ita ut nec ea que dicuntur preterita ibi preteriant nec ea que dicuntur futura quasi desint expectentur ut veniant sed et preterita et futura cum presentibus sint cuncta presentia nec singula cogitentur et ab aliis ad alia transeatur sed in uno conspectu simul presto sunt universa. Quis inquam hominum comprehendit istam sapientiam eandemque prudentiam eandemque scientiam quandoquidem a nobis nec nostra comprehenditur. Ea quippe que vel sensibus vel intelligentie nostre adsunt possumus utcumque conspicere ea vero que absunt et tamen affuerunt per memoriam novimus que obliti sumus nec ex futuris preterita sed futura ex preteritis non tamen firma cognitione conicimus. Nam quasdam cogitationes nostras quas futuras velut manifestius atque certius proximas quasique prospicimus memoria faciente id agimus cum agere valemus quantum valemus que videtur non ad ea que futura sunt sed ad preterita pertinere. Quod licet experiri in eis dictis vel canticis quorum seriem memoriter reddimus. Nisi enim previderemus cogitatione quod sequitur non utique diceremus. Et tamen ut previdamus non providentia nos instruit sed memoria. Nam donec finiatur omne quod dicimus sive canimus nichil est quod non provisum prospectumque proferatur et tamen cum id agimus non dicimur providenter sed memoriter canere vel dicere. Et qui hoc in multis ita proferendis valet plurimum non solet eius providentia sed memoria predicari. Fieri ista in animo vel ab animo nostro novimus et certi sumus. Quomodo autem fiant quanto attentius voluerimus tanto magis noster et sermo succumbit et ipsa non perdurat intentio ut ad liquidum aliquid nostra intelligentia et si non lingua perveniat. Et putamus nos utrum dei providentia eadem sit que memoria et intelligentia qui non singula cogitando aspicit sed una eterna et immutabili atque ineffabili visione complectitur cuncta que novit tanta mentis infirmitate posse comprehendere. In hac igitur difficultate et angustiis libet exclamare ad deum vivum. Mirificata est scientia tua ex me invaluit non potero ad illam. Hinc enim intelligo quam sit mirabilis et incomprehensibilis scientia qua me fecisti quando nec me ipsum comprehendere valeo quem fecisti. Et tamen in meditatione mea exardescit ignis ut queram faciem tuam semper. ¶ Capitulum viii

Incorporalem deum sapientiam esse sapientiam et summe esse in quo videntur que oculis carnalibus non videntur. Et tamen tantum spiritualis videmus nunc igitur per speculum in enigmate. Tunc autem facie ad faciem quale sit et quod sit

hoc speculum sit quicumque perspicit, cernit quod in speculo nisi ima-
go non cernit. Hoc ergo facere conati sumus ut per hanc imagi-
nem quod nos sumus videremus utcumque a quo facti sumus tan-
quam per speculum. Hoc significat etiam id quod ait idem apostolus: Nos
autem revelata facie gloriam dei speculantes in eandem yma-
ginem transformamur de gloria in gloriam tanquam a domini spiritu. Spe-
culantes dixit, per speculum videntes, non de specula prospicien-
tes, quod in greca lingua non est ambiguum unde in latinam
translata est littera apostolica. Ibi quippe speculum ubi apparent
ymagines rerum. A specula de cuius altitudine longius ali-
quid intuemur etiam sono verbi distat omnino, satisque appa-
ret apostolum a speculo non a specula dixisse: gloriam domini
speculantes. Quod vero ait: In eandem ymaginem transformamur,
utique ymaginem dei vult intelligi, eandem dicens istam ipsam
utique quam speculamur, quia eadem ymago est et gloria dei,
sicut alibi dicit: Vir quidem non debet velare caput cum sit
ymago et gloria dei, de quibus verbis iam in libro xii° disputa-
vimus. Transformamur ergo dicit de forma obscura in formam lu-
cidam, quia et ipsa obscura ymago dei est, et si ymago pro-
fecto etiam et gloria in qua homines creati sumus prestantes ce-
teris animalibus. De ipsa quippe natura humana dictum est:
Vir quidem non debet velare caput cum sit ymago et gloria
dei. Que natura in rebus creatis excellentissima cum a suo creatore
ab impietate iustificatur, a deformi forma formosam transfertur
in formam. Est quippe et in ipsa impietate quanto magis dam-
pnabile vicium tanto certius natura laudabilis. Et propter hoc
addidit: de gloria in gloriam, de gloria creationis in gloriam iustifi-
cationis. Quamvis possit et hoc aliis modis intelligi quod
dictum est de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam speciei, de gloria
qua filii dei sumus in gloriam qua similes ei erimus quoniam videbimus
eum sicuti est. Quod vero adiunxit: tanquam a domini spiritu, ostendit
gratiam dei nobis conferri optabilis transformationis bonum.

Capitulum de enigmate et tropicis locutionibus. Cap. ix.

Hec dicta sunt propter quod ait apostolus nunc per speculum nos
videre. Quia vero addidit in enigmate, multis incog-
nitum qui eas litteras nesciunt in quibus doctrina quedam
de locutionum modis quos greci tropos vocant, quo et gre-
co vocabulo etiam nos utimur pro latino. Sicut enim schemata
usitatius dicimus quam figuras, ita usitatius tropos quam mo-
dos. Singulorum autem modorum sive troporum nomina ut singu-
lis singula referantur difficillimum est et insolentissimum latine
enunciare. Unde quidam interpretes nostri quod ait apostolus: que
sunt in allegoria, volentes grecum vocabulum ponere circumloquendo
interpretati sunt dicentes: que sunt aliud ex alio significantia. Huius

aut tropi i(d est) allegorie plures sunt species in quibus est etiam quod dicitur
enigma Diffinitio autem ipsius nominis generalis omnes etiam species
complectatur necesse est ac per hoc sed sicut equus animal est ita omne
enigma allegoria est non omnis allegoria enigma est Quid
est ergo allegoria nisi tropus ubi ex alio aliud intelligitur
Quale est illud ad Thessalonicenses Itaque non dormiamus
sicut et ceteri sed vigilemus et sobrii simus Nam qui dormiunt
nocte dormiunt et qui inebriantur nocte ebrii sunt Nos
autem qui diei sumus sobrii simus Sed hec allegoria non est
enigma nam nisi multum tardis iste sensus in promptu est E-
nigma autem est ut breviter explicem obscura allegoria si-
cuti est Sanguisuge tres erant filie Et quecumque similia
Sed ubi allegoriam nominavit apostolus non in verbis eam re-
perit sed in facto cum ex duobus filiis Abrahe uno de ancil-
la altero de libera quod non dictum sed etiam factum fuit duo
testamenta intelligenda monstravit quod antequam exponeret
obscurum fuit Proinde talis allegoria quod est generale nomen
posset specialiter enigma nominari Sed quia non soli qui eos
libros nesciunt quibus discuntur tropi querunt quid dixerit apostolus
nunc in enigmate nos videre verum etiam qui sciunt tamen quid
sit illud enigma ubi nunc videmus nosse desiderant ex
utroque una est invenienda sententia et illo scilicet quod ait Videmus
nunc per speculum et in enigmate Proinde quantum michi videtur
Sicut nomine speculi imaginem voluit intelligi ita nomine
enigmatis quamvis similitudinem tamen obscuram ad perspiciendum
difficilem Cum igitur speculi et enigmatis nomine quecumque
similitudines ab apostolo significate intelligi possint que accommodate
sunt ad intelligendum deum eo modo quo potest nichil tamen est
accommodatius quam illud quod imago eius non frustra dicitur
Nemo itaque miretur etiam in isto videndi modo qui concessus
est huic vite per speculum scilicet in enigmate laborare nos
et quomodocumque videamus Nomen quippe hic non sonaret enigmatis
si facilitas visionis et hoc est grandius enigma ut
non videamus quod non videre non possumus Quis enim non videt
cogitationem suam et quis videt cogitationem suam non oculis car-
nalibus dico sed ipso interiore conspectu quis non eam videt
et quis eam videt quandoquidem cogitatio visio est animi quedam
sive adsint ea que oculis quoque corporalibus videantur vel ceteris
sentiantur sensibus sive non adsint et eorum similitudines cogi-
tatione cernantur sive nichil eorum sed ea cogitentur que nec corporalia
sunt nec corporalium similitudines sicut virtutes et vitia sive
ipsa denique cogitatio cogitetur sive illa que per disciplinas
traduntur liberales vel doctrinas sive omnium istorum causae superiores

Enigma

atque rationales in natura immutabili cogitent, sive etiam mala
et vana ac falsa cogitemus, vel non consentiente sensu vel errante consensu.

Capitulum x

Sed nunc de his loquamur quae
nota cogitamus et habemus in notitia etiam si non co-
gitemus, sive ad contemplativam scientiam pertineant, quam
proprie sapientiam, sive ad activam, quam proprie scientiam nuncupandam
disserui. Simul enim utrumque mentis est unius et imago Dei
una. Cum vero de inferiore distinctius et seorsum agitur, tunc non
est vocanda imago Dei, quamvis et tunc in ea nonnulla reperiatur
similitudo illius trinitatis, quod in xiii° volumine ostendimus. Nunc
ergo simul de universa scientia hominis loquimur, in qua nobis nota
sunt quaecumque nota sunt, quae utique vera sunt; alioquin nota non es-
sent. Nemo enim falsa novit nisi cum falsa esse novit. Quod si
novit, verum novit; verum est enim quod illa falsa sint. De his ergo nunc
disserimus quae nota cogitamus, et nota sunt nobis etiam si
non cogitantur a nobis. Sed certe si ea dicere velimus, nisi cogita-
ta non possumus. Nam etsi verba non sonent, in corde suo dicit
utique qui cogitat. Unde illud in libro Sapientiae: Dixerunt apud se co-
gitantes non recte. Exposuit enim quid sit Dixerunt apud se,
cum addidit cogitantes. Huic simile est in Evangelio, quod quidam scribae
cum audissent a Domino dictum paralytico: Confide fili, dimittuntur tibi
peccata, dixerunt intra se: Hic blasphemat. Quid est enim dixerunt
intra se nisi cogitando? Denique sequitur: Et cum vidisset Iesus
cogitationes eorum dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus
vestris? Haec Matthaeus. Lucas autem hoc narrat: Coeperunt cogitare
scribae et pharisaei dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphe-
mias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Ut cognovit
autem Iesus cogitationes eorum, dixit ad illos: Quid cogitatis
in cordibus vestris? Quale est in libro Sapientiae: Dixerunt cogitantes,
tale hic est: Cogitaverunt dicentes. Et illic enim et hic ostenditur in-
tra se atque in corde suo dicere id esse cogitando dicere. Dixerunt
quippe intra se, et dictum est eis: Quid cogitatis? Et de illo
divite cuius uberes fructus ager attulit ait ipse Dominus: Dixit
intra se dicens, et cogitabat intra se dicens. Quaedam ergo cogi-
tationes locutiones sunt cordis, ubi et os esse Dominus ostendit cum
ait: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit
de ore hoc coinquinat hominem. Una sententia duo quaedam hominis
ora complexus est, unum corporis, alterum cordis. Nam utique un-
de illi hominem putaverant inquinari, in os intrat corporis; unde
autem dixit Dominus inquinari hominem, de cordis ore procedit. Ita
quippe exposuit ipse quod dixerat. Nam paulo post discipulis
suis: Adhuc, inquit, et vos sine intellectu estis? Non intelligi-
tis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum
emittitur? Hic certe demonstravit os corporis. Et in eo quod sequitur

os cordis ordiens. Haec autem inquit procedunt de ore de corde exe-
unt et ea coinquinant animam. De corde enim exeunt cogitationes ma-
lae etc. Quisquis hac expositione lucidius nec tamen quod dicimus locu-
tiones cordis esse cogitationes, ideo non sunt etiam visiones ex-
ortae de notitiae visionibus quando verae sunt. Foris enim cum per corpus
haec fiunt aliud est locutio aliud visio. Intus autem cum cogi-
tamus utrumque unum est. Sicut auditio et visio duo quaedam
sunt inter se distantia in sensibus corporis, in animo autem non est ali-
ud atque aliud videre et audire. Ac per hoc cum locutio foris
non videatur sed potius audiatur, locutiones tamen interiores hoc est
cogitationes visas dixit a domino sanctum evangelium, non auditas. Di-
xerunt inquit intra se: Hic blasphemat. Deinde subiunxit: Et cum
vidisset Iesus cogitationes eorum. Quas illi soli se putabant
dicere. Quisquis igitur potest intelligere verbum non solum antequam sonet
verum etiam antequam sonorum eius imagines cogitatione volvantur.
Hoc est enim quod ad nullam pertinet linguam earum scilicet quae linguae
appellantur gentium quarum nostra latina est. Quisquis inquam hoc
intelligere potest iam potest videre per hoc speculum atque in hoc aeni-
gmate aliquam verbi illius similitudinem de quo dictum est: In prin-
cipio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum.
Necesse est enim cum verum loquimur, id est quod scimus loquimur, ex ipsa scientia
quam memoria tenemus nascatur verbum quod eiusmodi sit omnino
cuiusmodi est illa scientia de qua nascitur. Formata quippe
cogitatio ab ea re quam scimus verbum est quod in corde dicimus, quod
nec graecum est nec latinum nec linguae alicuius alterius. Sed
cum id opus est in eorum quibus loquimur perferre notitiam aliquod
signum quo significetur assumitur. Et plerumque sonus aliquando etiam
nutus, ille auribus ille oculis exhibetur, ut per signa cor-
poralia etiam corporis sensibus verbum quod mente gerimus innotescat.
Nam et innuere quid est nisi quodammodo visibiliter dicere?
Est in scripturis sanctis huius sententiae testimonium. Nam in evangelio Iohannis
ita legitur: Amen amen dico vobis quia unus ex vobis
tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli haesitantes
de quo diceret. Erat ergo unus ex discipulis eius in sinu
Iesu quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Pe-
trus et dicit ei: Quis est de quo dicit? Ecce innuendo di-
xit quod sonando dicere non audebat. Sed haec atque hu-
iusmodi signa corporalia sive auribus sive oculis praesentibus
quibus loquimur exhibemus. In mente sunt etiam litterae per quas pos-
semus et cum absentibus colloqui, sed ista signa sunt vocum,
cum ipsae voces in sermone nostro earum quas cogitamus si-
gna sint. Sequitur Capitulum Undecimum

Proinde verbum quod foris sonat signum est verbi quod intus
lucet cui magis verbi competit nomen. Nam illud quod
profertur carnis ore vox verbi est verbumque et ipsum dicitur propter
illud a quo ut foris appareret assumptum est. Ita enim verbum nostrum
vox quodammodo corporis fit assumendo eam in qua manifestetur sen-
sibus hominum. Et sicut verbum nostrum fit vox nec mutatur in vocem ita
verbum dei caro quidem factum est. Sed absit ut mutaretur in car-
nem. Assumendo quippe illam non in eam se consumendo. et hoc
nostrum vox fit. et illud caro factum est. Quapropter qui cupit ad
qualemcumque similitudinem dei verbi quamvis per multa dissimilem
pervenire. non intueatur verbum nostrum quod sonat in auribus
nec quando voce profertur. nec quando silentio cogitatur. Omnium namque
sonantium verba linguarum etiam in silentio cogitantur et carmi-
na percurruntur animo. tacente ore corporis. nec solum numeri sillaba-
rum verum etiam modi cantilenarum cum sint corporales. et ad eum qui
vocatur auditus sensum corporis pertinentes per incorporeas quasdam
imagines suas presto sunt. cogitantibus. et tacite cuncta vol-
ventibus. Sed transeunda sunt hec ut ad illud perveniatur hominis verbum
per cuius qualemcumque similitudinem sicut in enigmate videatur ut-
cumque dei verbum. non id quod factum est ad illum vel ad illum prophetam
de quo dictum est verbum autem dei crescebat et multiplicabatur.
et de quo dictum est ergo fides ex auditu auditus autem
per verbum christi. Et iterum. Cum accepissetis a nobis verbum auditus
dei. accepistis non ut verbum hominum sed sicut est vere verbum dei.
Et innumerabilia similiter in scripturis dicuntur de dei verbo quod in
sonis multarum diversarumque linguarum per corda et ora. disse-
minatur humana. Ideo autem verbum dei dicitur quia doctrina traditur
non humana. Sed illud verbum dei querimus qualitercumque per hanc
similitudinem nunc videre. De quo dictum est Deus erat verbum. De
quo dictum est Omnia per ipsum facta sunt. de quo dictum est. Et verbum
caro factum est. de quo dictum est Fons sapientie verbum dei in excelsis.
Perveniendum est ergo ad illud verbum hominis. ad verbum rationalis ani-
mantis. ad verbum non de deo nate. sed a deo facte imaginis dei
quod neque prolatium est in sono. nec cogitatum in similitudine ali-
cuius quod alicuius lingue esse necesse sit. sed quod omnia quibus si-
gnificatur signa precedit et gignitur de scientia que manet in
animo quando eadem scientia intus dicitur sicuti est. Simillima enim est
visio cogitationis visioni scientie. Nam quando per sonum dicitur vel per
aliquod corporale signum non dicitur sicuti est sed sicut potest videri
audirive per corpus. Cum ergo quod est in notitia. hoc est in
verbo. tunc est verum verbum et veritas qualis expectatur ab homine
ut quod est in ista. hoc sit et in illo. quod non est in ista non sit et
in illo. hic agnoscitur est est. non non. Sic accedit quantum potest ista.

ne vivere umquam in dubium vocare potuerit. Sed absit a no-
bis ut ea que per sensus corporis didicimus vera esse dubitemus
per eos quippe didicimus celum et terram et ea que in eis nota
sunt nobis quantum ille qui et nos et ipsa condidit innotescere
nobis voluit. Absit etiam ut scire nos negemus que testi-
monio didicimus aliorum alioquin nescimus esse occeanum nescimus
esse terras atque urbes quas celeberrima fama commendat
nescimus fuisse homines et opera eorum que historica lectione
didicimus nescimus que cottidie undecumque nunciantur et indiciis
consonis constantibusque firmantur. Postremo nescimus in quibus
locis vel ex quibus hominibus fuerimus exorti quia hec omnia testi-
moniis credimus aliorum. Quod si absurdissimum est dicere non
solum nostrorum verum etiam et alienorum corporum sensus plurimum
addidisse vite sue confitendum est. Hec igitur omnia et que
per se ipsum et que per sensus sui corporis et que testimoniis aliorum
percepta scit animus humanus thezauro memorie condita tenet
ex quibus gignitur verbum verum quando quod scimus loquimur. Sed verbum
ante omnem sonum ante omnem cogitationem soni. Tunc enim est
verbum simillimum rei note de qua gignitur et ymago eius
quoniam de visione scientie visio cogitationis exoritur quod est verbum
lingue nullius verbum verum de re vera nichil de suo habens
sed totum de illa scientia de qua nascitur. Nec interest quando illud
didicit qui quod scit loquitur aliquando enim statim ut discit dicat
dummodo sit verbum verum id est de notis rebus exortum. Cap. xiii.

Numquid deus pater de quo natum est verbum deus de deo
numquid ergo deus pater in ea sapientia quod est ipse sibi alia
didicerit per sensum corporis sui alia per se ipsum. Quis hoc dicat
qui non animal rationale sed supra animam rationalem deum cogitat
quantum ab eis cogitari potest qui eum omnibus animalibus et omnibus
animis preferunt quamvis per speculum et in enigmate coniectando videant
nondum facie ad faciem sicuti est. Numquid deus pater ea ipsa que
non per corpus quod ei nullum est sed per se ipsum scit aliunde aliquid
didicerit aut nuntiis vel testibus ut ea sciret indiguit.
Non utique. Ad omnia quippe scienda que scit sufficit sibi
illa perfectio. Habet quidem nuncios id est angelos non tamen ei aliquid
que nesciat annunciant non enim sunt ulla que nesciat. Sed bonum
eorum est de operibus suis eius consulere veritatem. Et hoc est quod ei
dicuntur nonnulla nunciare non ut ipse ab eis discat sed ut ab
illo ipsi per verbum eius sine corporali sono nuncient etiam quod
voluerit ab eo missi ad quos voluerit totum ab illo per illud
verbum eius audientes id est in eius veritate invenientes quid sibi

faciendum quid quibus quando petendum sit quam et nos orantes
eum ut in necessitatibus nostris doceamur. Novit enim ait verbum eius
pater vester quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo. Nec
ista ex aliquo tempore cognovit ut nosset, sed futura omnia temporalia
atque in eis etiam quid et quando ab illo fueramus petituri et quod
et de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset
sine initio prescivit. Universas autem creaturas suas et
spirituales et corporales non quia sunt ideo novit sed ideo sunt quia
novit. Non enim nescivit que fuerat creaturus. Quia ergo scivit
creavit non quia creavit scivit. Nec aliter ea scivit creata quam creanda.
Non enim eius sapientie aliquid accessit ex eis. Sed illis existentibus
sicut oportebat et quando oportebat illa mansit ut erat.
Ita ut scriptum est in libro ecclesiastico Antequam crearentur nota
sunt illi sic et postquam cognata sunt. Sic inquit non aliter
et antequam crearentur et postquam cognata sunt sic ei nota sunt.
Longe est igitur huic scientie scientia nostra dissimilis. Que enim scientia
dei est ipsa et sapientia et que sapientia ipsa et essentia sive substantia
quia in illius nature simplicitate mirabili non est aliud sapere
aliud esse sed quod est sapere hoc est et esse sicut et in superioribus
libris sepe iam diximus. Nostra vero scientia in rebus plurimis propterea
et amissibilis est et receptibilis quia non est nobis hoc
esse quod scire vel sapere quoniam esse possumus etiam si nesciamus neque
sapiamus ea que aliunde didicimus. Propter hoc sicut nostra scientia illi
scientie dei sic et verbum nostrum quod nascitur de nostra scientia dissimile
est illi verbo dei quod natum est de patris essentia. Tale est autem
ac si dicam de patris scientia patris sapientia vel quod est expressius
de patre scientia de patre sapientia. Capitulum xiiii.

Verbum ergo dei patris unigenitus filius per omnia
patri similis et coequalis deus de deo lumen de lumine
sapientia de sapientia essentia de essentia est hoc omnino quod pater
non tamen pater quia iste filius ille pater. Ac per hoc novit omnia
que novit pater. Sed ei nosse de patre est sicut esse sibi unum est
et ideo patri sicut esse non est a filio ita nec nosse. Proinde tamquam
se ipsum dicens pater genuit verbum sibi equale per omnia. Non
enim se ipsum integre perfecteque dixisset si aliquid minus aut amplius
esset in eius verbo quam in se ipso. Ibi summe cognoscitur id est est
non non. Et ideo verbum hoc vere veritas est quoniam quidquid est
in ea scientia de qua est genitum et in ipso est. Quod autem in ea non
est nec in ipso est. Et falsum habere aliquid hoc verbum numquam potest quia
immutabiliter sic se habet ut se habet de quo est. Non enim potest
filius a se facere quidquam nisi quod viderit patrem facientem.
Potenter hoc non potest nec infirmitas est ista sed firmitas qua
falsa esse non potest veritas. Novit itaque omnia deus pater in se
ipso novit in filio sed in se ipso tamquam se ipsum in filio

tanquam verbum suum quod est equalis omnibus que sunt in seipso omnia similiter
novit filius in se scilicet tanquam ea que nota sunt de his que pater
novit in seipso in patre enim tanquam ea de quibus nota sunt que ipse
filius novit in seipso. Sciunt ergo invicem pater et filius sed
ille gignendo iste nascendo. Et omnia que sunt in eorum scientia in eorum
sapientia in eorum essentia unusquisque eorum simul videt non par-
ticulatim aut singillatim velut alternante conspectu hinc illuc
et inde huc. Et rursus inde vel inde in aliud atque ali-
ud ut aliqua videre non possit nisi non videns alia sed ut
dixi simul omnia videt quorum nullum est quod non semper videt. Verbum
autem nostrum illud quod non habet sonum neque cogitationem soni sed
eius rei quam videndo intus dicimus et ideo nullius lingue
est atque inde utcumque simile est in hoc enigmate illi verbo
dei quod etiam deus est quoniam sic et hoc de nostra nascitur quem-
admodum et illud de scientia patris natum est. Nostrum ergo tale verbum
quod invenimus esse utcumque illi simile quantum sit etiam dissimile sicut
a nobis dici potuit non pigeat intueri. Capitulum xvi. 17

Numquid verbum nostrum de sola nostra scientia nascitur. Nonne multa
dicimus etiam que nescimus. Nec dubitantes ea dicimus sed
vera esse arbitrantes que si forte vera sunt in ipsis rebus de quibus
loquimur non in verbo nostro vera sunt quia verbum verum non est nisi quod
de re que scitur gignitur. Falsum est ergo isto modo verbum nostrum non cum
mentimur sed cum fallimur. Cum autem dubitamus nondum est verbum
de re de qua dubitamus sed de ipsa dubitatione verbum est. Quamvis enim
non noverimus an verum sit unde dubitamus tamen dubitare nos
novimus ~~dicamus quando etiam mentiri possumus~~ ac per hoc cum dicimus
verum verbum est quoniam quod novimus dicimus. Quid quod etiam mentiri
possumus. Quod cum facimus utique volentes et scientes falsum verbum habemus
ubi verum verbum est mentiri nos. Hoc enim scimus et cum mentitos
nos esse confitemur verum dicimus. Quod scimus enim dicimus. Scimus
enim nos esse mentitos. Verbum autem illud quod est deus et po-
tentius est nobis hoc non potest. Non enim potest facere quicquam nisi
quod viderit patrem facientem et non a seipso loquitur sed a patre
est illi omne quod loquitur cum ipsum pater unice loquitur et magna
illius verbi potentia est non posse mentiri quia non potest esse illic
est et non sed est est et non non. Sit enim nec verbum dicendum est
quod verum non est. Sic ita libens assentior. Quid cum verum est
verbum nostrum et ideo recte verbum vocatur numquid sicut dici potest
vel visio de visione vel scientia de scientia ita dici potest essentia de
essentia sicut illud dei verbum maxime dicitur maximeque dicendum est.
Quid ita? Quia non est hoc nobis esse quod nosse. Multa quippe
novimus que per memoriam vivunt. Ita et oblivione quodammodo moriuntur

Atque ideo cum illa iam non sint in notitia nostra. nos tamen meminimus. Et cum scientia nostra animo lapsa perierit a nobis nos tamen viuimus. Et illa autem que sciuntur ut numquam excidere possint quoniam presentia sunt et ad ipsius animi naturam pertinet. ut est illud quod nos viuere scimus manet enim hoc quamdiu animus manet et quia semper manet animus et hoc semper manet. Sicut ergo et si qua reperiuntur similia in quibus ymago dei potius intuenda est. etiam si semper sciuntur. tamen quia non semper etiam cogitantur quomodo de hiis dicatur verbum sempiternum cum verbum nostrum nostra cogitatione dicatur inuenire difficile est. Sempiternum est enim animo viuere sempiternum est scire quod viuit. nec tamen sempiternum est cogitare vitam suam vel cogitare scientiam vite sue. quoniam cum aliud atque aliud ceperit. hoc desinet cogitare quamuis non desinet scire. Ex quo fit ut si potest esse in animo aliqua scientia sempiterna et sempiterna esse non potest eiusdem scientie cogitatio / et verbum verum nostrum intimum nisi nostra cogitatione non dicitur Solus deus intelligatur habere verbum sempiternum sibique coeternum / nisi forte dicendum est ipsam possibilitatem cogitationis quoniam id quod scitur etiam quando non cogitatur potest tamen veraciter cogitari verbum esse tam perpetuum quam ipsa scientia perpetua est Sed quomodo est verbum quod nondum in cogitationis visione formatum est. quomodo erit simile scientie de qua nascitur si eius non habet formam. et ideo iam vocatur verbum quia potest habere Tale est enim ac si dicatur ideo iam vocandum esse verbum quia potest esse verbum Sed quid est quod potest esse verbum. et ideo dignum est verbi nomine Quid est inquam hoc formabile nondumque formatum nisi quiddam mentis nostre quod hac atque hac volubili motione quadam iactamus cum a nobis nunc hoc nunc illud sicut inuentum fuerit vel occurrerit cogitatur. et tunc fit verum verbum quando illud quod nos dixi volubili motione iactare ad id quod scimus peruenit atque inde formatur eius omnimodam similitudinem capiens. ut quomodo res queque scitur sic etiam cogitetur id est sine voce sine cogitatione vocis que profecto alicuius lingue est. sic in corde dicatur Ac per hoc etiam si concedamus ne de controuersia vocabuli laborare videamur iam vocandum esse verbum quiddam illud mentis nostre quod de nostra scientia formari potest etiam priusquam formatum sit. quia iam ut ita dicam formabile est quis enim videat quanta hic sit dissimilitudo ab illo dei verbo. quod in forma dei sic est. ut non ante fuerit formabile postquam formatum. nec aliquando possit esse informe sed sit forma simplex et simpliciter equalis ei de quo est et cui mirabiliter coeterna est

Capitulum xvi

Quapropter ita dicitur illud dei verbum ut dei cogitatio non dicatur ne aliquid esse credatur volubile in deo. quod nunc accipiat vel recipiat formam ut verbum sit eam vel possit amittere atque informiter quodammodo volutari Bene quippe nouerat verba et vim cogitationis inspexerat locutor egregius

qui dixit in carmine, secumque volutat eventus belli varios, id est cogi
tat. Non ergo ille dei filius cogitatio dei dicitur. Cogitatio quippe
nostra perveniens ad id quod scimus atque inde formata verbum nostrum
verum est. Et ideo verbum dei sine cogitatione dei debet intelligi
ut forma ipsa simplex intelligatur non aliquid habens formabile
quod etiam esse possit informe. Dicuntur etiam quidem in scripturis
sanctis cogitationes dei sed eo locutionis modo quo ibi et oblivio
dei dicitur, que utique ad proprietatem in deo nulla est. Quamobrem
cum tanta sit nunc in isto enigmate dissimilitudo dei et verbi
dei in qua tamen nonnulla similitudo reperta est illud quoque fatendum
est quod etiam cum similes ei erimus quando videbimus eum sicuti est quod
utique qui dixit hanc procul dubio que nunc est dissimilitudinem atten
dit, nec tunc natura equales illi erimus. Semper enim natura minor
est facienti que facta est. Et tunc quidem verbum nostrum non erit falsum
quia nec mentiemur nec fallemur. Fortassis etiam non erunt volu
biles nostre cogitationes ab aliis in alia euntes atque redeuntes sed
omnem scientiam nostram uno simul conspectu videbimus. Tamen cum et hoc
fuerit si et hoc fuerit formata erit creatura que formabilis fuit
ut nichil iam desit eius forme ad quam pervenire deberet. Sed tamen
coequanda non erit illi simplicitati ubi non formabile aliquid formatum
vel reformatum est sed forma neque informis neque formata ipsa ibi
eterna est immutabilis que substantia. Satis de patre et filio quantum per hoc
speculum atque in hoc enigmate videre potuimus locuti sumus. Capitulum xvij

Nunc de spiritu sancto quantum deo donante videre conceditur disserendum
est. Qui spiritus sanctus secundum scripturas sanctas nec patris est solius
nec filii solius sed amborum. et ideo communem qua invicem se pater
et filius se diligunt nobis insinuat caritatem. Ut autem nos exerceret
sermo divinus non res in promptu sitas sed in abdito scrutan
das et ex abdito eruendas maiore studio fecit inquiri.
Non itaque dixit scriptura spiritus sanctus caritas est. Quod si dixisset
non parvam partem questionis istius abstulisset. Sed dixit Deus
caritas est ut incertum sit. Et ideo inquirendum utrum deus pater
sit caritas an deus filius an deus spiritus sanctus an deus ipsa tri
nitas. Neque enim dicturi sumus non propterea deum dictum esse
caritatem quod ipsa caritas sit ulla substantia que dei digna sit nomine sed
quod donum sit dei sicut dictum est deo Tu es patientia mea. Non uti
que propterea dictum est quia dei substantia est nostra patientia sed quod ab ipso
nobis est sicut alibi legitur quoniam ab ipso est patientia mea. Hunc
quippe sensum facile scripturarum ipsa locutio. Tale est enim Tu es
patientia mea quale est Domine spes mea et deus meus misericordia
mea et multa similia. Non autem dictum est Domine caritas mea sed ita
dictum est Deus caritas est sicut dictum est Deus spiritus est. Hoc qui
non discernit intellectum a domino non expositionem querat a nobis.
Non enim apertius quidquam dicere possumus. Deus ergo caritas est.

Utrum autem pater an filius an spiritus sanctus an ipsa trinitas. quia et
ipsa non tres dii sed deus est unus hoc invenitur. Sed iam in hoc
libro disputanti mihi non sic accipiendam esse trinitatem quae deus est
ex illis tribus quae in trinitate nostrae mentis ostendimus ut tamquam memo-
ria sit omnium trium pater. et intelligentia omnium trium filius. et caritas om-
nium trium spiritus sanctus. quasi pater non intelligat. sed ei filius intelligat
et spiritus sanctus ei diligat ipse autem et sibi et illis tantum meminerit
et filius nec meminerit nec intelligat sibi, sed meminerit ei pater
et intelligat ei filius ipse autem et sibi et illis non nisi diligat sed
sic potius ut omnia tria et omnes et singuli habeant in sua quisque
natura vel persona nec distent in eis ista. sicut in nobis aliud
est memoria aliud intelligentia. aliud dilectio sive caritas sed unum
aliquid sit quod omnia valeat sicut ipsa sapientia sicut habetur in uniuscuiusque
natura ut qui habet hoc sit quod habet sicut immutabilis simplexque
substantia. Si ergo haec intellecta sunt. et quantum nobis in rebus tantis vi-
dere vel coniectare concessum est. vera esse claruerunt Nescio cur non sicut
sapientia et pater dicitur et filius et spiritus sanctus et simul omnes non tres
sed una sapientia. Ita et caritas. et pater dicatur et filius et spiritus sanctus
et simul omnes una caritas. sic enim et pater deus. et filius deus
et spiritus sanctus deus. et simul omnes unus deus. Et tamen non frustra
in hac trinitate non dicitur verbum dei nisi filius. nec donum dei
nisi spiritus sanctus. nec de quo genitum est verbum et de quo procedit
principaliter spiritus sanctus nisi deus pater. Ideo autem addidi principaliter quia et
de filio spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi pater dedit non iam
existenti et nondum habenti. Sed quidquid unigenito verbo dedit gig-
nendo dedit. Sic ergo eum genuit ut etiam de illo donum commune
procederet. et spiritus sanctus spiritus esset amborum. Non est igitur acci-
pienda transeunter sed diligenter intuenda inseparabilis trinitatis
ista distinctio. Hinc enim factum est ut proprie dei verbum dei etiam sapientia
dicatur cum sit sapientia et pater et spiritus sanctus. Si ergo proprie aliquid
horum trium caritas nuncupanda est quid aptius quam ut hoc
sit spiritus sanctus. ut scilicet in illa simplici summaque natura non sit aliud
substantia et aliud caritas. sed substantia ipsa sit caritas. et caritas ipsa
substantia sive in patre sive in filio sive in spiritu sancto. et tamen proprie spiritus sanctus
caritas nuncupetur. sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris testa-
menti sanctarum scripturarum significantur eloquia. Nam et ex propheta Isaiae
testimonium ponens apostolus ubi ait In aliis linguis et in aliis
labiis loquar populo huic praemisit tamen in lege scriptum est. Et ipse
dominus in lege inquit eorum scriptum est quia oderunt me gratis. cum hoc
legatur in psalmo. Aliquando autem proprie vocatur lex quae data est per moysen
secundum quod dictum est Lex et prophetae usque ad Iohannem. Et In his duo-
bus mandatis vel praeceptis tota lex pendet et prophetae. hic utique
lex proprie appellata est de monte Sina. Prophetarum autem nomine
etiam psalmi significati sunt. Et tamen alio loco ipse salvator

Oportebat impleri omnia que scripta sunt in lege et prophetis et
psalmis de me. Hic rursum prophetarum nomine acceptis psalmis
in lege intelligi voluit. Dicitur ergo lex universaliter cum prophetis
dicitur et proprie que per moysen data est. Item dicuntur communiter prophete
simul cum psalmis dicuntur et proprie preter psalmos. Et multis aliis
exemplis doceri potest multa rerum vocabula et universaliter poni et proprie
quibusdam rebus adhiberi nisi in re aperta vitanda sit longitu-
do sermonis. Hoc ideo dixi ne propterea nos inconvenienter existi-
met caritatem appellare spiritum sanctum quia et deus pater et deus filius
potest caritas nuncupari. Sicut ergo unicum dei verbum proprie vocamus
nomine sapientie cum sit universaliter et spiritus sanctus et pater ipse sapientia ita spiritus
sanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis cum sit pater et filius universaliter
caritas. Sed dei verbum id est unigenitus dei filius aperte dictus est
dei sapientia ore apostolico ubi ait Cristum dei virtutem et dei sapientiam.
Spiritus sanctus autem ubi sit dictus caritas invenimus si diligenter
Johannis apostoli scrutemur eloquium. Cum enim dixisset Dilectissimi
diligamus invicem quia dilectio ex deo est. Secutus adiunxit Et
omnis qui diligit ex deo natus est. Qui non diligit non cognovit
deum quia deus dilectio est. Hic manifestavit eam se dixisse
dilectionem deum quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio.
Sed quia et filius ex deo patre natus est et spiritus sanctus ex deo pa-
tre procedit quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse
dilectionem deum merito queritur. Pater enim ita solus est ut non sit
ex deo. Ac per hoc dilectio que ita deus est ut ex deo sit aut filius est
aut spiritus sanctus. Sed in consequentibus cum dei dilectionem commemorasset
non qua nos eum sed qua nos ipse dilexit et misit filium suum pro-
pitiatorem pro peccatis nostris et hinc exhortatus esset ut et
nos invicem diligamus atque ita in nobis deus maneat
quia utique dilectionem deum dixerat. Statim volens de hac aliquid
apertius eloqui In hoc inquit cognoscimus quia in Christo manemus
et ipse in nobis quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque
sanctus de quo dedit nobis facit nos in deo manere et ipsum
in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse est igitur deus dilectio. Deni-
que paulopost cum hoc ipsum repetisset atque dixisset Deus
dilectio est. Continuo subiecit Qui manet in dilectione in deo
manet et deus in eo manet. Unde supra dixerat In hoc cognoscimus
quia in ipso manemus et ipse in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis.
Ipse ergo significatur ubi legitur deus dilectio est. Deus igitur spiritus sanctus
qui procedit ex deo cum datus fuerit homini accendit eum in dilectione
dei et proximi et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde
deum diligat nisi ex deo. Propterea hic paulopost dicit Nos diligimus
quia ipse prior dilexit nos. Apostolus quoque paulus Dilectio inquit

dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nullum est isto dono excellentius. Solum est quod dividit inter filios regni eterni et filios perditionis eterne. Dantur et alia per spiritum munera, sed sine caritate nichil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuique spiritus sanctus ut eum dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transfertur ad dexteram. Nec spiritus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem, quam qui non habuerit, si linguis hominum loquatur et angelorum, sonans eramentum est et cymbalum tinniens. Et si habuerit prophetiam et scierit omnia sacramenta et omnem scientiam, et habuerit omnem fidem ita ut montes transferat, nichil est. Et si distribuerit omnem substantiam suam, et si tradiderit corpus suum ut ardeat, nichil ei prodest. Quantum ergo bonum est sine quo ad eternam vitam neminem bona tanta perducunt. Ipsa vero dilectio sive caritas, nam unius rei est nomen utrumque, si habeat eam qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec scit omnia sacramenta, nec distribuit omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuat vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum ut ardeat, si talis passionis nulla temptatio est, perducit ad regnum, ita ut ipsam fidem non faciat utilem nisi caritas. Sine caritate quippe fides potest quidem esse, sed non et prodesse. Propter quod et apostolus paulus: In christo inquit ihesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium, sed fides que per dilectionem operatur. Sic eam discernens ab ea fide qua et demones credunt et contremiscunt. Dilectio igitur que ex deo est et deus est proprie spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris dei caritas, per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus cum sit deus vocatur etiam donum dei. Quod donum proprie quid nisi caritas intelligenda est que perducit ad deum, et sine qua quodlibet aliud dei donum non perducit ad deum. Capitulum xix.

An et hoc probandum est donum dei dictum esse in sacris litteris spiritum sanctum? Si et hoc expectatur, habemus in evangelio secundum iohannem domini nostri ihesu christi verba dicentis: Si quis sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque vive. Porro evangelista secutus adiunxit: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Unde dicit etiam paulus apostolus: Et omnes unum spiritum potavimus. Utrum autem dei donum sit appellata aqua ista quod est spiritus sanctus, hoc queritur. Sed sicut hic invenimus hanc aquam spiritum sanctum esse, ita invenimus alibi in evangelio hanc aquam dei donum appellatam. Nam dominus idem cum muliere samaritana ad puteum loqueretur, cui dixerat: Da mihi bibere, quod cum illa respondisset non coutuntur iudei samaritanis, respondit ihesus et dixit ei: Si scires donum dei, et quis est qui dicit tibi: Da michi bibere, tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam.

ei mulier domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam
vivam Respondit Ihesus et dixit ei Omnis qui biberit ex aqua hac siciet iterum qui
autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non siciet in eternum sed aqua quam ego
dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam Quia ergo hec aqua viva
sicut ewangelista exposuit Spiritus sanctus est procul dubio spiritus scilicet donum dei est
de quo hic dominus ait Si scires donum dei Et quis est qui dicit tibi da michi bibere tu
forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam Nam quod ibi ait flumina de ven-
tre eius fluent aque vive hoc in isto loco fiet inquit in eo fons aque salientis in
vitam eternam. Paulus quoque apostolus Unicuique inquit nostrum datur gratia secundum mensuram do-
nationis Christi Atque ut donationem Christi spiritum sanctum ostenderet adiunxit postea
quod dicit ascendit in altum captivavit captivitatem dedit dona hominibus Notissimum est
autem dominum Ihesum Christum cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in celum dedisse
spiritum sanctum quo impleti qui crediderant linguis omnium gentium loquebantur Nec mo-
veat quod ait Dona non donum Id enim testimonium de psalmo posuit Hoc autem
in psalmo ita legitur Ascendisti in altum captivasti captivitatem accepisti dona
in hominibus Sic enim plures codices habent et maxime greci et ex hebreo sic
interpretatum habemus Dona itaque dixit apostolus quemadmodum propheta non donum
Sed cum propheta dixerit accepisti in hominibus apostolus maluit dicere dedit hominibus
ut ex utroque verbo uno prophetico apostolico altero quia in utroque est divini
sermonis auctoritas ut sensus plenissimus redderetur Utrumque enim verum est et quia
dedit hominibus et quia accepit in hominibus Dedit hominibus tamquam caput membris
suis ipse Christus in membris suis propter que membra sua clamabat de celo Saule Saule quid me
persequeris Et de quibus membris suis ait Cum uni ex minimis meis
fecistis michi fecistis Ipse ergo Christus et dedit de celo et accepit in terra Por-
ro autem dona ob hoc ambo dixerunt et propheta et apostolus quia per donum quod est spiritus
sanctus in commune omnibus membris Christi multa dona que sunt quibusque propria di-
viduntur omnes habeant id est spiritum sanctum Nam et alibi cum multa dona
commemorasset Omnia inquit hec operatur unus atque idem spiritus dividens
propria unicuique prout vult Quod verbum et in epistola que ad hebreos inscribitur
ut scriptum est attestante deo signis et ostentis et variis virtutibus
spiritus sancti divisionibus Et hic cum dixisset ascendit in altum captiva-
vit captivitatem dedit dona hominibus Quod autem ascendit ait quid est nisi quia et descen-
dit in inferiores partes terre Qui descendit ipse est qui et ascendit super omnes
celos ut adimpleret omnia Et ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam
quidem prophetas quosdam vero evangelistas quosdam autem pastores et doctores Ec-
ce quare dicta sunt dona quia sicut alibi dicit Numquid omnes apostoli numquid omnes
prophete et cetera Hic autem adiunxit ad consummationem sanctorum in opus ministerii
in edificationem corporis Christi Hec est domus que sicut psalmus canit edificatur
post captivitatem Quoniam qui sunt a diabolo eruti a quo captivi tene-
bantur de hiis edificatur corpus Christi que domus appellatur ecclesia Hanc autem
captivitatem ipse captivavit qui diabolum vicit Et ne illa que futura
erat sancti capitis membra in eternum supplicium secum traheret eum iusticie
primo deinde potentie vinculis alligavit Ipse itaque diabolus appel-
lata est captivitas quam captivavit qui ascendit in altum et dedit dona
hominibus vel accepit in hominibus Petrus autem apostolus sicut in eo libro canoni-
co legitur qui ubi scripti sunt actus apostolorum loquens de Christo Compunctis
corde iudeis et dicentibus Quid ergo faciemus fratres monstrante nobis

Ecce dona non donum dixerit

Captivam duxit captivitatem

Dixit ad eos: Agite penitentiam et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi Simo magus
in remissionem peccatorum et accipietis donum spiritus sancti. Item in eodem libro legitur
Simonem magum apostolis dare voluisse pecuniam ut ab eis acciperet
potestatem qua per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus. Cui Petrus idem: act. 8
Pecunia tua tecum sit in perditionem quia donum dei existimasti te per pecuniam
possidere. Et alio eiusdem libri loco cum Petrus Cornelio et eis qui cum
eo fuerant loqueretur annuntians et predicans Christum ait scriptura: Adhuc lo-
quente Petro verba hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant
verbum et obstupuerunt qui ex circumcisione fideles cum Petro venerant quia
et in nationes donum spiritus sancti effusum est. Audiebant enim eos loquentes no
linguis et magnificantes deum. Deinde facto suo quod incircumcisos bapti-
zaverat quia prius quam baptizarentur ut nodum questionis auferret in
eos venerat spiritus sanctus. Cum Petrus postea redderet rationem fratribus qui erant
offensi et hac re movebantur ait postea: Cum enim cepissem ad eos
loqui cecidit spiritus sanctus super illos sicut et in nos in initio. Commemoratus
sum verbi domini sicut dicebat quia Iohannes quidem baptizavit aqua vos autem
baptizabimini spiritu sancto. Si ergo equale donum dedit illis sicut et nobis
qui credidimus in dominum Iesum Christum ego quis eram qui possem prohibere deum non
dare illis spiritum sanctum. Et multa alia sunt testimonia scripturarum que concordi-
ter attestantur donum dei esse spiritum sanctum in quantum eis datur qui per eum dili-
gunt deum. Sed nimis longum est cuncta colligere et quid eis satis est
quibus hec que diximus satis non sunt. Sane ammonendi sunt quandoquidem donum
dei iam vident dictum spiritum sanctum ut cum audiunt donum spiritus sancti id genus locutionis
agnoscant quod dictum est in expoliatione corporis carnis. Sicut corpus carnis nihil
aliud est quam caro sic donum spiritus sancti nihil aliud est quam spiritus sanctus.
In tantum ergo dei donum est in quantum datur eis quibus datur. Apud se autem deus est
etsi nemini detur quia deus erat patri et filio coeternus antequam cuiquam daretur.
Nec quia illi dant ipse datur minor est illis. Ita enim datur sicut donum dei
ut etiam se ipsum det sicut deus. Non enim dici potest non esse sue potestatis de quo
dictum est: Spiritus ubi vult spirat. Et apud apostolum quod iam supra comme-
moravi: Omnia enim hec operatur unus atque idem spiritus dividens propria uni-
cuique prout vult. Non est illic conditio dati et donatio dantium sed con-
cordia dati et dantium. Quapropter sicut sancta scriptura proclamat: Deus
caritas est. Illa que ex deo est et in nobis id agit ut in deo maneamus
et ipse in nobis. Et hoc inde cognoscimus quia de spiritu suo dedit nobis.
Ipse spiritus dei est caritas. Deinde si in donis dei nihil maius est caritate spiritus sanctus est caritas
et nullum est maius donum dei quam spiritus sanctus quid consequentius quam ut ipse sit
caritas que dicitur et deus et ex deo. Et si caritas qua pater diligit filium et patrem
diligit filius ineffabiliter communionem demonstrat amborum quid convenientius
quam ut ille proprie dicatur caritas qui spiritus est communis ambobus. Hoc enim sa-
nius creditur vel intelligitur ut non solus spiritus sanctus caritas sit in illa
trinitate sed non frustra proprie caritas nuncupetur propter illa que dicta
sunt. Sicut non solus est in illa trinitate vel spiritus vel sanctus quia
et pater spiritus et filius spiritus et pater sanctus et filius sanctus quod
non ambigit pietas. Et tamen ipse non frustra proprie dicitur spiritus sanctus.
Quia enim est communis ambobus id vocatur ipse proprie quod ambo communiter.
Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est caritas profecto et filius non solus

patris

veritatem spiritus sancti filius invenitur. Ita enim locus in nullis libris di-
citur et legitur filius unigenitus dei patris ut tamen et id verum sit quod et
apostolus ait de deo patre: Qui eruit nos de potestate tenebrarum et
transtulit in regnum filii caritatis sue. Non dixit filii sui. Quod si
diceret verissime diceret, quia quod saepe dixisset verissime dixit; sed ait
filii caritatis sue. Filius ergo est etiam spiritus sancti si non in illa trinitate
caritas dei nisi spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est, restat ut non
solus sit ibi caritas spiritus sanctus, sed propter illa de quibus satis dis-
serui proprie sic vocetur. Quod enim dictum est filii caritatis sue nichil
aliud intelligatur quam filii sui dilecti, quam filii postremo substantie sue.
Caritas quippe patris, que in natura eius est ineffabiliter simplici, nichil
aliud est quam eius ipsa natura atque substantia, ut saepe diximus et saepe
iterare non piget. Ac per hoc filius caritatis eius nullus nobis pro-
mittitur ullo clarius certius quam videbimus cum nunc eius ymaginem
quod nos sumus per quod tamen speculum et in enigmate qui videt
sed in hac eius vita videt cordis sui, non illi sunt quae ea quae digessimus
commendavimus in sua mente conspiciunt sed illi qui eam tamquam ymagi-
nem videt ut possit ad eum cuius ymago est quomodocumque referre
quod videt et per ymaginem quam conspiciendo videt etiam id videre
coniciendo quod nondum potest facie ad faciem. Non enim ait apostolus
videmus nunc speculum, sed videmus nunc per speculum. C. xx 20

Qui ergo vident suam mentem quomodo videri potest et in ea trinitatem
istam de qua multis modis ut potui disputavi, nec
tamen eam credunt vel intelligunt esse ymaginem dei, speculum quidem
vident sed usque adeo non vident per speculum qui est per speculum nunc vi-
dendus ut nec ipsum speculum quod videt sciant esse speculum, id est ymagi-
nem. Quod si scirent fortasse eum cuius est speculum per hoc querendum et per
hoc utcumque videndum esse sentirent, fide non ficta corda mundante ut
facie ad faciem possit videri qui per speculum nunc videtur. Qua fide
cordium mundatrice contempta quid agunt intelligendo que
de natura mentis humane subtilissime disputantur nisi ut ipsa quoque intel-
ligentia sua teste dampnentur? In qua profecto non sic laborarent et
vix ad certum aliquid pervenirent nisi penalibus tenebris involuti et
onerati corpore corruptibili quod aggravat animam. Quo tandem merito
inflicto malo isto nisi peccati? Unde tanti mali magnitudine a-
moniti sequi debent agnum qui tollit peccata mundi. Cap. xxi

Ad eum namque pertinentes etiam istis ingenio tardiores cum
a fine vite huius resolvuntur adverse in eos retinendos non
habent ius potestates. Quos ille agnus sine ullo debito peccati
occisus non potentia potestatis prius quam iustitia sanguinis
vicit. Proinde liberi a diaboli potestate suscipiuntur ab angelis sanctis
a malis omnibus liberati per mediatorem dei et hominum hominem Christum Ihesum,
quem concordantibus divinis scripturis et veteribus et novis et per quas prenuntiatus et per quas
nuntiatus est, non est aliud nomen sub celo in quo oporteat homines
salvos fieri. Constituuntur autem purgati ab omni corruptionis impla-

q eruit nos

filii

Ac per hoc filius charitatis eius nullus est alius quam qui de substantia eius est genitus

adis cordibus donum recipiat corpora sua, sed iam incorruptibilia, quae
non onerent. Hoc enim placuit optimo et sapientissimo creatori, ut spiritus
hominis deo pie subditus habeat feliciter subditum corpus, et ista sine fine
permaneat ipsa felicitas. Ubi veritatem sine ulla difficultate vi-
debimus, eaque clarissima et certissima perfruemur. Nec aliquid quaeremus mente
ratiocinante, sed contemplante cernemus quare non sit filius spiritus sanctus cum de
patre procedat. In illa luce nulla erit quaestio. Hic vero ipsa experi-
entia tam mihi esse apparuit difficilis, quam et illis qui haec diligen-
ter atque intelligenter legent procul dubio similiter apparebit, ut cum me in solo
huius operis libro alio loco inde dicturum me esse promiserim, quo-
cumque in ea creatura quae nos sumus aliquid illi rei simile ostendere volui, que-
lemcumque intellectum meum sufficiens eloquium minime secutum non fuit,
quamvis et in ipso intellectu conatum me senserim magis habuisse quam
effectum. Et in una quidem persona quod est homo inveni imaginem sum-
me illius trinitatis, et in re mutabili tamen illa ut facilius intelligi
posset etiam per temporalia intervalla maxime in libro nono monstrare. Sed
tria unius personae non sic potuit intento tunc illis personis
convenire poterunt sicut in hoc libro quintodecimo demonstravimus.

Cap. xxvi

Deinde in illa summa trinitate quae deus est intervalla temporum nul-
la sunt per quae possit ostendi aut saltem requiri utrum prius de patre natus
sit filius et postea de ambobus processerit spiritus sanctus, quoniam scriptura
sancta spiritum eum dicit amborum. Ipse est enim de quo dicit apostolus: Quoniam autem estis
filii, misit deus spiritum filii sui in corda vestra. Et ipse est de quo dicit idem
filius: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.
Et multis aliis divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur patris et filii
esse spiritum, qui proprie dicitur in trinitate spiritus sanctus. De quo item dicit idem filius:
Quem ego mittam vobis a patre. Et alio loco: Quem mittet pater
in nomine meo. De utroque autem procedere sic docetur, quia ipse filius ait: De patre
procedit. Et cum resurrexisset a mortuis et apparuisset discipu-
lis suis, insufflavit et dixit: Accipite spiritum sanctum, ut eum etiam de
se procedere ostenderet. Et ipsa est virtus quae de illo exibat, sicut legitur in
evangelio, et sanabat omnes. Quid vero fuit causae ut post resurrec-
tionem suam et in terra prius daret et de caelo postea mitteret spiritum sanctum?
Hoc ego existimo, quia per ipsum donum diffunditur caritas in cordibus nostris,
qua diligamus deum et proximum secundum duo illa praecepta in quibus
tota lex pendet et prophetae. Hoc significans dominus Ihesus bis dedit spiritum
sanctum, semel in terra propter dilectionem proximi, et iterum de caelo propter di-
lectionem dei. Et si forte alia ratio reddatur de bis dato spiritu sancto, eundem
tamen spiritum sanctum datum cum insufflasset Ihesus, de quo mox ait: Ite bapti-
zate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti, ubi maxime commendatur
haec trinitas, ambigere non debemus. Ipse est ergo qui etiam de caelo datus est die
pentecostes, id est post dies decem quam dominus ascendit in caelum. Quomodo ergo
deus non est qui dat spiritum sanctum? Immo quantus deus est qui dat deum!
Neque enim aliquis discipulorum eius dedit spiritum sanctum. Orabant quippe ut veni-
ret in eos quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant. Quem
morem in suis praepositis nunc servat etiam ecclesia. Denique et Symon ma-
gus offerens apostolis pecuniam, non ait: Date et mihi hanc potestatem, ut dem-

spiritum sanctum sed cuicumque imposuero manus accipiat spiritum sanctum. Quia neque scriptura superius dixerat videns autem Simon quod apostoli darent. Sed dixerat videns autem Simon quod per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus. Propter hoc et dominus ipse Jesus spiritum sanctum non solum dedit ut deus sed etiam accepit ut homo propterea dictus est plenus gratia. Et manifestius de illo scriptum est in actibus apostolorum quoniam unxit eum deus spiritu sancto non utique oleo visibili sed dono gratie quod visibili significatur unguento quo baptizatos ungit ecclesia. Nec sane tunc unctus est Christus spiritu sancto quando super eum baptizatum velut columba descendit tunc enim corpus suum id est ecclesiam suam prefigurare dignatus est in qua precipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Sed ista mystica et invisibili unctione tunc intelligendus est unctus quando verbum dei caro factum est id est quando humana natura sine ullis precedentibus bonorum operum meritis deo verbo est in utero virginis copulata ita ut cum illo fieret una persona. Ob hoc eum confitemur natum de spiritu sancto et virgine maria. Absurdissimum est enim ut credamus eum cum triginta esset annorum eius enim etatis a Johanne baptizatus est accepisse spiritum sanctum. Sed venisse ad illud baptisma sicut sine ullo omnino peccato ita non sine spiritu sancto. Si enim de famulo suo et precursore ipso Johanne scriptum est replebitur spiritu sancto iam inde ab utero matris sue quoniam quamvis seminatus a patre tamen spiritum sanctum in utero formatus accepit quid de homine Christo intelligendum est vel credendum cuius carnis ipsa conceptio non carnalis sed spiritualis fuit. In eo etiam quod de illo scriptum est quod acceperit a patre promissionem spiritus sancti et effudit utraque natura monstrata est et humana scilicet et divina. Accepit quippe ut homo et effudit ut deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro effundere autem super alios non utique possumus sed ut hoc fiat deum super eos a quo id efficitur invocamus. Numquid ergo possumus querere utrum iam processerat de patre spiritus sanctus quando natus est filius an nondum processerat et illo nato de utroque processit ubi nulla sunt tempora sicut potuimus querere ubi invenimus tempora voluntatem prius de humana mente procedere ut queratur quod inventum proles vocetur qua iam parta seu genita voluntas illa perficitur et fine requiescens ut qui fuerat appetitus querentis sit amor fruentis qui iam de utroque id est de gignente mente et de genita notione tamquam de parente ac prole procedat. Non possunt prorsus ista ibi queri ubi nil ex tempore inchoatur ut consequentibus perficiatur in tempore. Cap. xxiii 23

Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem filii de patre intelligat sine tempore processionem spiritus sancti ab utroque. Et qui potest intelligere in eo quod ait filius sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio vitam habere in semetipso non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse sed ita eum sine tempore genuisse ut vita quam pater filio gignendo dedit coeterna sit vite patris qui dedit intelligat sicut habet pater in semetipso ut de illo procedat spiritus sanctus sic dedisse filio ut de illo procedat spiritus sanctus et utrumque sine tempore atque ita dictum spiritum sanctum de patre procedere ut intelligatur quod etiam procedit de filio de patre esse et filio. Si enim quicquid habet de patre habet filius de patre utique habet ut et de illo procedat spiritus sanctus. Sed nulla tempora ibi cogitentur que habent prius et posterius quia omnino nulla ibi sunt. Quomodo ergo non absurdissime filius diceretur amborum cum sicut filio prestat essentiam sine initio temporis sine ulla mutabilitate nature de patre generatio ita spiritui sancto prestet essentiam sine ullo initio temporis sine ulla mutabilitate nature de utroque processio. Ideo enim cum spiritum sanctum

genitum non dicamus dicatur tamen non audemus dicere ingenitum ne in hoc
vocabulo vel duos patres in illa trinitate vel duos qui non sunt de
alio quispiam suspicetur. Pater enim solus non est de alio ideo solus appel-
latur ingenitus non quidem in scripturis sed in consuetudine disputantium
et de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium. Filius enim de patre natus
est. et spiritus sanctus de patre principaliter et ipso sine ullo intervallo temporis dante
communiter procedit de utroque. Diceretur autem filius patris et filii si quod
abhorret ab omnium sanorum sensibus ambo eum genuissent. Non igitur
ab utroque est genitus sed procedit ab utroque amborum spiritus. Capitulum xxvij

Verum quia in illa coeterna et equali et incorporali et ineffabi-
liter incommutabili atque inseparabili trinitate difficillimum est
generationem et processionem distinguere sufficiat interim eis qui extendi
non valent amplius id quod de hac re in sermone quodam proferendo
ad aures populi christiani diximus dictumque conscripsimus. inter cetera cum
per scripturarum sanctarum testimonia docuissem de utroque procedere spiritum
sanctum. Si ergo inquam et de patre et de filio procedit spiritus sanctus. Cur filius
de patre procedit. Cur putas nisi quemadmodum solet ad eum referre et quod
de ipso est et ipse est. Unde et id est quod ait Mea doctrina non
est mea sed eius qui me misit. Si igitur hic intelligitur eius doctrina quam tamen
dixit non suam sed patris quanto magis illic intelligendus est et de ipso
procedere spiritus sanctus ubi sic ait De patre procedit ut non diceret De me
non procedit. A quo autem habet filius ut sit deus est enim deus de deo
ab illo habet utique ut etiam de eo procedat spiritus sanctus. ac per hoc spiritus sanctus
ut etiam de filio procedat sicut procedit de patre ab ipso habet patre. Hic utcum-
que etiam illud intelligitur quantum a talibus quales nos sumus intelligi
potest cur non dicatur natus esse sed potius procedere spiritus sanctus. quoniam et
si ipse filius diceretur amborum utique filius diceretur quod absurdissimum
est. filius quippe nullus est duorum nisi matris et patris. Absit autem
ut inter deum patrem et deum filium aliquid suspicemur tale. quia nec filius hominum
simul et ex patre et ex matre procedit. sed cum in matrem procedit ex patre
non tunc procedit ex matre. et cum in hanc lucem procedit ex matre
non tunc procedit ex patre. Spiritus enim sanctus non de patre procedit in filium et de
filio procedit ad sanctificandam creaturam sed simul de utroque procedit quamvis
hoc pater filio dederit ut quemadmodum de se ita de illo quoque procedat.
Neque enim possumus dicere quod non sit vita spiritus sanctus cum vita pater vita
filius. ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso dedit et filio
habere vitam in semetipso sic ei dedit vitam procedere de illo sicut procedit
et de ipso. Hec de illo sermone in hunc librum transtuli sed fide-
libus non infidelibus loquens. Capitulum xxv

Verum si ad hanc imaginem contuendam et ad videnda
ista quam vera sit que in corpore mentis sunt non tamen ita sunt ut tres
persone sint sed omnia tria hominis sint qui una persona est. nunquid idonei sunt
cum non de illa summa trinitate quod deus est credunt. potius quam in sacris
litteris invenitur quam possint liquidissimam reddi sibi rationem que ab
humana mente tarda scilicet infirmaque non capitur. Et certe cum inconcusse
crediderint scripturis sanctis tamquam veracissimis testibus agant orando et
querendo et bene vivendo ut intelligant id est ut quantum videri potest videa-
tur mente quod tenetur fide. quis hoc prohibeat immo vero ad hoc

quis non horreat? Si autem propterea negandum putatur ita esse quia ea non valent cernere mentibus suis, sicut et illi qui cecitate sua ceci sunt esse solem negarent: lux ergo lucet in tenebris. quod si eas tenebre non comprehendunt, illuminentur dei dono primo ut sint fideles et incipiant esse lux in comparatione infidelium atque hoc premisso fundamento edificentur ad videnda que credunt ut aliquando possint videre. Sunt enim que ita creduntur ut videri iam omnino non possint. Non enim Christus iterum in cruce videndus est. Sed nisi credatur quod ita factum atque visum est ut futurum ac videndum iam non speretur, non pervenitur ad Christum qualis sine fine videndus est. Quantum vero attinet ad illam summam ineffabilem incorporalem immutabilemque naturam per intelligentiam utcumque cernendam, nusquam se melius regente dumtaxat fidei regula acies humane mentis exercet quam in eo quod ipse homo in sua natura melius ceteris animalibus, melius etiam ceteris anime sue partibus habet, quod est ipsa mens, cui quidem rerum invisibilium tributum est visum, et cui tamquam in loco superiore atque interiore honorabiliter presidenti iudicanda omnia nuntiat etiam corporis sensus, et qua non est superior cui subdita regenda est nisi deus. Verum inter hec que multa iam dixi et nihil illius summe trinitatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo profiteri, sed confiteri potius mirificatam scientiam eius ex me invaluisse nec potuisse me ad illam.

Capitulum xxvi 26

O tu anima mea ubi te esse sentis, ubi iaces aut ubi stas, donec ab eo qui propitius factus est omnibus iniquitatibus tuis sanentur omnes languores tui? Agnoscis te esse in illo stabulo quo samaritanus ille perduxit eum quem reperit multis a latronibus inflictis vulneribus semivivum. Et tamen multa vera vidisti, non his oculis quibus videntur corpora colorata, sed eis pro quibus orabat qui dicebat: Oculi mei videant equitatem. Nempe ergo multa vera vidisti, eaque discrevisti ab illa luce qua lucente vidisti. Attolle oculos ad ipsam lucem et eos in ea fige si potes. Sic enim videbis quid distet nativitas verbi dei a processione doni dei, propter quod filius unigenitus non de patre genitum, alioquin frater eius esset, sed procedere dixit spiritum sanctum. Unde cum sit communio quedam consubstantialis patris et filii, amborum spiritus, non amborum, quod absit, dictus est filius. Sed ad hoc dilucide perspicueque cernendum non potes ibi figere aciem. Scio non potes. Verum dico, michi dico, quod non possum scio. Ipsa tamen ostendit tibi intra te illa in quibus te summi illius quam non potes fixis oculis contemplari non dubium valeas ymaginem trinitatis agnoscere. Ipsa ostendit tibi verbum verum esse in te quando de scientia tua gignitur, id est quando quod scimus dicimus, et si nullius gentis lingua significantem vocem vel proferimus vel cogitamus, sed ex illo quod novimus cogitatio nostra formetur. Eritque in acie cogitantis ymago simillima cogitationis eius quam memoria continebat, ista duo scilicet velut parentem et prolem tertia voluntate sive dilectione iungente. Quam quidem voluntatem de cogitatione procedere, nemo enim vult quod omnino quid vel quale sit nescit, non tamen esse cogitationis ymaginem, et ideo quandam in hac re intelligibili nativitatis et processionis insinuari distantiam, quoniam non hoc est cogitatione conspicere quod appetere vel etiam perfrui voluntate, cernit discernitque qui potest. Potuisti et tu, quamvis non potueris neque possis explicare sufficienti eloquio quod inter nebulas similitudinum corporalium que cogitationibus humanis occursare non desinunt vix vidisti. Sed illa lux que non est quod tu, et hoc tibi ostendit aliud esse illas incorporeas similitudines

corporum et illud esse verum quod eis reprobatis intelligitur convictum continemus. Hec et alia similia [...] Cur ergo causa est cur acie fixa ipsam videre non possis nisi utique infirmitas? Et quis eam tibi fecit nisi utique iniquitas? Quis ergo sanet omnes languores tuos nisi qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis? Librum itaque istum iam tandem aliqua precatione melius quam disputatione concludam. Sequitur capitulum vicesimum viii.

Domine deus meus credimus in te patrem et filium et spiritum sanctum. Neque enim diceret veritas: Ite baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti, nisi trinitas esses. Nec baptizari nos iuberes domine deus in eius nomine qui non est dominus deus. Nec diceretur voce divina: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est, nisi trinitas ita esses ut unus dominus deus esses. Et si tu deus pater ipse esses et filius verbum tuum Ihesus Cristus ipse esses et donum vestrum spiritus sanctus, non legeremus in litteris veritatis: Misit deus filium suum, nec tu unigenite diceres de spiritu sancto: Quem mittet pater in nomine meo, et: Quem ego mittam vobis a patre. Ad hanc regulam fidei dirigens intentionem meam, quantum potui, quantum me posse fecisti, quesivi te et desideravi intellectu videre quod credidi, et multum disputavi et laboravi. Domine deus meus, una spes mea, exaudi me ne fatigatus nolim te querere, sed queram faciem tuam semper ardenter. Tu da querendi vires, qui inveniri te fecisti et magis magisque inveniendi te spem dedisti. Coram te est firmitas et infirmitas mea; illam serva, istam sana. Coram te est scientia mea et ignorantia; ubi mihi aperuisti, suscipe intrantem; ubi clausisti, aperi pulsanti. Meminerim tui, intelligam te, diligam te. Auge in me ista donec me reformes ad integrum. Scio scriptum esse: In multiloquio non effugies peccatum. Sed utinam predicando verbum tuum et laudando te tantummodo loquerer; non solum fugerem peccatum sed meritum bonum acquirerem quantumlibet multum sic loquerer. Neque enim de te beatus homo peccatum preciperet germano in fide filio suo cui scripsit dicens: Predica verbum, insta oportune importune. Numquid dicendum est istum multum locutum, qui non solum oportune verbum tuum domine non tacebat? Sed ideo non erat multum quia tantum erat necessarium. Libera me domine deus a multiloquio quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo et confugiente ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus taceo etiam tacens vocibus. Et si quidem non cogitarem nisi quod placeret tibi, non utique rogarem ut me ab hoc multiloquio liberares. Sed multe sunt cogitationes mee, tales quales nosti, cogitationes hominum quoniam vane sunt. Dona mihi non eis consentire, et si quando me delectant, eas nichilominus improbare nec in eis velut dormitando immorari. Nec in tantum valeant apud me ut aliquid in opera mea procedat ex illis, sed ab eis mea saltem tuta sint iudicia, tuta conscientia te tuente. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo qui ecclesiasticus proprio nomine iam vocatur: Multa, inquit, dicimus et non pervenimus, et consummatio sermonum universa est ipse. Cum ergo pervenerimus ad te, cessabunt multa ista que dicimus et non pervenimus, et manebis unus omnia in omnibus, et sine fine dicemus unum laudantes te in unum, et in te facti nos etiam unum. Domine deus une, deus trinitas, quecumque dixi in his libris de tuo agnoscant et tui; si qua de meo, et tu ignosce et tui.

Deo gratias. Explicit liber beati Augustini de benedicta Trinitate.

Circa materiam de benedicta trinitate notandum
quod quatuor sunt relationes in divina essentia
inter se distincte realiter
- p(ate)rnitas
- filiatio
- spiratio
- et p(ro)cessio

Quinque notiones
- innascibilitas
- paternitas
- filiatio
- communis spiratio
- et processio

Item tres notiones p(ro)p(ri)e
- paternitas
- filiatio
- processio sive passiva spiratio

Tres proprietates p(ro)p(ri)e
- Paternitas
- filiatio et
- processio

Due emanationes scilicet
- per modum nature
- et per modum voluntatis vel amoris

Due emanationes sunt in divinis quinque notiones Et hinc tamen tres
proprietates personales et quatuor relationes ut patet in figuris superpositis
Modi emanandi sunt duo perfecta scilicet per modum nature et volun-
tatis per amorem prima est generatio Secunda processio sive spiratio.
Prima vero duabus emanationibus subsistentibus necesse est ema-
nare duas ypostases. necesse est etiam ponere ypostasim primo pro-
ducentem ab alio non emanantem ne sit infinitum abire Et ideo sunt
in divinis tres ypostases Et quia cuilibet emanationi correspondet du-
plex habitudo relativa ideo sunt ibi quatuor relationes scilicet paternitas fi-
liatio processio et spiratio Prima vero per has habitudines innotescunt
nobis divine ypostases Et preter hec est illa ypostasis in qua est
prima ratio principiandi in divinis innotescit quod est nobilitatis in ipso
ideo quinque sunt notiones scilicet quatuor relationes cum innascibilitate
Nam quelibet persona. habet una proprietate propria principali innotescit Ideo
tres sunt proprietates personales que hiis nominibus exprimuntur pater filius et
spiritus sanctus Cum enim proprium patris sit proprium innascibilem seu ingenitum
esse principium non de principio esse. Propterea innascibilitas notificat
ipsum per modum negationis et consequenti per modum positionis Nam innas-
cibilitas in patre ponit fontalem plenitudinem. principium non de prin-
cipio / per modum positionis et habitudinis ipse complete et determinate
Sed cum filius sit ymago verbum et filius / ymago nominat illam
personam ut similitudinem expressam. verbum ut similitudinem expressivam
filius ut similitudinem ypostaticam Item ymago ut similitudinem con-
formem. verbum ut similitudinem intellectualem filius ut similitudinem con-
naturalem Per hunc modum. cum proprium sit spiritus sancti. esse donum esse nexum
seu caritatem amborum / et est spiritus sanctus donum nominat ipsum ut datum
voluntarium / caritas sive nexus ut datum voluntarium et principium
spiritus sancti ut datum voluntarium primum et ypostaticum / Hec Bon-
ventura in suo breviario /

De hiis vide in libello quis bo. ven. p. p. (?) c. 3

Persona secundum b. tho. et boecium de duabus naturis / Est rationalis nature individua substantia. Secundum richardum persona est intellectualis nature incommunicabilis existentia

Unde persone divine multiplicantur secundum eas origine Et ita notiones eas secundum originem multiplicantur

Ad notionem tria requiruntur Primo quod sit proprietas determinata et non generalis quia generalis non distinguit Secundo quod illa proprietas sit relativa quoniam sola relatio originis in divinis distinguit Tertio quod sit proprietas ad dignitatem pertinens eo quod persona quam distinguit est nomen dignitatis Ideo esse ab alio non proprie notio non importat aliquam dignitatem in spiritu sancto. Sed esse de patre quia in ipso tamquam in principio importatur dignitas

Ad esse notionis tria requiruntur Primo proprietas originis quia sola relatio originis distinguit in divinis Secundo requiritur proprietas determinata i. specialis Tertio quod sit proprietas ad dignitatem pertinens

persona sumitur

Uno modo nomine distinctio ut deus pater est persona et sic principali significatione seu propria sit essentiam

Alio modo nominali et sic sit ypostasis sive subsistentia ut deus tres persone et hec significatio non est propria sed transumptiva seu translativa et ex natura adducta

Tertio modo nomine distinctio in masculino genere et ideo dicitur deus aliquis est pater in persona et sic sit pro proprietate distinctiva genere ut alia est persona patris et sic sumitur ypostasim

innascibilitas

communis

Innatus pater filius spiratio communis
Personas divinas hec sunt notificatas
Primum cum quinto non ponunt relationem
Spiramen passivum cum tertio pone relationem

In nascibilitas communis pater principium prima sunt proprietates
Sed personales tres sunt tibi proprietates

essentia

Usia quod trinitas
i. sua
Usiosis quod genera
Ypostasis i. subiecta
tum quod subalterna
i. persona
Prosopon quod nomen secundum

Notandum quod persone sunt realiter distincte et non solum ratione

Item proprietates personales non distinguntur realiter a personis

Item proprietates et relationes non differunt nisi secundum rationem paternitas

Ex proprietatibus et relationes [illegible] distinguit patrem et constituit tunc est proprietas Sed prout refertur ad filium tunc est relatio

nota

Je
q
r

Liber octogintatrium questionum beati Augustini episcopi

Ex libro primo retractacionum Augustini tytulo tricesimo v° de diversis questionibus lxxxiii

cedit non novi vos quod signi-
ficabat lazarus sepultus hominem
in disciplinis et in preceptis eius
non sunt peccata huic interrogationi
simile est et in genesi adam ubi es
qui peccavit abscondebat se a
facie dei quia occultationem hic
scripturam fit ut peccat beatus
similitudinem moriens sepultus
absconditur a facie domini affer-
te autem lapidem quod ait Nullos
puto significare quod venientibus
ad ecclesiam ex gentibus omnis
circumcisionis imponere volebat
contra quos multum scribit
apostolus vel meos quod in ecclesia cor-
rupte vivunt et confessioni sunt
credere volentibus dicit illi
Maria domine iam quarta dies
est et putat ultimum elementorum
terra est fiet ergo pudore terre-
norum peccatorum in cupiditate carnalium
Creditum est inquit ad dominum tu
peccaverit et in terram ibis et
sublato lapide exivit de mo-
numento involutus manibus
et pedibus et facies eius tecta
sub tacito Quod autem exivit de
monumento animam fit recedere
a carnalibus vitiis quod autem
institis involutus hoc est et
a carnalibus recedentes et mente
servientes legi dei adhuc tamen
et corpore constituti alieni a mo-
lestiis carnis esse non possumus

Dicente apostolo mente servio
legi dei carne autem legi peccati
quod facies sudario tecta erat
hoc est quod in hac vita plenam
cognitionem habere non possumus
sicut apostolus dicit nunc videmus
per speculum in enigmate postea autem
facie ad faciem et ihesus solvi-
te eum et sinite abire hoc est
quod post hanc vitam auferun-
tur omnia velamenta ut fa-
cie ad faciem videamus quintum
autem instituit inter homines que
dei sapientia gestabat et per que
liberati sumus et ceteros homines
sunt intelligentes quod lazarus exiens
de monumento in tenebris anima
nisi resolutione corporis liberata
ab omni ignorantia et peccato esse
non potest quemadmodum per speculum in enig-
mate videmus dominum Quod autem lin-
teamina et sudarium quod peccatum non
fecit et tamen ignoravit in monumento
inventi sunt ostendit non solum car-
ne non tamen in monumento non est
oppressus ut aliud peccatum non in-
veniretur in eo sed linteis impli-
catus ut eum aliquid latet aut
ab itinere retardaret etc.

De eo quod ait Iacobus quoniam fi- des sine operibus mortua est 16

Quoniam paulus apostolus pre-
dicans iustificari hominem
per fidem sine operibus non
bene intellectus est ab eis qui
sic deum acceperunt ut putarent
eum semel in Christum credidissent
et si male operarentur et facino-
rose flagitiose viverent salvos
misi esse per fidem posse locus
iste eiusdem epistole eundem sermonem
periculi apostoli quo sit intelligendus
exponit idemque abrahe magis
exponit vacua esse fidem si
non bene operatur quoniam abrahe
et paulus usus est ut pro-
baret iustificari hominem per fidem
sine operibus legis tamen bona
opera commemorat abrahe que eius
fidem comitata sunt satis

Ostendit aplm paulu no ita
p abraham doce' iustificari
hoiem pfidem sine opibus
ut si quis crediderit no ad eu
ptineat bene opari s; h' po
tius ut nemo arbitret' merit
pcedentiu bonor opm se puenisse
ad meritu iustificacionis q est
i fide in hoc n se gentibus iu
xpm credentibus iudei pferre
cupiebant et dicebant se merit bo
nor opm que in lege sunt
puenisse ad ewangelicu graz
Ideoq; scandalizabant' mlta
qui ex eis crediderant q i ar
diasis gentibus cristi gra tra
deretur Nam aplus paulus
dicit posse hoiez sine opibus
s; pcedentibus iustificari p fide
Nam iustificatus p fidez quo
pt nisi iuste deinceps opari
q~~uamvis~~ iuste opatur
ad dei iustificacoz puenire no
merito bonor opm s; gra dei
que vacua i eo no pt ee iaz
p dilecoz bn opat' Q; si eu ae
cedit mox de hac vita recess
sit iustificacio fidei manet ad
eo nec pcedentibus bonis opi
bus quia no merito ad illa gra
puenit nec sequtibus quia in
hac vita esse no sunt Ecce
manifestu est q paulus dicit
arbitramur n iustificari ho
minem pfidem sine opibus
no tamen sic intelligendu est
ut accepta fide si vivit di
camus xpm et si male vivit
pdecessor abrahe et aplus
paulus dicit quia i eo legi
quia no accepat p fide iustifi
catus est et Jacobus q fide
ipius abrahe opa bona co
secuta esse demonstrat q; ad
modu intelligendu sit q paulus
aplus pdicaveit Ecca q' putat
ista iacobi apli sniaz cotraz ee
illi pauli apli sine putat arbi
tral ipm paulu sibi ee cotrariu
Q; d' alio loco no n auditores

legis iusti sunt apud deu s;
factores legis iustificabunt'
Et alio loco s; fide que p dilecoz
opant' Et iteru Si em s'm
carne vivit morienm Si aut
spu facta carnis mortificaveit
vivet Que sunt aut facta car
nis spu que opibus spiritibus mor
tificanda sint alio loco demo
strat dicens Manifesta sunt
aut opa carnis que st form
cacoes inmudie ydolor servitus
veneficia inimicicie contencoes
emulacoes dissensiones hereses
confusicones ebrietates et his
silia que que pdico vobis sic
predixi qm qui talia agunt
regnu dei no possidebunt et
ad Corinth' Nolite errare neq;
fornicatores neq; ydolis servi
entes neq; adulteri neq; masculor
concubitores neq; fures neq;
avari neq; ebriosi neq; rapa
ces regnu dei possidebunt et
hic quidam fuistis s; abluti
estis s; iustificati estis i nomine
dni ihu xpi et spu dei nri
Quibus sentencijs manifestissi
me docet non eos pcio bono
ope ad fidei iustificacoz per
venisse nec merit' eor istam
graciam datam qui dicit hic q
dam fuistis Sz cu dicat qm qui
talia agunt regnu dei no pos
sidebunt Satis ostendit iaz
ex quo crediderunt debe' bene
opari quod et iacobus dicit et
multis omnino locis ei aplus paulus
satis apte pdicat i vite venie
omnibus qui in xpm crediderunt
neq; ad penas puenunt quos
et dns ipse commemorat dicens
Non omnis qui dicit mi dne dne
intrabit i regnu celorum s; q'
facit voluntate pris mei qui
i celis est et alibi ut quid mi
dicitis dne et no facitis que dico
vobis et omnis qui audit va mea
h' et faciet ea similabo eu viro
prudenti qui edificavit domu

Quam supra petram Et qui
audit verba mea et non facit
ea similabo eum viro stulto
qui edificavit domum suam super
arenam Quapropter non est contrarie
duorum apostolorum sententie pau
li et iacobi cum dicat unus iu
stificari hominem per fidem sine operi
bus quia ille dicit de operibus
que fidem precedunt iste de hiis
que fidem sequuntur sicut et ipse
paulus multis locis ostendit etc

Responsio contra apollinaristas

8o Apollinaristas quidam heretici qui apo
llinariste ab apolinare quodam
dampnato auctore suo dicti
esse perhibentur dominum nostrum in
quantum fieri dignatus est non ha
buisse humanam mentem credentes
tes eius nonnullis et eos studi
ose audientes elatione sue quoda
ea perversitate qua ille hominem a
deo minuebat dicens eum non
habuisse mentem hoc est ra
tionabilem animi vim qua a pe
coribus secundum animum differt sed
cum secum ipsi cogitarent fatendum
esse si ita est ut unigenitus dei
filius sapientie verbum dei patris
per quod facta sunt omnia beluam
quandam cum figura humani cor
poris suscepisse credatur displi
cuit sibi non inde correctione
ut redirent ad veritatem viam
totumque hominem a sapientia dei sus
ceptum esse confiterentur nulla
diminucione nature sed apliore
ipsi audacia et animam totumque ut
illi homines alienantes ab eo
solam carnem humanam eum
suscepisse dixerunt adhibentes
et testimonium ex evangelio minus illa
sententiam non intelligendo perversi
confugere augentes adversus katho
licam veritatem dicentes scriptum
esse verbum caro factum est et habitavit
in nobis Quibus hiis non verbis ita
visum carnem voluit esse copla
tum atque coniunctum ut nulla ibi
non solum mens sed nec anima
humana interesistat Ambos

primo credendum est ideo sic esse
illud in ewangelio positum quia usque
ad visibilem carnem assump
to illi humilitas nature a deo
facta est atque in tota illa per
tate susceptionis pricipue verbum est
extrema autem atque ultima
caro volens itaque pro nobis
commendare dilectorem humilitatis
dei qui se sic humiliavit et
quonisque humiliavit exprimens
verbum carnemque nominavit pretermittens
animam naturam que pro est
inferior carne pretractator chari
non commendat humilitate qui dictum
est verbum caro factum est
quam si diceret homo verbum factum
est Nam si unius hec verba
intuentes ut alius non
ex istis verbis ita calompniari
fidei nostre ut dicat ipsum verbum
conversum et commutatum esse in
carne et verbum esse distitisse
quia scriptum est verbum caro factum est
Sicut caro humana cum fit
cinis non est caro et omnis sed
ex carne cinis est et secundum lo
quendi celebriorem consuetudinem
quod desinit fit quod non erat desistit
esse quod erat nec tamen ita
hec verba intelligimus competenter
et ipsi nobiscum ita intelligunt
ut manifesto vero quod est
ex eo quod aliqua cele
bratione est dictum sit verbum
caro factum est Deinde si
ubique fiunt caro nominata sit
intelligendum est ut anima
ibi esse credatur nec illi habe
bunt animam de quibus dictum est,
et videbit omnis caro salutare
dei. et illud in psalmo Exau
di preces meas ad te omnis caro
veniet et illud in ewangelio Sicut
dedisti ei potestatem omnis car
nis ut omne quod dedisti ei
non pereat sed habeat vitam eternam
nisi in intellectu solum omnes
denominatorem solius carnis
significatum ut secundum hanc locu
tionem et illud possit intelligi

Quod dictum est verbu caro
factum est michil dictum est
n' ym homo factus est. sicut
em apte toc plexq nominata
sola anima homo intelligit
Sicut et illud tot anime des
cendunt in egiptu sic rursus ap
te totu et nominata sola car
ne homo intelligit sic sunt
ista q possimus proinde quadad
modo nos hunc eorum sectatores
q ex errano promunt ita tu
demus ut nullus homo ita de
sipiat ut putet et eos p hec
verba cogi ad credendu et
confitendu q mediator dei
et hominum ho xpus ihus aiaz
humana no hunt sic quero
quo ipe indicet tam manifestis
obiectonibus meis quibus ostendi
p innumerabiles locos evangelice
scripture narratu ex euange
listis q in hys affectonibus
fuit que sine anima esse no
pnt no n. ea profecto que ipe
dominus tam multa commemorat
tristis est anima mea usque
usque ad morte et ptatem habeo
ponendi aiaz meaz et iterum
assumendi et maiore dilectoz
nemo ht qz ut quis aiaz
suaz ponat pro amicis suis
Que michi pmicav contendi
pt dice figurate a deo dicta
sic multa parabol cum locutus ce
manifestum est Nam si ita
no ita sint unde tm opus est
pugnat age ubi habemus
evangelicas racoes p quas eu
et natu de virgine maria cog
nominus et comprehensu a iudeis
flagellatum et crucifixum atque
interfectum et sepultum i monumento
que omnia sine corpore intellige
nemo pt ficta nisi figurare
accipienda quis scz clementisse
dixit cum dicta sint a bcis qui
res gestas ut meminerant
narraverunt sic ergo ista eum

Corpus hunsse testantur sic eu
hunsse animaz indicant affectus
ille q no pnt ee n in aia qz
nichilominus ist eisdem evangelistis
testatibus legimus et miratus est
ihus et iratus et contristatus exhi
laratus et multa alia innumerabilia
sicut et illud que cuncta offi
cia s. et corporis et anime ostendunt
sicuti sunt q esuriunt et dormivit
q fatigatus ex itinere sedit et a
hinc idi no em posset dice et
i veteribus libris decretum esse
iram dei quia leticia et no
nullos huius generis motus ne
io tn esse consequens dum hunsse
aiaz credendum sit dicta sunt n
illa ppheciais ymaginacoibus
no narratoria manifestacoe na
et membra dicta sunt et manus et pe
des et oculi et facies et scilia qz
admodum ista no indicant ee hic
corpus nec sic illa anima qz
admodum a d nominate sunt manus
corpori et capud et cetera indicant eius
corpus Ista eni q de anim affec
tonibus eorum narracoinis tenore
nominata sunt indicant eius aiam
Stultum est aut crede narranti
evangeliste q manducavit et
no ei crede q esuriunt et si no est
consequens ut omnis q manducat
esuriet Maz et angelos legimus
manducasse sz esurisse no legimus
neque ut omnis q esurit manducat
Si aut officio aliquo se adhibeat
q desit ei tamen facultas qz ma
dendi tn tam verum qz narrat eva
ngelista utrumque credendum est quia
utrumque situ rerum gestarum indicio
factum gestumque conscripsit Sicut
aut qz manducavit sine corpore
intelligi no pt sic qz esuriunt
sine anima fieri no potuit nec
illa terret magis atque inepta
calumpnia qz invidiose resis
tentes ergo sb nati tempo
ris fuit qz comprehensus flagellatus
crucifixus habs affectus anime ve
ras hunt facile quippe credes

Pudem ergo sub necessitate
potius quam compulsus flagella
tus crucifixus et mortuus ut
tandem sine pertinacia si uelint
intelligant sic eum passiones animi
hoc est affectiones voluntate dis
pensationis veras cum ut placuit
suscepisse quadmodum passiones
corporis eadem dispensatione volunte
sine ulla necessitate suscepit quem
admodum nos voluntate non mo
rimur sic et non volunte nascimur
ille autem utrumque auctoritate ut oportebat
exibuit sicut ergo nostri nomine ne
nos ne illos quamsiquis auellit a
fide verissime passio christi quam corporis
eius ondit sic nos ipsos nomine
nostri ipsos tet a fide verissime
affectionis per quia eius animam agis
timus nec ipsos deum debere a con
fitendo catholice fidei si non co
debet excitabilis pudor inmitandi
quamuis ffe dicam tamen et tamen monitate
defense sentente etc. Utrum in
fidelibus ad fornicacionem pertinere
intelligenda sit in eo quod dominus ait
si quis dimiserit uxorem suam excepta

83 Si dominus dimittende coniugis
solam causam fornicationis
admittat et paganam di
mitti coniugem prohibet consequens
est ut paganus fornicator tamen
deputetur. Solam autem fornica
cionem facere exceptam dicimus cum de
dimittenda causa loquitur in eum
paganam vero coniugem hunc non
iubetur dimitti. Quamuis tamen apostolus
consilium de hac re daret ut fidelis
volente secum esse coniugem non
dimittat ait ergo dicat dominus
ubi dominus intelligatur non quidam
iubere ut dimittatur ne contra
iussum eius consilium dare videatur
apostolus sed tamen permittere ut nemo in
hac re iussionis necessitate teneatur
sed consilii voluntate libere fruatur
Verumtamen si quamuisquis asserat solam
illam fornicacionem dominum admittere
ad causam relinquende coniugis
que vulgo fornicacio dicitur id est
cubitu et illicito potuit hoc
est dicere dominum cum de hac re
loqueretur de vnoquoque fideli dix
isse et marito et uxore si ambo
fideles sunt nec vni licitat al
terum relinquere nisi causa for
nicacionis ubi non potest pagana
nisi inuicem intelligi quia uterque
fidelis est. Sic enim et apostolus
videtur distinguere cum ait hiis
autem qui sunt in coniugio pa
pio non ego sed dominus uxorem
a viro suo reconciliari ubi et
intelligitur. Ut et si vna iam
causa qua sola relictio con
iugis permittitur mulier a viro
suo recesserit innupta perse
uerare debet aut si non se
continet viro poenitenti recon
ciliari vel correcto vel certe
tollerando quam alteri nubere sequ
tur autem et dicat et vir uxorem
non dimittat. Sed eandem formam
intimans in viro quam prescri
bat in femina quibus ex precepto
dominus insinuat ista Sequitur
ceteris autem ego non dominus dicit
si quis enim habet uxorem infide
lem etc. ubi dat intelligi do
minum de hiis locutum ut neuter
alterum dimittat et si fide
les ambo essent etc.

Incipit liber beati Augustini super Genesim ad litteram primus et cetera.

Per idem tempus de Genesi libros duodecim scripsi ab exordio donec de paradiso dimissus est Adam et flammea framea posita est custodire viam ligni vite. Cum autem ad hoc usque undecim libri pervenissent duodecimum addidi in quo de paradiso diligentius disputatum est. Horum librorum inscriptio est De Genesi ad litteram id est non secundum allegoricas significationes sed secundum rerum gestarum proprietatem. In quo opere plura quesita quam inventa sunt · pauciora firmata · cetera vero ita posita velud adhuc requirenda sint. Hos sane libros posterius cepi · sed prius terminavi quam de trinitate · ideo eos nunc ordine quo cepi recolui. In quinto et ubicumque in eis libris posui de semine cui repromissum est · quod dispositum sit per angelos in manu mediatoris non sic habet apostolus sicut in verioribus codicibus postea inspexi maxime grecis. De lege enim dictum est. Quod tamen de semine dictum multi latini codices propter interpretantis errorem. In sexto libro quod dixi Adam imaginem dei secundum quam factus est perdidisse peccato · non sic accipiendum est · tamquam in eo nulla remansit · sed quod tam deformis ut reformatione opus haberet. In duodecimo de inferis magis mihi videor docere debuisse quod sub terris sint · quam rationem reddere cur sub terris esse credantur sive dicantur quasi ita non sit. Hoc opus incipit Omnis divina scriptura bipartita est

Omnis divina scriptura bipartita est / secundum id quod dominus significat dicens scribam eruditum in regno dei similem esse patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera / que duo etiam testamenta dicuntur. In libris autem omnibus sanctis intueri oportet que ibi eterna intimentur / que facta narrentur / que futura prenuntientur / que agenda precipiantur vel moneantur. In narratione ergo rerum factarum queritur utrum omnia secundum figuram tantummodo intellectum accipiantur an etiam secundum fidem gestarum asserenda et defendenda sint. Nam non esse accipienda figuraliter nullus christianus dicere audebit attendens apostolum dicentem Hec autem omnia in figura contingebant illis. Et illud quod in genesi scriptum est. Et erunt duo in carne una / magnum sacramentum commendantem in christo et ecclesia / Si ergo utroque modo illa scriptura scrutanda est quemadmodum dictum est preter allegoricam significationem In principio fecit deus celum et terram / Utrum in principio temporis / an quia primo omnium facta sunt / an in principio quod est verbum dei unigenitus filius. Et quomodo possit ostendi deum sine ulla commutatione operari mutabilia et temporalia. Et quid significet nomine celi et terre / utrum spiritualis corporalisque creatura celi et terre vocabulum accepit. an tantummodo corporalis. ut in hoc libro de spirituali tacuisse intelligatur. Atque ita dixisse celum et terram ut omnem creaturam corporalem superiorem atque inferiorem significare voluerit. An informis utriusque materia ut dictum est celum

In sacra scriptura attendendum est:
- Eterna
- Facta
- Futura
- Agenda

et terra Spiritalis vivaciter vita sit esse potest in se conversa ad creatorem
tali enim conversione formatur atque perficitur. Si autem non convertitur informis
est Corporalis que sic possit intelligi per privationem omnis corporee quali-
tatis que apparet in materia formata cum iam sint species corporum sive
visu sive alio quolibet sensu corporis perceptibiles. An celum intelligendum
est. creatura spiritalis ab exordio quo facta est perfecta illa et beata
semper. Terra vero corporalis materies adhuc imperfecta. quia erat
inquit invisibilis et incomposita. Et tenebre erant super abyssum
quibus verbis videtur informitatem significare substantie corporalis
An utraque informitas. his etiam posterioribus verbis significatur. Corporalis
quidem eo quod dictum est. terra erat invisibilis et incomposita. Spiritalis autem eo
quod dictum est / tenebre erant super abyssum ut translato verbo tenebrosam
abyssum intelligamus naturam vite spiritalis informem nisi convertatur ad crea-
torem. quo solo modo formari potest ut non sit abyssus. Et illuminari ut
non sit tenebrosa / Et quomodo dictum est. tenebre erant super abyssum. an quia
non erat lux que si esset utique superesset. et tamquam superfunderetur. Quod
fit in creatura spiritali cum convertitur ad incommutabile atque incorporale
3 lumen quod est deus. Et quomodo dixit deus fiat lux. Utrum temporaliter
an in verbi eternitate. Et si temporaliter utique mutabiliter. Quomodo posset intel-
ligi hoc dicere deus nisi per creaturam. Ipse quippe est incommutabilis
Et si per creaturam dixit deus. fiat lux. quomodo est prima creata lux si
erat iam creatura per quam deus diceret / fiat lux. / an non est prima
creata lux quia dictum est. In principio fecit deus celum et terram
et potuit per celestem creaturam vox fieri temporaliter atque mutabiliter qua
diceretur / fiat lux. Quod si ita est, corporalis lux facta est ista quam
corporeis oculis cernimus dicente deo per creaturam spiritalem quam deus
iam fecerat / cum in principio fecit deus celum et terram / fiat lux / eo
modo quo potest creature interiorem et occultum motum divinitus dici potest
fiat lux. An etiam corporaliter sonuit vox dicentis dei / fiat lux
sicut corporaliter sonuit / tu es filius meus dilectus / et hoc per creaturam
corporalem quam fecerat deus / cum in principio fecit celum et terram
antequam fieret lux / que in huius sonante voce facta est. Et si ita est
qua lingua sonuit dicente deo / fiat lux. quia nondum erat linguarum
diversitas. que postea facta est in edificatione turris post diluvium. Que
nam lingua erat una et sola. qua deus locutus est / fiat lux.
Et quis erat quem oporteret audire atque intelligere. ad quem vox huiusmodi
proferretur. An hec absurda carnalis cogitatio est atque suspicio
Quid ergo dicimus. An id quod intelligitur in sono vocis cum dicitur
fiat lux / non autem ipse corporeus sonus hoc bene accipitur esse vox
dei. et utrum hoc ipsum ad naturam pertineat verbi eius de quo dicitur
In principio erat verbum / et verbum erat apud deum et deus erat
verbum / cum enim de ipso dicatur. omnia per ipsum facta sunt / satis ostenditur
et lux per ipsum facta cum dixit deus fiat lux. Quod si ita est
eternum est quod ait deus / fiat lux / quia verbum dei deus apud

verbum filius unicus dei patri coeternum est / quaeramus ergo si in illo verbo dicte
creatura temporalis facta sit. cum enim verba sint temporis cum dicimus. quando et
aliquando etiam tamen est in verbo dei quando fieri aliquid debeat Et tunc fit quando
fieri debuisse in illo verbo est In quo non est quando et aliquando. quia natum
totum illud verbum coeternum est Et que est lux ipsa que facta est utrum
spirituale quid an corporale. si enim spirituale potest esse ipsa creatura iam hec dico
perfecta que primo celum appellata est. cum dictum est. in principio fecit
deus celum et terram. ut quod dixit deus fiat lux. et facta est lux causa
revocante ad se creatore conversio eius facta atque illuminata intelligatur ¶ Et
cur ita dictum est In principio fecit deus celum et terram / et non dictum
est In principio dixit deus / fiant celum et terra. et facta sunt celum
et terra. sic de luce narratur Dixit deus fiat lux et facta est lux
et facta sunt celum et terra sic de luce narratur Dixit deus fiat
lux. et facta est lux Utrum prius universaliter nomine celi et terre comprehendendo
erat et quemadmodum quod deus Et deinde per partes exequendo quomodo fecerit
tamen per singula dicitur Dixit deus. id est quia verbum suum fecit quicquid fecit
Sed cum primum fiebat informitas materie. sive spiritualis sive corporalis
non erat dicendum Dixit deus fiat. quia formam verbi semper patri coherentis
que sempiterne dicit deus omnia neque sono vocis neque cogitatione
tempora sonorum volvente sed coeterna sibi luce a se genite sapientie
non imitatur imperfecta cum dissimilis ab eo quod summe ac primitus
est informitate quadam tendit ad nichilum. sed tunc imitatur verbi
formam semper atque incommutabiliter patri coherentem. cum et ipsa pro
sui generis conversione ad id quod vere ac semper est. id est ad creatorem sue
substantie formam capit. et fit perfecta creatura. ut in eo quod scriptura
narrat / Dixit deus fiat ¶ Intelligamus dei dictum incorporeum in natura
verbi eius coeterni revocantis ad se imperfectionem creature. ut non sit infor-
mis. sed formetur primum secundum singula que per ordinem exequitur
singula conversione et formatione. quia pro suo modo imitatur
verbum hoc est filium dei semper patri coherentem plena similitudine et
essentia patri. qua ipse et pater unum sunt. Non enim imitatur hanc verbi
formam. si aversa a creatore informis et imperfecta remaneat / Propterea filii
commemoratio non ita fit quia verbum. sed tamen quia principium est cum dicitur In principio
fecit deus celum et terram ¶ Exordium quippe creature insinuatur in infor-
mitate imperfectionis. filii autem commemoratio. quod etiam verbum est ex quo
scriptum est Dixit deus fiat. ut per id quod principium est insinuet
exordium creature existentis ab illo adhuc imperfecte Per id autem quod
verbum est insinuet perfectionem creature revocante ad eum ut formaretur
inherendo creatori. et pro suo genere imitando formam sempiterne atque
incommutabiliter inherentem patri a quo statim hoc est quod ille / Non enim
unum. sed etiam hoc est ei vivere quod est sapienter ac beate vivere.
creatura vero quamquam spiritualis et intellectualis vel rationalis que videtur

esse illi verbo propinquiorum per hoc informe imitatur. quia non est hoc ei
esse. quod vivere. ita secundum est vivere. quod sapienter ac beate vivere. Aversa
enim a sapientia incommutabili stulte ac misere vivit. que informitas eius
est. formatur enim conversa ad incommutabile lumen sapientie verbum dei. A
quo enim exstitit ut sit utcumque ac vivat ad illum convertitur vel
sapienter ac beate vivat. principium quippe creature intellectualis est eterna
sapientia. Quod principium manens in se incommutabiliter nullo modo cessaret
occulta inspiratione vocationis loqui ei creature cui principium est ut
converteretur ad id ex quo esset quod aliter formata ac perfecta esse non possit
Ideo quod interrogatus dixit quis esset. Respondit principium qui et loquor
vobis. Quod autem filius loquitur pater loquitur. quia patre loquente dicitur
verbum quod filius est eterno more, si more dicendum est loquente deo verbum
coeternum. Inest enim deo benignitas summa et sancta. et iusta. Et quidam
non ex indigentia sed ex beneficentia veniens amor in opera sua. propterea
priusquam scriberetur Dixit deus fiat lux. precessit scriptura dicens
et spiritus dei superferebatur super aquas. Quia sive aque nomine voluit
appellare totam corporalem materiam. ut eo modo insinuaret unde
facta et formata sunt omnia. que in suis generibus iam dinoscere
possumus. appellans aquam. quia ex humida natura videmus omnia
in terra per species varias formari atque concrescere. Sive quamdam spiritualem vitam
per quamdam formam ante conversionem quasi fluitantem superferebatur
utique spiritus dei. quia subiacebat scilicet bone voluntati creatoris quidquid
illud erat quod formandum perficiendumque inchoaverat. ut dicente deo
in verbo suo fiat lux in bona voluntate. hoc est in beneplacito
eius pro modo sui generis maneret quod factum est. et ideo rectum est
quod placuit deo scriptura dicente. et facta est lux. Et vidit deus lucem
quia bona est. ut quemadmodum in ipso exordio inchoate creature
que celi et terre nomine propter id quod de illa perficiendum erat commemorata
est trinitas insinuatur creatoris. Nam dicente scriptura. In principio
fecit deus celum et terram intelligimus patrem in dei nomine. et filium
in principii nomine qui non patri sed per se ipsum create et quod etiam
universe creature principium est. dicente autem scriptura. et spiritus dei superferebatur
super aquas completam commemorationem trinitatis agnoscimus. Ita
et in conversione atque perfectione creature. ut rerum species digerantur
et eadem trinitas insinuetur verbum scilicet dei. Et verbi generator cum dicitur
Dixit deus. Et sancta bonitas in qua deo placet cum dicitur. Vidit
deus quia bonum est. Sed cur commemorata prius quasi imperfecta
creatura. postea commemoratur spiritus dei prius dicente scriptura. Terra
autem erat invisibilis et incomposita. et tenebre erant super abyssum.
Ac deinde inferente. et spiritus dei superferebatur super aquas. An
quoniam egenus atque indigus amor ita diligit ut rebus quas
diligit subiciatur. propterea cum memoratur spiritus dei in quo scilicet
sancta eius benivolentia dilectioque intelligitur superferri dictus est.

ne facienda opera sua per indigentie necessitatem potius quam per habundanciam
beneficencie deus amare id putaretur. Cuius rei memor apostolus dicturus
de caritate / supereminentem viam vobis demonstrabo sicut ait / Et alio loco / super-
eminentem scientie caritatem Christi. Cum ergo sic oporteret insinuari spiritum dei
ut superferri diceretur commodius factum est ut prius insinuaretur aliquid
inchoatum cui superferri diceretur. Non autem loco sed omnia superante ac precel-
lente potentia. Ita cum rebus ex illa inchoacione perfectis atque for-
matis vidit deus quia bonum est. Placuit enim quod factum est in ea
benignitate qua placuit ut fieret. Duo quippe sunt propter que amat
deus creaturam suam. Ut sit / et ut maneat. Ut esset ergo quod maneret
/ spiritus dei superferebatur super aquam. Ut autem maneret / vidit deus quia
bonum est. Et quod de luce dictum est hoc et de omnibus. Manent
enim quedam supergressa omnem temporalem volubilitatem in amplissima sanctitate
sub deo. Quedam vero secundum sui temporis modos. Dum per decessionem
rerum seculorum pulcritudo contexitur. Quod ergo dixit. Fiat lux et
facta est lux / in aliquo die dixit / an ante omnem diem. Si non
verbo sibi coeterno dixit / sed per aliquam creaturam dixit temporalem
Et per hoc non erit prima creatura lux / quia iam erat creatura
per quam temporaliter diceretur / fiat lux / atque illud ante omnem diem
fecisse intelligitur. Quod autem est / In principio fecit deus celum
et terram / ut celi nomine intelligatur spiritualis iam facta et formata
creatura tamquam celum celi huius quod in corporibus summum est. Secundo
enim die factum est firmamentum. quod rursum appellavit celum. Terre
autem nomine invisibilis et incomposite et tenebrose abyssi imperfectio
corporalis substancie significata est. Unde temporalia illa fierent quorum primum
esset lux. Quomodo autem per creaturam quam fecit ante tempora dici po-
tuit temporaliter. fiat lux invenire difficile est. Sonum enim vocis
non intelligimus dictum. Nam quidquid est tale corporeum est. An ex illa
imperfectione substancie corporalis fecit deus aliquam vocem corpoream
per quam sonaret / fiat lux. Ergo aliquod vocale corpus ante lucem
creatum est atque formatum. Sed si ita est. iam erat tempus per
quod vox curreret sonorum / cui spacia sibi succedencia peragerentur. Et si
si iam erat tempus antequam fieret lux. in quo tempore fieret vox
que sonaret. fiat lux. ad quem diem pertinebat illud tempus. Unus
enim dies idemque primus ille numeratur incipit / quo facta est lux.
/ an ad ipsum diem pertinet totum spacium temporis et quo fieret
vocale corpus per quod sonaret / fiat lux. Et quo facta est ipsa
lux. Sed omnis talis vox propter audientis corporalem sensum
aliquem profertur. Ita enim facta est ut percusso aere sentiatur.
Numquid itaque talem habebat auditum illud quidquid erat invisibile
et incompositum. cui sic deus personabat ac diceret / fiat lux / Absce-
dat itaque hec ab animo cogitantis absurditas. Utrum ergo spiritualis

diligit deus creaturam ut sit ut maneat

motus situm temporalis creature quo dictum intelligimus / Fiat lux / expressum
ab eterno deo per verbum coeternum in creatura spirituali quam iam fecerat
cum dictum est In principio fecit deus celum et terram id est in illo celo
celi / an et illa locutio non tantum sine aliquo sono sed etiam sine ullo temporali
motu spiritualis creature in eius mente atque ratione fixa quodammodo
ab eo patre coeterno et quodammodo impressa intelligitur secundum quam
movetur et ad perfectionem convertitur inferior illa tenebrosa imperfectio nature
corporee et fieret lux. Sed mirum est ac difficillimum capere quomodo
dicatur deo vero temporaliter iubente neque temporaliter audiente creatura
que contemplatione veritatis omnia tempora excedit / sed intellectuales
sibimet impressas sibi in incommutabili dei sapientia rationes tanquam intel-
ligibiles locutiones que in ea que infra sunt transmittere sicut temporales
motus in rebus temporalibus vel formandis vel administrandis. Si
autem lux que primum dicta est ut fiat et facta est et primatum crea-
ture intelligenda est ipsa est intellectualis vita que nisi ad crea-
torem illuminanda converteretur fluitaret informiter. Cum autem conversa
et illuminata est. factum est / quod in verbo dei dictum est Fiat lux
Verumptamen quemadmodum sine tempore dictum. quia in verbum patri coeter-
num non cadit tempus. Utrum ita et sine tempore factum est. sicut quispiam
forsitan quereret. Sed quomodo potest hic intelligi cum facta luce et divisa
a tenebris et nominibus diei noctis que vocabulis dicatur scriptura
facta est vespera. et factum est mane dies unus. Unde videtur illud diei
factum per spacium diei quo peracto ad vesperum ventum est quod noctis
est initium. Itemque peracto nocturno spacio completus est totus
dies ut mane fieret in alterum diem in quo die deus aliud
operaretur. Immo vero id ipsum mirabile est. cum deus
nullo spacio sillabarum eterna ubi sit ratione dixerit ut fiat lux
cur tanta mora facta sit lux donec diei spacium preteriret et vespera
fieret. An forte cito quidem lux facta est. sed mora diurni temporis
in eo consumi potuit. cum distinctur a tenebris / atque utrumque di-
scretum suis vocabulis signaretur. Mirum si ad hoc vel tanta
mora fieri potuit adeo quanta dicitur a nobis. Dicto quippe et
lucis et tenebrarum in ipso utroque opere. cum lux fieret consecuta
est Non enim lux esse potuit nisi distinguetur a tenebris. Quod
autem vocavit deus lucem diem et tenebras noctem. quanta mora
fieri potuit etiam si hoc syllabatim propria vocis edixisset. nisi quanta
et a nobis dicitur lux vocetur dies et tenebre nox vocentur / nisi
forte quis desipiat ut quia super omnia magnus est deus possit
ore dei prolatas quamvis paucissimas syllabas per totum diei
spacium potuisse distendi. Huc accedit. quia verbo suo coeterno id est
incommutabili sapientie interioribus eternis rationibus non corporalis vocis
sono vocavit deus lucem diem. et tenebras noctem / Rursum queritur
si vocibus quibus vocarentur utimur qua lingua vocavit. et quid opus
erat sonis transeuntibus ubi enim qui non erat corporalis auditus

auditus et non invenit Grande est quod cum illo pacto esset sic operi
dei tamdiu stetit lux nulla succedente nocte donec diurnum spacium peragetur
et tamdiu mansit nox luci succedens donec spacium nocturni temporis preteri-
ret et mane fieret diei sequentis unius primo die transacto Sed si hoc
dixero vereor ne deridear et ab hiis qui certissime cognoverunt et ab hiis
qui possunt facillime advertere quod eo tempore quo nox apud nos
est eas partes mundi presencia sua illustrat per quas sol ab occasu in
ortum redit. ac per hoc omnibus xxiiii horis non deesse per circuitum gyri
tocius alibi diem alibi noctem Numquid ergo in parte aliqua
positurus sumus deum ubi ei vespera fiet cum ab ea parte in aliam
partem lux abscedit Nam et in libro qui appellatur ecclesiastes. ita scrip-
tum est oritur sol et occidit in locum suum ducitur. hoc est in eum
locum unde ortus est. Et dicit Ipse oriens illic vadit ad austrum
et girat ad aquilonem. Australis ergo pars cum [illegible]. cum ad aquilo-
nem tenens pervenit nox est. Nam in alia parte non est dies
nisi presencia solis est nisi forte poeticis figmentis cor inclinandum
est ut credamus credamus solem mari se immergere atque inde
ex alia parte mane surgere quamquam si ita esset dies posset esse
et aquas illuminare quando abyssus non posset extinguere. Sed hoc
nimis stultum suspicari Cum ergo sol nondum esset. qua si spiritua-
lis lux prima die facta est utrumque nam occidit nisi ei succedit
nox Si autem corporalis quoniam illa lux est quam post occa-
sum solis videre non possumus cum nec luna erat ad hoc nec ali-
que stelle Aut si semper in ea parte celi est in qua sol non
sit solis lux. sed quasi comes eius eidem ita juncta ut discerni
discerni non possit ad eandem redditur difficultatem solvende huius
questionis quia et ista lux eodem modo quo sol tamquam comes
eius ab occasu in ortum circuiens redit et est in alia parte
mundi quo tempore pars ista in qua sumus tenebrescit in nocte
ex quo cogit quod absit in una parte credere deum fuisse cui preter
lux ista deserviret. ut possit ei vespera fieri An forte in ea parte
lucem fecerat in qua facturus erat hominem. et ideo cum ab ipsa parte
lux discessisset vespera facta dicitur cum in alia parte lux ista
esset que inde discesserat mane exoritur ab parte [illegible] Ut quid
ergo factus est sol in potestate diei qui luceret super terram si lux
illa diei facienda sufficerat que dies etiam vocata est An illa prior
regiones superiores [illegible] longinquas illustrabat nisi sentiri non
posset inferius atque ita oportebat solem fieri per quem dies inferioribus
mundi partibus appareret. Sed et hoc dici autem potest fulgore diei sole
addito ut per lucem illam nunc fulgens dies quam nunc est fuisse
credatur. Etiam hic aliquod dictum scio primum nam lucis inducta
in opere creatoris. cum dictum est fiat lux et facta est lux. Postea
vero cum de luminaribus dicitur quid corpora luce factum sit fuisse genes
dicitur ordine dierum que visum est creatori cuncta insinuare etc.

faciendam. Cum nunc ista lux qua transit terra nec sit ipsa nisi vi-
cissim nox peragetur nec ille dixit nec facile posse inveniri arbitror
Neque enim extincta esse credenda est ut ei nocturne tenebre succederent
et rursus accensa ut mane fieret antequam hoc solis officio ge-
reretur quod a quarto die cepisse hec eadem testatur scriptura. Qualiter
antequam fieret quo circuitu vero potuerunt tres dies noctesque succedere lucis
que prima facta est permanente natura si lux corporalis tunc facta intelli-
genda est et invenire explicare est. Nisi forte molem terrenam
et aquosam antequam esset ab alterutro utrumque distinctum. quod
tertia die factum scribitur tenebras deum appellasse quas dixit propter cras-
siorem corpulentiam quam lux penetrare non poterat vel propter obscuris-
sima tante molis quam unde est ut si ex alta parte haberet corpus
in ex alia parte lux fieret. Ad quem locum enim cuiuslibet corporis
molis lucis pervenire non sinit in eo loco umbra est qua
locus carens ea luce qua illustraretur nisi impediret corporis
oppositum hic totum est quod umbra dicitur que si pro mole
corporis tam magna sunt ut occupet spacium terre quantum ex alia
parte dies occupat vocatur. Neque omnes tenebre nox. Nam et
in speluncis altis in quarum abdita lux irrumpere propter appositam
molem non sinitur sunt utique tenebre quia lux non est ibi
totumque spacium id carens luce. nec tamen tales tenebre ac-
ceperunt vocabulum noctis. sed ille que in eam partem terre succedunt
unde removetur dies. sic non omnis lux dies appellatur. Nam
et lune lux est et siderum. et lucernarum et coruscationum. et quecun-
que que vero ita fulgent. Sed illa lux appellatur dies cui
nox precedenti recedentique succedit. Sed si prima illa lux
lux illa undique terre molem circumfusa contegeret sive staret
sive circuiret non erat ex qua parte admitteret noctem sibi suc-
cedere. quia nusquam ipsa discedebat ut ei faceret locum. An
ex una parte facta erat ut ipsa circuiens et nocte ex alia parte
sinit currere permittere cum enim tota terra ad hoc aqua tegeret nichil
impediebat ut aquosa. et globosa molem ex una parte faceret
diem lucis presentia ex alia noctem lucis absentia. que in eam
partem succederet a tempore vespertino ex qua lux in aliam declinaret
¶ Quo ergo congregate sunt aque si totam terram prius occupa-
verant ille scilicet que detracte sunt ut terra nudaretur in quam
partem congregate sunt. Si enim erat aliquid nudum terre quo congrega-
rentur iam apparebat arida nec totum abyssus occupabat. Si autem
totum texerat quis erat locus quo colligerentur ut terre ariditas ap-
pareret. Numquid nam in altum congregate sunt sic fit enim ad ven-
tilandum in area messis trita per brigit. et congesta in aggerem
nudat locum quem diffusa contexerat. quis hoc dicat cum videt
usquequaque campos maris equali fixos. Cum etiam cum
aque fluctuantes quasi velud montes eriguntur sedate rursus

temporibus statibus complanatur. Et si qua litorea nudatur latius non
potest dici nulla esse alia terrarum spatia quo accedat id quod alicunde
discedit. Unde meum locum ex quo recesserat iterum accedat. Cum autem
tota omnis terra undosa natura cooperiretur quae cederet nisi nudaret
aliquas partes cum forte rarior aqua velud nebula terras tegebat
quae congregatione conspissata est nisi ex multis eas partibus membris
arida posset apparere nudaret et quamquam et late longe lateque subsidens
potuit aliquas partes praebere concavas quibus confluentes et corruentes aquas
reciperent nisi appareret arida. Ex his partibus unde humor accederet.
Non autem est informis omni modo materies nisi etiam nebulosa species appa-
ruit. Et ideo quaeri ad hoc potest quando deus istas conspicuas aquarum terrarumque
species qualitatesque creavit. In nullo enim sex dierum hoc invenitur. Itaque
si hoc ante omnem diem fecit sicut ante primorum istorum dierum memoriam
scriptum est In principio fecit deus caelum et terram nisi in terrae voca-
bulo intelligamus iam formatam terrenam speciem superfusis aquis ista
iam visibili specie sunt quae declaratas nisi in eo quod sequitur scriptura
dicens. terra autem erat invisibilis et incomposita. et tenebrae erant
super abyssum. et spiritus dei superferebatur super aquas nullam opine-
mur informitatem materiae. Sed terram et aquam sine luce quae non-
dum erat terra sicut iam notissimis qualitatibus conditas. nisi ideo
terra invisibilis dicta intelligatur quod aquis coopta non posset videri
etiam si esset qui posset videre. Sed ideo incomposita quia
nondum a mari distincta esset et cincta litoribus et suis fetibus ani-
libus decorata. Si ergo ita est. cur ille species quae procul dubio corporales
sunt ante omnem diem facte sunt. Cur non scriptum est Dixit deus
fiat terra et facta est terra. Item dixit deus. fiat aqua et facta est aqua
vel utrumque quasi sub una quadam lege loci infime continentur Dixit deus
fiat terra et aqua et sic factum est. Cur non dictum est. cum hoc
factum esset Vidit deus quia bonum est. Hic enim consideratio sua sit
qua manifestum est omne mutabile ex aliqua informitate formari sed
quod illud et catholica fides praedicit. et certissima narratio docet nullarum
naturarum materiem esse potuisse nisi ab omnium rerum non solum forma-
tarum sed etiam formabilium inchoatore deo atque creatore De qua
etiam dicit ei quaedam scriptura Qui fecisti mundum ex materia informi
in hanc manifestius vobis quibus per spiritualem prudentiam tardioribus
etiam lectoribus vel auditoribus congruere visum est commemoratam quibus
ante diem enumerationem dictum est In principio fecit deus caelum
et terram et cetera donec dicetur. Et dixit deus nisi deinceps forma-
tarum rerum ordo consequitur Non quia ista informis materia rebus
tempore prior est. cum sit utrumque simul concreatum et unde dictum est. Sicut
enim nos in verborum vocibus formatam vocem edicimus Non enim qui
loquitur prius emittit informem vocem quam possit postea colligere

atque in verba formare. Ita creator deus non priore tempore fecit informem
materiam et eam postea per ordinem quarumque naturarum quasi secunda consi-
deratione formavit formatam quippe creavit materiam. Sed quod illud
unde fit aliquid et si non tempore tamen quadam origine prius est quam
illud quod inde fit potuit dividere scriptura loquendi temporibus quod deus
faciendi temporibus non divisit. Si enim queratur utrum vocem de verbis
an de voce verba faciamus non facile quisquam ita tardus ingenio
reperitur qui non potius verba fieri de voce respondeat. Ita quamvis
utrumque simul ille qui loquitur faciat quid unde faciat naturali attentione
satis apparet. Quapropter cum simul utrumque deus fecerit et materiam quam
formavit et utrumque ab scriptura dici oporteret nec simul utrumque
dici potuit prius illud unde aliquid factum est dici debuisse
quis dubitet. Quoniam etiam cum dicimus materiam et formam utrumque
simul esse intelligimus nec utrumque simul possumus enunciare. Sicut
autem in brevitate temporis contingit cum duo ista verba proferimus ut alterum
ante alterum proferamus ita in prolixitate narrationis alterum
prius quam alterum narrandum fuit quamvis utrumque ut diximus simul
fecerit deus. Ut quod sola origine prius est in faciendo etiam
tempore prius est in narrando quoniam due res quarum est altera nullo
prior est nominari simul non possunt quanto minus simul narrari.
Non itaque dubitandum est ita esse ut eam istam informem materiam
prope nihil ut non sit facta nisi a deo et rebus que de illa facta sunt con-
creata sit illius. Sed credibiliter dicitur eam etiam significare illis verbis
terra autem erat invisibilis et incomposita et tenebre erant super abyssum
et spiritus dei superferebatur super aquas nisi excepto quod ibi posi-
tum est de spiritu dei. Cetera quoque rerum visibilium vocabula ad illam
informitatem nisi ardentibus potuit insinuanda dicta intelligimus
quia hec duo elementa id est terra et aqua ad aliud faciendum operantium
manibus tractabiliora sunt ceteris et ideo cognitioribus istis nominibus
illa insinuabatur informitas. Si hoc ergo probabiliter dicitur non erat for-
mata moles quam lux ex una parte illustrans ex altera faceret
tenebras unde posset nox die discedente succedere. Emissionem
vero contractionemque lucis illius si melius noctem diemque intelligere
nec causam videmus cur ita fieret. Non enim iam erant animalia quibus
hec ita vicissitudo salubriter exhiberetur ex quibus postea mediante
exortu et occasu solis cernimus exhiberi. Nec ullum occurrit exemplum
quo istam emissionem contractionemque lucis nisi diei noctisque vicissi-
tudines fieret probare possimus. Actus enim radiorum ex oculis nostris
cuiusdam lucis est emissio. Et contrahi potest cum aerem qui est
oculis nostris proximum intuemur. Et emitti cum eadem rectitudine que
sunt longe posita attendimus. Nec sane cum contrahitur omnino cernere
que longe sunt desinit. Sed certe obscurius quam cum in ea optutus
emittitur. Sed tamen ea lux que in sensu videntis est tam exigua
dicitur nisi lux adiuvetur extra luce nichil videre presens possit

Et quoniam dicti[illegible] abdita non potest quo exemplo demonstrari possit emissio
in diem et retractio lucis in noctem sic dici reperire difficile est. Quod ad
spiritualis lux facta est cum dixit deus fiat lux non illa vero patri
coeterna intelligenda est per quam facta sunt omnia et que illuminat
omnem hominem. sed illa de qua dici potuit Prior omnium creatura est
sapientia. Cum enim eterna illa et incommutabilis que non est facta. sed
genita sapientia in spirituales atque rationales se creaturas sit in animas sanctas
se transfert ut illuminatae lucere possit fit in eis quedam lucidae rationis
affectio. que potest accipi facta lux. cum dicit deus fiat lux. Si iam
erat creatura spiritualis que nomine celi signata est in eo quod scrip-
tum est In principio fecit deus celum et terram. Non corporeum
celum sed celi corporis. Hic est super omne corpus non gradibus sed
sed naturae sublimitate propositum. Quo autem modo simul fieri potuerint
et quid illuminaretur. et ipsa illuminatio atque diversis temporibus narranda sint
paulo ante diximus. tunc de materia tractaremus. Sed quomodo luci
succedat nocte et vespera fiet quo pacto intelligendum sit namque a tenebris
vero qualibus lux dividi potuit dicente scriptura Et divisit deus
inter lucem et tenebras. Numquid iam erant peccatores. et stulti
recedentes a lumine veritatis inter quos. et in eadem luce permanentes di-
visit deus tamquam inter lucem et tenebras nocte quidem se non
operatorem peccatorum. sed ordinatore distribuendorum meritorum. An
hic dies totius temporis nomen est. et omnia volumina seculorum
hoc vocabulo includit. Ideo quod non dictus est primus sed unus
dies. Et facta esse inde vespera. Et factum est inquit mane dies
unus nisi per hoc quod facta est vespera peccatum rationalis creature. quod
autem factum est mane renovatio eius signata indicatur. Sed haec
allegorice prophetice disputatio est. quam non isto sermone suscepimus.
Instituimus enim de scripturis nunc loqui secundum proprietatem rerum gestarum
non secundum enigmata figurarum. Ergo ad rationem stare consideratarum
naturarum. quo inveniemus vesperam. et mane in luce spirituali. An
ideo quedam lucis a tenebris distinctio est iam rei formate ab
informi appellatio vero diei et noctis insinuatio distinctionis
est. qua significatur nihil deum inordinatum relinquere atque ipsam infor-
mitatem per quam res de specie in speciem modo quodam transeunt
mutantur non esse indispositam. Neque defectus profectusque creature
creature quibus sibimet temporalia que succedunt sine supple-
mento esse decoris universi. Nox enim ordinate sunt tenebre. propterea
net cum facta esset lux dictum est. Et divisit deus inter lucem et tene-
bras. Et vocavit deus lucem. quia bona est. cum hoc posset omnia
eius dici diei nisi cum explicasset. Dixit et facta est lux. Et
divisit deus inter lucem et tenebras. Et vocavit deus lucem diem
et tenebras vocavit noctem. tunc dicitur. Et vidit deus quod

bonum est. Et deinceps adiiceret. et facta est vespera. et factum est ma-
ne sicut in aliis operibus facit quibus vocabula imponit. Hic ergo
propterea non ita fecit quam a formata re adhuc distincta est illa
informitas nisi non in ea finis esset sed ad hoc formanda re-
staret per ceteras creaturas vel corporales. Itaque si postea quam distincta
essent illa divisione et vocabulis. tunc diceretur vidit deus quia bo-
num est hic facta acciperemus significari quibus iam in suo genere nihil esset
addendum. nec lucem solam ita perfecerat. vidit deus lucem
quia bona est et divisione ac nominibus distinxit a tenebris Neque
tunc dixit. Vidit deus quod bonum est. Adhuc enim erat infor-
mitas illa distincta. nisi et ad hoc inde alia formarentur. Namque
illa nox que nobis notissima est. facit enim eam super terras
solis circuitus quando per luminarium distinctionem a die dividitur. Post ipsam
divisionem diei et noctis dicitur vidit deus quia bonum est Non enim
hec nox informis aliqua subsidia erat unde ad hoc alia formarentur
sed spatium loci plenum aere carens lumine diurno. cui utique nocti
iam nihil addendum esset in genere suo quo esset speciosior sive distinctior
Vespera autem in toto illo triduo antequam fierent luminaria consummati
operis terminus non absurde fortasse intelligitur. Mane vero tamquam
future operationis significatio. Sed ante omnia meminerimus Unde
iam multa diximus non temporalibus quasi animi sui. aut corporis
motibus operari deum sicut operatur homo vel angelus. sed eternis
et incommutabilibus et stabilibus rationibus coeterni sibi verbi sui Nam
et illud quod per grecam et latinam linguam dictum est de spiritu dei quod
superferebatur super aquas secundum syre lingue intellectum que vicina
est hebree Nam hoc a quodam docto christiano syro fertur expositum
non superferebatur sed fovebat potius intelligi perhibetur. Nec sicut
foventur. tumores aut vulnera in corpore aquis vel frigidis vel
calore congruo temperatis. sed sicut ova foventur ab alitibus ubi calor
ille materni corporis etiam formandis pullis quodammodo adminiculatur
per quemdam in suo genere dilectionis affectum Non ita per singulos dies
istorum operum divinorum tamquam temporales voces dei ~~sapientia nostra~~
~~infirmitate suscepta venit ad colligendos~~ carnaliter cogitemus No-
n enim ad hoc ipsa dei sapientia nostra infirmitate suscepta. venit
ad colligendos sub alas suas filios iherusalem. quemadmodum gallina
pullos suos ut semper parvuli simus. sed ut malitia infan-
tes mente esse parvuli desinamus. et in rebus obscuris atque a nostris
oculis remotissimis si qua inde scripta etiam divina legerimus que
possint salva fide qua imbuimur alias atque alias parere sententias in
nullam earum nos precipiti affirmatione ita proiciamus ut si forte
diligentius discussa veritas eam recte labefactaverit corruamus non
pro sententia divinarum scripturarum sed pro nostra ita dimicantes ut eam
velimus scripturarum esse que nostra est cum potius eam que scripturarum e

est maxime nostrum esse velle debeamus Ponamus enim in eo quod
scriptum est Dixit deus fiat lux et facta est lux. alium sensisse lucem
corporalem factam Et alium spiritualem esse spiritualem lucem in creatura spirituali
fides nostra non dubitat esse aut lucem corporalem celestem aut etiam
supra celum vel ante celum cui succedere non potuit. tamen diu non est
contra fidem donec certa veritate certissima refellatur Quod si hoc falsum fuit
non hoc habebat scriptura divina. sed hoc senserat humana ignorantia.
Si autem hoc verum esse certa ratio demonstraverit adhuc incertum erit utrum
hoc in illis verbis sanctorum librorum scriptor sentire voluit, an aliquid aliud
non minus verum Quod si etiam contextio sermonis non hoc eum voluisse
probaverit. non ideo falsum erit aliud quod ipse intelligi voluit. sed et verum
et quod utilius cognoscatur Si autem contextio scripture hoc voluisse intel
ligi scriptorem non repugnabit adhuc restabat querere utrum et aliud non
potuit Quod si et aliud potuisse invenerimus incertum erit quid
eorum ille voluit. An utrumque sentire voluisse non incongruenter creditur
si utrique sententie certa circumstantia suffragetur. plerumque accidit ut ali
quid de terra de celo de ceteris mundi huius elementis de motu et conversione vel
etiam magnitudine et intervallis siderum de certis defectibus solis ac
lune de circuitibus annorum et temporum de naturis animalium fructuum
lapidum atque huiusmodi ceteris et non christianus ita noverit ut certissima
ratione vel experientia teneat. turpe est autem nimis et perniciosum ac
maxime cavendum ut christianum de his rebus quasi secundum christianas
litteras loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat ut quemadmodum
dicitur toto celo errare conspiciens risum tenere vix possit Et non tam
molestum est quod errans homo deridetur. sed quod auctores
nostri ab eis qui foris sunt talia sensisse creduntur Et cum magno
eorum exitio de quorum salute satagimus tamquam indocti reprehenduntur
atque respuuntur. Cum enim quemquam de numero christianorum in ea re quam
optime norunt errare deprehenderint. et vanam sententiam suam de nostris
libris asserere quo pacto illis libris credituri sunt de resurrectione
mortuorum. et spe vite eterne regnoque celorum. quando de his
rebus quas iam experiri vel indubitatis numeris percipere potuerunt fal
laciter putaverint esse conscriptos Quid enim molestie tristitieque inge
rant prudentibus fratribus temerarii presumptores satis dici non pos
Cum si quando de falsa et prava opinione sua deprehendi et convinci
ceperint ab eis qui nostrorum librorum auctoritate non tenentur ad defenden
dum id quod levissima temeritate et apertissima falsitate dixerunt eosdem
libros sanctos unde id probent proferre conantur vel etiam memoriter que ad
testimonium valere arbitrantur Multa inde pronunciant non intelligen
tes neque que loquuntur neque de quibus affirmant. ad hoc enim conside
randum libros Geneseos multipliciter quantum potui enucleavi et protuli sen
tentias de verbis ad exercitationem nostram obscure positis non aliquid unum
temere affirmans cum preiudicio alterius expositionis fortasse melioris

nisi pro suo modulo eligat quisque quod capere possit. Ubi autem intel-
ligere non potest scripture dei det honorem sibi timorem Sed cum tam
multis exitibus verba scripture que tractavimus exponantur cohibeant
se tandem qui litteris inflati secularibus hec ita posita si omnis pia corda
mutant velud imperitum atque impolitum aliquid exagitant sine pennis
interea reptantes et volatu ranarum circa nidos irridentes. Peius
longe autem errant quidam infirmi fratres qui cum istos impios de celestium
corporum numero vel de quibuslibet elementorum mundi huius questionibus subti-
liter et copiose disserere audiunt evanescunt et cum suspi-
rio se ponentes et magnos putantes saluberrime pietatis libros cum
fastidio repetunt Et quos dulciter haurire deberent vix patienter
attingunt agrestis asperitate abhorrentes et spinarum floribus inhi-
antes Non enim vacant videre quam suavis est dominus nec in sab-
bato esuriunt atque ideo pigri sunt permissa a domino sabbati accepta
vellere spicas et tam diu versare manibus confricare et purgare donec
ad escam perveniat Dicet aliquis Quid tu tanta tritura
disputationis huius quid granorum expressisti. quid eventilasti Cur prope
modum in questionibus adhuc latent omnia affirmata ad eorum que
multa posse intelligi disputasti Cui respondeo ad eum ipsum me cibum
suaviter pervenisse quod didici non herere hominem in respondendo secundum fidem quod
vel quid respondendum est hominibus qui calumpniari libris nostre sa-
lutis affectant Ut hic quidquid ipsi de natura rerum veracibus
documentis demonstrare potuerint ostendamus nostris litteris non esse contrarium
quidquid autem de quibuslibet suis voluminibus hiis nostris litteris
id est fidei catholice contrarium protulerint aut aliqua etiam faculta-
te aut facilitate ostendamus aut nulla dubitatione credamus esse
falsissimum. atque ita teneamus mediatorem nostrum in quo sunt omnes
thezauri sapientie atque scientie absconditi ut neque false philosophie loqua-
citate seducamur neque false religionis superstitione terreamur Et cum divinos
libros legimus in tanta multitudine verorum intellectuum qui de paucis
verbis eruuntur et sanitate catholice fidei muniuntur id potissimum deli-
gamus quod certum apparuerit eum sensisse quem legimus Si autem hoc
latet id certe quod circumstantia scripture non impedit Et cum sana
fide concordat Si autem et scripture circumstantia pertractari ac discuti
non potest saltem id solum quod fides sana prescribit. aliud est enim
quid potissimum scriptor senserit non dinoscere Aliud autem a regula pie-
tatis errare Si utrumque vitetur perfecte se habet fructus legentis
Si vero utrumque vitari non potest etiam si voluntas scriptoris incerta
sit sane fidei congruam non inutile eruisse sententiam

Incipit liber Secundus

Et dixit deus fiat firmamentum in medio aquarum
et sit dividens inter aquam et aquam. et sic est factum. et fecit
deus firmamentum. et divisit deus inter aquam que erat in firma-
mento et inter aquam que erat super firmamentum Et vocavit

deus firmamentum celum. Et vidit deus quia bonum est. et factum est
vespera. et factum est mane dies secundus. De verbo dei. quod dixit fiat
firmamentum etc. et de placito eius quod vidit quia bonum est. et de vespera
et mane non opus est hic iterum similiter quod disserere atque ita deinceps
quotiescumque ita repetuntur secundum superiorem inquisitionem intelligenter
considerandum esse admonemus. Utrum autem inter illud celum fiat quod
excedit aeris omnia spatia eius quam omnem altitudinem ubi etiam luminaria
stellasque constituuntur quarto die an ipse aer vocetur firmamentum merito
queri potest. Multi enim asserunt istarum aquarum naturam super sidereum
celum esse non posse quod sit eis suum pondus ordinatum ut vel super
terram fluitent vel in aere proximo terris vaporaliter ferantur. Nec quisquam
istos ita debet refellere nisi dicat secundum omnipotentiam dei cui cuncta
possibilia sunt oportere nos credere aquas etiam tam graves quam
novimus atque sentimus celesti corpori in quo sunt sidera superfusas.
Nunc enim quemadmodum deus instituit naturas rerum secundum scripturas
eius nos convenit querere non quid in eis vel ex eis ad miraculum
potentie sue velit operari. Neque enim si vellet deus aliquando oleum sub
aqua manere non fieret non ex eo tamen olei natura nobis esset incogni-
ta quod ita facta sit ut appetendo suum locum etiam si subterfusa
fuerit perrumpat aquas eis superposita se collocet. Nunc ergo querimus
utrum conditor rerum qui omnia in mensura et numero et pondere
disposuit non unde locum proprium ponderi aquarum circa terram tribuerit
sed et super celum quod ultra limitem aeris circumfusum atque solida-
tum est. Quod qui negant esse credendum de ponderibus elementorum
argumentantur negantes ullo modo ita deus sit quasi quodam pavimen-
to solidatum esse celum ut possit aquarum pondere sustinere quod
talis soliditas nisi in terris esse non possit et quidquid tale est
non celum sed terra sit. Non enim tantum locis sed etiam qualitatibus
propriis elementa distinguunt ut secundum qualitatibus propriis etiam loca propria
sortirentur. aqua sit super terram que etiam sub terra stat aut labitur
sicut in antris cavernisque abditis non tamen ea terre parte que supra
sed ea que infra se habet continetur. Nam si ex parte superiore fuerit
pars ulla terre delapsa non manet super aquam. sed ea perrupta de-
mergitur et pergit ad terram. Quo veniens conquiescit tamquam in loco
suo sit super sit aqua sub terra autem terra. Unde cognoscitur quod etiam
super aquas cum esset non in ipsis aquis portabatur sed compage terre
tenebatur sicut se habent camere speluncarum. Hic attendere admonemus
cavendum errorem quem in libro [cavendum] monuimus ne forte quod
scriptum est in psalmis fundavit terram super aquas arbitretur aliquis
nostrum adversus istos de ponderibus elementorum subtiliter disserentes isto te-
stimonio scripturarum esse utendum quia illi non tenentes auctoritatem littera-
rum nostrarum. sed nescientes quemadmodum dictum sit libentius sanctos
facilius irridebunt quam illud repudiabunt. Quod vel textus

sonibus percepimus vel experimentis manifestissimis probamus Illud
namque in psalmis aut figuraliter dictum recte accipi potest ut quo mo
celi et terre nomine sepe in ecclesia spirituales carnalesque significantur celos
ostendit pertinere ad serenam intelligentiam veritatis dicens Qui
fecit celos in intellectu Terram vero ad simplicem fidem non loquacem
non fabulosis opinionibus incertam atque fallacem Sed prophetica et
evangelica predicatione firmissimam que per baptismum solidatur et ideo
subiecit dicens fundavit terram super aquam aut si ad litteram
quisquam cogit intelligi esse terram nisi possit aquis coequare
non incongruenter vel sublimia terrarum sive continentium sive insularum
accipiuntur que superiora sunt aquis vel ipsa tegmina speluncarum
que sunt aquis pendula soliditate firmata sunt Unde etiam
nec ad litteram quisquam potest sic intelligere quod dictum est fundavit
terram super aquam ut aquarum ponderis terreno ponderi supportando
natali ordine quasi subditum esse arbitretur Aer aquis
est superior quamvis propter ampliora sui spacia et eandem contegat
sunt intelligitur ab ore impletus [?] repletis aquis potest videri
satis indicat aeris naturam locum petere superiorem Vas enim vas
inane sed aere plenum probatur cum ore verso magnam deprimitur [?]
mit quia vero in superiore parte non invenit evacuandi locum
nec deorsum versus ruptis aquis subterfugere [?] quia non sunt plenitu-
dine sua repellit aquas et in vas non permittit intrare quod [?]
aut ita vas ita collocatur ubi os non habeat deorsum sed in latus
inclinatum intrat aqua inferius exeunte aqua superius Itemque
si vas erectum os pateat in celum cum infundis aquam
evadit aer sursum versus ex aliis partibus qua non infundis
et fit locus aque deorsum versus intrandi Quod si in maiore vas
deprimitur nisi vel ex latere vel desuper aque repente influant
et undique os vasis obtegant dirumpit eas aer sursum
iturus [?] ad ima locum faciat et ipsa diruptio singultus
vaporum est dum partibus fugit quia totus tam cito non potest
exire propter illius oris angustias Ita si aer super aquas
ire cogatur etiam confluentes eas disserat [?] cum exiliens
impetus eius impulsu ebullivit [?] et cum bullis crepantibus
emittitur in sua superante [?] atque illud ad ima descendendi addit [?] [illegible]
si autem sub aquas ire cogatur ex vase nisi illo tecto inverse [?] vas ab ore
in ima propere repleri velimus facilius videas undique deorsum versus occupari
quam per os eius ab inferiori parte intrandi gutta exigua re-
cipiat locum Iam vero ignem ad superna emicantem et ipsius aeris
naturam velle transcendere quis non sentiat Quandoquidem si ardentem
faculam capite deorsum quisque teneat nichilominus flamme
crinis ad superiora contendit Sed quoniam consumitur ac superfusi

aeris percutienti compressione subinde ignis extinguitur et in eius qualitatem
prae abundantia superatur subinde quantitate ac vi tuitur ad summam eius al-
titudinem transiliendo non potest pervenire Itaque super aerem purus igneus
esse dicitur caelum Unde etiam sidera atque luminaria facta existimant illius
scilicet igneae lucis in eas formas quas in caelo cernimus conglobata disposita
que natura. Et per hoc sic terra ponderibus et aer et aqua cedit ut ad
terram premat sic aquarum ponderi et ipse aer cedit ut vel ad terram
vel ad aquam premat Unde intelligi volunt hoc modo nec superesse im-
aer quamque si quis eius particulam in spatiis illis sublimibus caeli posset
dimittere pondere suo caderet donec ad aera pervenire spatia pervenire
qua propter colligunt nullo modo esse posse aquas super illum igneum
caelum aliquid loci cum illic aer multo aquis levior manere non
possit. Talibus eorum disputationibus cedens laudabiliter conatus est
quidam demonstrare aquas super caelos ut ex ipsis visibilibus atque sensibilibus
naturis asserat scripturae fidem Et primum quam quod facillimum fuit ostendit
et hunc aerem caelum appellari non solum sermone communi dicimus enim
caelum serenum vel nubilum caelum sed etiam nostrarum scripturarum consuetudine
cum dicuntur volatilia caeli cum aves in hoc aere volare
manifestum sit Et dominus de nubibus loquens faciem inquit caeli
potestis probare Nubes autem per proximum terris aerem conglobari saepe
cernimus cum super declivia montium loca ita recumbunt ubi plerumque
excedantur etiam cacuminibus montium Cum ergo probasset et hoc aere
caelum dici nulla alia etiam firmamentum appellatum voluit existimari
nisi quia intervallum eius dividit inter quosdam vapores aquarum et istas
aquas quae corpulentius in terris fluitant Et nubes quippe sicut experti
sunt qui inter eas in montibus ambulant congregatione et conglobatione
minutissimarum guttarum talem speciem reddunt Quae si compressione
amplius ut coniungantur in unam grandem plures guttae iam non
patitur aer apud se teneri Sed eius ponderi ad ima dat locum et
hoc est pluvia Ergo ex aere qui est inter vapores humidos unde
superius nubila conglobantur et maria subterfusa ostendere voluit esse
caelum inter aquam et terram hanc ego diligentiam considerationem quam laude
dignissimam iudico Quod enim dixit neque contra fidem est et in
promptu posito documento credi potest Quamquam possit videri non impe-
dire propria pondera elementorum quominus et super illud sublime caelum pos-
sint esse aquae per illas minutias per quas etiam super hoc spatium
aeris esse potuerunt qui quamvis gravior et inferior summo caelo sublatatur
procul dubio levior est aquis Et tamen non eos sunt vapores illi nullo
pondere prohibentur sic ergo super illud caelum possunt minutioribus guttis
levior tamen humoris extendi quem pondere cadere non cogatur Ipsi quippe
subtilissima ratione persuadent nullum esse quamlibet exiguum corpusculum
in quo divisio terminetur sed infinite omnia dividi quia omnis
pars corporis est corpus et omne corpus habeat necesse est dimidium quanti-

sunt. At per hoc si potest aqua sic venire ad tales guttarum minucias
pervenire ut super istum aerem vaporalis feratur qui naturaliter levior est
aquis cur non possit et super illud levius celum minutioribus guttis
et levioribus manere vapor hic. Quidam etiam nostri istos negantes per
pondera elementorum aquas esse posse super celum sidereum de siderum
qualitatibus et meatibus convincere voluerunt. Quidam enim namque asserunt stel-
lam quam Saturni appellant esse frigidissimam eamque per annos triginta
signiferum peragere circulum eo quod superiore atque per hoc ampliore ambitu
graditur. Nam sol eundem circulum per annum complet et luna per mensem
tanto ut dicunt brevius quanto inferius ut spacio loci spacium temporis
congruat. Queritur itaque ab eis unde illa stella sit frigida que tanto
ardentior esse deberet quanto superiore celo rapitur. Nam procul dubio cum
rotunda moles circulari motu agitur interiora eius tardius eunt exteriora
celerius ut maiora spacia cum brevioribus ad eosdem giros pariter
occurrant. Que autem celerius utique ferventius. Proinde memorata stella
debuit magis calida esse quam frigida. Quamvis enim suo motu
quia iam grande spacium est triginta annis totum ambitum peragat
tamen celi motu in contrarium rotata velocius quod cottidie necesse est
patiatur quia sicut ipsi dicunt celi singule conversiones dies singulos
explicant calorem maiorem debuit celo concitatiore concipere. Nimirum
ergo eam frigidam facit aquarum super celum constitutarum illa vi-
cinitas quam nolunt credere qui hec que breviter dixi de motu celi
et siderum disputant. His quam inter eos coniecturis agunt adversus eos
qui nolunt aquas super celum credere et volunt eam stellam esse
frigidam que iuxta summum celum currit ut ad hoc cogatur aquas
nam credere non iam illic vaporali tenuitate sed glaciali soli-
ditate pendere. Quoquo modo autem et qualeslibet aque que illic sunt esse eas minime
dubitemus. Maior est quippe scripture huius auctoritas quam omnis humani
ingenii capacitas. Sed animadversum est a quibusdam quod nec eo dis-
simulando preterundum puto nec frustra cum dixisset deus fiat firmamentum in
medio aquarum et sit divisio inter aquam et aquam parum visum esse
subiungere et sic factum est nisi adderetur et fecit deus firmamentum
et divisit deus inter aquam que erat super firmamentum et inter aquam
que erat sub firmamento. Quomodo quidam intelligunt sicut in persona patris
declaratum esse dicunt in eo quod scriptum est Et dixit deus fiat
firmamentum in medio aquarum et sit divisio inter aquam et aquam et
sic est factum. At vero ut intelligatur filius fecisse quod a patre
dictum est nisi fieri arbitraremur esse subnexum et fecit deus firmamen-
tum et divisit etc. Sed cum antea legitur et sic factum est quomodo
intelligimus iam factum non iam patrem dixisse et filium fecisse Et post
aliquid fecisse dicitur filio ut deinde filius non hoc sed aliud similiter
faciat quod est contra catholicam fidem. Si autem illud dictum est
Et sic est factum hoc idem fit ut ibidem dicitur et fecit deus. Quomodo

prohibet enim intelligere facere quod dixit cum dixit ut fieret. An etiam ex
cepto eo quod scriptum est et sic est factum tantummodo in superioribus verbis ubi
dictum est et dixit deus fiat et postea dictum est et fecit deus patris et filii personam
voluit intelligi. Sed queri adhuc potest utrum insinuasse filio patrem debeamus
accipere in eo quod scriptum est et dixit deus fiat. Sed cur non scriptura
taceat unde personam etiam spiritus sancti ut ita trinitas intelligatur. et dixit
deus fiat. et fecit deus. et vidit deus quia bonum est. Sed non con
venit unitati trinitatis nisi filius quasi iussus fecisse intelligatur
spiritus autem sanctus nullo sibi iubente libere vidisse bonum esse quod factum
est. Quibus enim verbis iuberet filio pater nisi faceret cum ipse sit
principale verbum patris per quod facta sunt omnia. An in eo quod
scriptum fiat firmamentum hic ipsa dictio verbi est patris unigenitus filius
in quo sunt omnia que creantur. et quidquid in illo est et vita est et
vita utique creatrix. quia quicquid per eum factum est in ipso vita
est et vita utique creatrix sub illo autem creatura. Aliter ergo in illo sunt
ea que per illum facta sunt quia regit et continet ea. aliter autem in
illo sunt ea que ipse est. Ipse enim vita est. Que ita in illo est
ut ipse sit quia ipse vita est lux hominum. Quia ergo nihil creari posset
sine ante tempora quod quidem non est creatori coeternum sine ab exordio
temporum sive aliquo tempore. cuius tamen creandi ratio recte dicitur in verbo dei
verbo patri coeterno eterna vita vivit propterea scriptura priusquam insinuet
unamquamque creaturam ex ordine quo conditam ostendit respicit ad dei
verbum prius ponens. et dixit deus fiat illud. Non enim invenit
illam causam rei creande quam in verbo dei non invenit creari
debuisse. Non ergo deus totiens dixit fiat illa vel illa creatura
quotiens in hoc libro repetitur. et dixit deus. Unum quippe verbum
ille genuit in quo dixit omnia priusquam facta sunt singula
sed eloquium scripture scientis descendens ad parvulorum capacitatem
verum insinuat persingillatim genera creaturarum per singula respicit
cuiuscumque generis eternam rationem in verbo dei. Nec illa repetita ille
tamen repetit. et dixit deus. Si enim vellet prius dicere factum esse
firmamentum in medio aquarum ut esset discretio inter aquam et aquam
si quis ab eo quereret quo factum esset recte responderet. Dixit deus fiat
id est in verbo dei coeterno erat ut fieret. Inde igitur incipit narrare
principium quod factum quod etiam post facti narrationem consequenti quo
factum sit in reddenda ratione videre debet. Cum ergo audimus
et dixit deus fiat, et intelligimus quod in verbo dei erat ut fieret
cum vero audimus. et sic est factum intelligimus factam creaturam non
excessisse prescriptos in verbo dei terminos generis sui. Cum vero audimus et
vidit deus quia bonum est. intelligamus in benignitate spiritus dei
non quasi cognitum post ea quam factum est placuisse sed potius
in ea bonitate placuisse ut maneret factum quod placebat ut fieret
Ac per hoc maneat. ad hoc tamen requirendi cur postea quam dixit

et sic est factum. Ubi perfectio operis indicatur addidit et fecit deus. Cum enim eo ipso quod ait. Et dixit deus fiat illud. et sic factum est. iam intelligatur id deum dixisse in verbo suo et factum esse per verbum atque ibi iam non solum patris sed filii etiam possit apparere persona. Nam si propter ostendendam filii personam repetitur. Et dicitur et fecit deus. Numquid ergo non per filium congregavit aquam tercio die ut appareret arida. quia ibi non dicitur. et fecit deus congregari aquam. aut congregavit deus aquam. sed tamen etiam ibi postquam dixit. et factum est sic. tunc repetivit dicens. et congregata est aqua que est sub celo. Numquid et lux non per filium facta est ubi prorsus nullo modo repetivit. potuit enim et illic ita dici. et dixit deus fiat lux et sic est factum. et fecit deus lucem et vidit quia bona est. aut certe sic in aquarum congregatione etsi non diceret fecit deus. sed tamen iterum repeteret et dixit deus fiat lux. et vidit deus lucem quia bona est. sed nullo modo repetens postea quam propositum est et dixit deus fiat lux nichil aliud intulit nisi facta est lux. At deinceps de placita luce et divisa a tenebris et utrasque appellatione nominibus suis sine ulla repetitione narravit. Quid sibi ergo vult in ceteris illa repetitio. An eo modo demonstratur primo die quo lux facta est conditionem spiritualis creature lucis appellatione intimari in qua intelliguntur omnes angeli sancti atque virtutes. et propterea non repetivit factum postea quam dixit deus fiat lux et facta est lux. Et quia non primo cognovit rationalis creatura conformationem suam atque deinde formata est. sed in ipsa sua conformatione cognovit. hoc est in illustratione veritatis ad quam formata est conversa. Cetera vero que infra sunt ita creantur ut prius fiant in cognitione rationalis creature ac deinde in genere suo. Quapropter lucis conditio prius est in verbo dei secundum rationem qua condita est hoc est in coeterna patri sapientia ac deinde in ipsa lucis conditione secundum naturam qua condita est. Illic non facta sed genita. hic vero facta quia ex informitate formata. Et ideo dixit deus fiat lux et facta est lux. ut quod illic erat in verbo. hic esset hic in opere. Conditio vero celi prius erat in verbo dei secundum genitam sapientiam. Deinde facta est in creatura spirituali. hoc est in cognitione angelorum secundum creatam in illis sapientiam. Deinde celum factum est ut esset etiam ipsa celi creatura in genere proprio. sic et distinctio vel species aquarum atque terrarum. sic nature lignorum et herbarum. sic luminaria celi. sic animantia orta ex aquis ac terra. Neque enim sic pecora solo sensu corporis vident angeli hec sensibilia. sed si quo sensu talium utuntur agnoscunt ea potius que melius noverunt in ipso dei verbo a quo illuminantur ut sapienter vivant. quoniam sit in eis lux que primo facta est si lucem spiritualem in illo factam intelligamus. Quemadmodum

ratio quia creatura quae dicta est prius est in verbo dei quam ipsa creatura
quae condita est et eiusdem rationis cognitio prius fuit in creatura intellectuali
quae peccato non tenebrata est ac deinde ipsa conditio creaturae. Neque
enim sicut nos ad percipiendam sapientiam proficiebant angeli ut invisibilia
dei per ea quae facta sunt intellecta conspicerent. Cum ex quo creati sunt
ipsa verbi eternitate sancta et pia contemplatione perfruuntur atque inde ista
despicientes secundum id quod intus vident vel recte facta approbant vel
peccata improbant. Nec mirum est quod sanctis angelis suis in prima lucis
conditione formatis prius deus ostendebat quod erat deinceps creaturus.
Neque enim intellectum dei nossent nisi quantum ipse monstrasset. Quis
enim cognovit intellectum domini aut quis consiliarius eius fuit aut quis
prior dedit ei et retribuetur illi. Quoniam ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo discebant angeli cum in eis fieret
cognitio creaturae deinceps faciendae ac deinde fieret in genere proprio. Creatura
igitur iam luce facta in qua intelligimus aeternae lucis formatam rationalem
creaturam cum in ceteris formandis rebus audimus. Et dixit deus
fiat intelligamus ad eternitatem verbi dei recurrere scripturae intentionem.
Cum vero audimus et sic est factum intelligamus in creatura intellectuali
factam cognitionem rationis quae in verbo dei est condite creaturae ut sic ea
ut prius quodammodo facta sit anteriore quodam motu in ipso
dei verbo prius faciendam esse cognovit. Ut postremo cum audimus
repeti et dici quod fecit deus iam intelligamus in suo genere
fieri ipsam creaturam. Porro cum audimus et vidit deus quod bonum est
intelligamus benignitati dei placuisse quod factum est. Ut pro
modo sui generis maneret quod placuit sicut ferebatur cum spiritus dei superfe-
rebatur super aquas.

Queri etiam solet quae forma et quae figura celi esse
credenda sit secundum scripturas nostras. Multi enim multum
disputant de his rebus quas maiori prudentia nostri obmiserunt ad
beatam vitam non profuturas discentibus et occupantes quod peius
est multum prolixa et rebus salubribus impendenda temporum spatia.
Quid enim pertinet ad me utrum celum sit sphaera undique concludit
terram in media mundi mole libratam an eam ex una parte desuper
velud discus operiat. Sed quia de fide agitur scripturarum propter
illam causam quam non semel commemoravi ne quisquam eloquia
divina non intelligens cum de his rebus tale aliquid invenerit
in libris nostris vel ex illis audierit quod perceptis assertionibus adversari
videatur eis cetera utilia monentibus narrantibus vel pronunciantibus
credat. Breviter dicendum est de figura celi hoc scisse auctores nostros
quod veritas habet. Sed spiritum dei qui per eos loquebatur noluisse

ita docte homines nulli saluti profutura. Sed ait aliquis: quomodo non
est contrarium hiis qui figuram sphere celo tribuunt quod scriptum est in
litteris nostris: qui extendit celum sicut pellem. Sit sane contrarium si falsum
est quod illi dicunt. Hic enim verum est quod divina dicit auctoritas potius
quam illud quod humana infirmitas conicit. Sed si forte illud talibus
illi documentis probare potuerint ut dubitari inde non debeat, demon-
strandum est hoc quod apud nos de pelle dictum est veris illis rationibus
non esse contrarium. alioquin contrarium erit etiam ipsis in alio loco scripturis
nostris ubi celum dicitur esse velud camera suspensum. Quid enim tam
diversum est et sibimet adversum quam plana pellis extensio et ca-
mere curva convexio. quod si oportet sicuti oportet hec duo sic intelligere
ut concordare utrumque nec sibimet repugnare inveniatur, ita oportet
etiam utrumque horum illis non adversari disputationibus si eas forte
declaraverit veras quibus docetur celum sphere figura undique esse conve-
xum si tamen probatur. Et illa quidem apud nos camere similitudo
etiam secundum litteram accepta non impedit eos qui spheram dicunt.
Bene quippe creditur secundum eam partem que super nos est de celi
figura scripturam loqui voluisse. Si ergo sphera non est ex una
parte camera est ex qua parte celum terra contingit. si autem sphera est
undique camera est. Sed illud quod de pelle dictum est magis urget ne non sphere
quod humanum est forte commentum sed ipsi nostre camere adversum sit.
Quid autem hinc allegorice senserim confessionum nostrarum libro tercio-
decimo habes. Sive ergo ita ut ibi posui sive aliquo alio modo intel-
ligendum sit celum sicut pellis extentum propter molestos et nimios ex-
actores expositionis ad litteram, hoc dico quod puto arbitror omnibus sensibus
patet. utrumque enim fortasse, id est et pellis et camera, figurate intelli-
gi potest. Utrumque autem ad litteram quo possit intelligi est. Si enim
camera non solum curva sed etiam plana recte perhibetur et pellis non
solum in planum verum etiam in rotundum sinum extenditur. Nam et uter
et vesica sicud pellis est. De motu etiam celi nonnulli fratres
questionem movent utrum stet an moveatur. Quia si movetur inquiunt
quomodo firmamentum. si autem stat quomodo sidera que in illo fixa creduntur
ab oriente usque ad occidentem circumeunt septentrionibus breviores giros
iuxta cardinem peragentibus ut celum, si est alius nobis occultus
cardo ex alio vertice sicut sphera. Si vero nullus alius cardo est
velud discus rotari videatur. Quibus respondeo multum subtilibus
et laboriosis rationibus ista perquiri ut vere percipiatur an ita sit an non
ita sit. Quibus ineundis atque tractandis nec michi iam tempus est
nec illis esse debet quos ad salutem propriam et sancte ecclesie necessariam
utilitatem cupimus informari. Hoc tamen noverint nec nomen firmamenti
cogere nos stare celum putemus. firmamentum enim non propter statum
sed propter firmitatem aut propter terminum insuperabilem superiorum et inferiorum
aquarum vocatum intelligi licet. Nec si veritas celum stare persuaserit

impediri nos credimus scientiam sideribus ne hic intelligere possimus. Et ab ipsis quippe
qui hec studiosissime et ociosissime quesierunt inventum est etiam celo illo
moto si sola sidera moverentur fieri potuisse omnia que in ipsis siderum
conversionibus animadversa atque comprehensa sunt. Et dixit deus: congre-
getur aqua que sub celo est in congregationem unam. et appareat arida.
Et factum est sic. Congregata est aqua que sub celo est in congrega-
tionem unam et apparuit arida. Et vocavit deus aridam terram. Et congre-
gationes aquarum vocavit maria. Et vidit deus quia bonum est. Iam
de hoc opere dei propter alterius querende veritatem in primo nostro volumine
satis tractavimus. Hic itaque breviter admonemus nisi quem forte non
movet querere. Quando species aquarum vel terre edita sit. accipiat isto die
non esse factum nisi non inveniuntur hic duo elementa inferiora. Quem
vero movet cur in diebus facta sit lux et celum quo dies autem vel
ante omnes dies aqua et terra. et cur ad dei verbum facta sint illa
dicente deo fiat. hec autem dicente quidem deo dispecta non autem deo dicente
facta inveniantur hoc quod salva fide intelligat. Et id quod dictum est ante
dierum enumerationem. terra erat invisibilis. et incomposita cum commendat et
scriptura cuiusmodi fecerat deus terram quam predixerat. In principio fecit
deus celum et terram. Nichil aliud his verbis quam materie corporalis
informitatem insinuare voluisse eligens eam usitatius appellare
quam obscurius. Sed cum tardo intellectui non surrepat nisi in materie
et specie quia verbis scriptura separat concinat duo hec et tempore separe-
tamque prius fuit materia et ei temporis intervallo interposito postea sit
addita species cum deus hoc simul creavit materiamque formatam instituit
cuius informitatem usitato nisi dixi vocabulo vel terre vel aque scrip-
tura predixit. terra enim et aqua etiam suis qualitatibus id existentia
quod videmus terrene propter facilem corruptionem propinquiora sunt
eidem informitati quam celestia corpora. Et quoniam per enumerationem dierum
iam ex informi quoque formata insinuantur. Et ex ista corporali materia
iam factum celum narraverat cuius multum distat species a terrenis. Iam
quod ex ea formandum in rerum infima parte restabat noluit sub
his verbis in rerum conditarum ordinem inserere non dicetur fiat ut et
reliqua ista residua informitate talem speciem qualem accepit celum
iam inferiorem et infirmiorem atque informitati propinquam nisi his
potius verbis cum dicitur congregentur aque et appareat arida. accepe-
runt hec duo species proprias istas notissimas nobis atque tractabiles aqua
mobilem terra immobilem. et ideo de illa dictum est congregetur. de ista
autem appareat aqua enim est labiliter fluxa terra stabilitate fixa.
Et dixit deus: Germinet terra herbam pabuli seminantem semen
secundum genus suum et secundum similitudinem et lignum fructiferum
faciens fructum cuius semen in ipso in similitudinem suam super
terram. Et factum est sic. et produxit terra herbam pabuli semen
ferentem secundum genus suum. et secundum similitudinem et lignum

fructiferum faciens fructum cuius semen eius in ipso sit secundum genus
super terram Et vidit deus quia bonum est et facta est vespera. et fa-
ctum est mane dies tertius Sic moderamine ordinationis advertendum
est Ut quoniam distincta quaedam natura est herbarum atque lignorum
ab ipsa terra et aquarum quae in elementis numerari non possunt seorsum de
illis diceretur ut exorirent de terra. et seorsum de illis redderetur illa solita
quae dicitur. et factum est sic at deinde repeteretur quod factum
est seorsum quoque indicaretur deum vidisse quia bonum est tamen
quia ipsa radicibus continentur terris et connectuntur ita quoque ad eundem
diem pertinere voluit . Et dixit deus fiant luminaria in firmamento
caeli quae luceant super terram et inchoationem diei et noctis. et quae
dividantur inter diem et noctem et sint in signa et tempora et in dies
et in annos et sint in splendorem in firmamento caeli quae luceant super
terram. et factum est sic Et fecit deus duo luminaria magna
luminare maius et inchoationem diei et luminare minus et inchoationem
noctis et stellas Et posuit deus in firmamento caeli quae luceant
super terram quae sint in inchoationem diei et noctis et dividant inter
lucem et tenebras Et vidit deus quia bonum est. et factum est vespere
et factum est mane dies quartus In hoc quarto die quaerendum est quid
sibi voluit ista ordinatio quae prius vel fieret vel secerneretur
aquae et terra prius quam terra germinaret et deinde in caelo sidera fierent
Neque enim possumus dicere elata esse quaeque in hora quibus dierum
series ita dissimulabetur ut finis et medium maxime ornatius
eminerent Septem quippe dierum medius quartus est Occurrit enim
illud quia septimo die non est facta aliqua natura An forte
lux primi diei magis videtur ad quietem diei septimi quae eodem
modo continuatis finibus iste ordo texatur connectis de medio
luminaribus caeli. sed si primus dies septimo congruit debet ergo
et secundus sexto congruere Quid autem habet simile hoc firmamentum caeli
cum homine facto ad ymaginem dei. an quia caelum totam
superiorem mundi partem occupat. et homini in totam inferiorem
potestas dominandi tributa est Sed quid agimus de pecoribus
et bestiis quas ipsa die sexto in suo genere terra produxit. quae
illis cum caelo esset collatio An potius quam primo intelligere facta
lucis nomine spiritualis creaturae formatio Conveniens erat ut corporalis
quoque creatura. i. mundus iste visibilis fieret qui factus est bi-
duo. propter duas duas partes suas maximas quibus constat
universus caelum scilicet et terram Secundum hanc rationis collectionem
qua et ipsa universa creatura spiritualis et corporalis saepe caelum
et terra nominatur ita ut globus quoque ille turbulentus aeris
terrenae parti deputetur ex halationibus quippe humidis cor-
poratur Si quid vero tranquilli aeris est ubi ventorum atque
procellarum motus esse non possunt ex ista ad caelestem partem pertinet
post hanc universitatem molis corporeae fabricatam quae uno loco

tota est quo locatus est mundus que erat ut impleretur partibus
intra universum mundi qui de loco in locum congruis motibus agerentur
sicut sunt herbe atque arbores. Sed non sunt radicibus quippe ista
fixa sunt terre. et quamvis habeant motus incrementorum suorum de loco
tamen comparis non moventur impulsibus suis. Sed nisi fixa sunt ibi
aluntur crescunt. propterea magis pertinent ad terram quam ad genera rerum
que in aquis et terris moventur. Tercia ergo visibili mundo constituendo
hic est celo et terre duo sunt attributi dies restat ut his mobilibus
et visibilibus partibus que creantur intra illum tres dies reliqui deputentur. Et quia sicut prius celum factum est ita prius
est ornandum suis partibus. quarto die fiunt sidera quibus
super terram lucentibus habitatio quoque illustretur inferior ne habitatoribus
eius in habitationem tenebrosam induceretur. et ideo quia infirma corpora
inferiorum habitatorum succedente motibus quiete reparantur factum est ut
circueunte sole diei noctisque vicissitudine propter vicissitudinem dormiendi et vigilandi paterentur. Nox vero illa non indecora non
remaneret, sed lune ac siderum luce et ipsos consolaretur homines
quibus plerumque etiam nocturna operandi necessitas. et quibusdam aliis
que lucem solis ferre non possint ad sufficientiam temperaretur. Sed illud
autem quod dictum est et sint in signa et in tempora et in dies et annos.
quis non videat quam obscure positum sit quarto die incepisse tempora. quasi superius triduum sine tempore preterire potuerit. Quis ergo
penetret animo quo illi tres dies transierint antequam inciperent
tempora que quarto die dicuntur incipere vel utrum omnino transierint
dies illi. An forte propter nomen forme rei dies appellatus sit et tenebra propter nomen
privationis? nisi vero ipse formata materia nox dicta sit? Ut ubi formanda
erant facta sic ut quamvis in rebus formatis intelligi tamen in ipsa
mutabilitate informitas in qua. Non enim spaciis vel locorum quasi
remotiorum vel temporum quasi antiquior discerni potest. cum per omnis in ipsa
re facta atque formata eadem mutabilitas. hec est diffinienda. ut ita
dicam possibilitas nox appellata est quia in eis rebus facta
etiam si non fuerit posse mutari. vespera autem et mane non
quasi per temporis preteritionem et adventum sed per quendam terminum quo
intelligitur quousque sit nature proprie modus et unde sit nature alterius
que exordium. An aliquid alia ratio sit horum verborum diligentius ve-
stiganda. quis in tam secretum facile irrumpat. Et que signa di-
cat cum dicit de sideribus. et sint in signa. Neque enim illa sunt
que observare vanitatis est, sed utique utilia. et huius vite usibus
necessaria que vel nautae observant in gubernando vel omnes homines
ad prenoscendas aeris qualitates per estatem et hyemem et autum-
nalem vernalemque temperiem. Et numerum sunt vocat tempora que
per sidera fiunt non spatia horarum sed vicissitudine affectionum celestium
sicut. Nam si aliquis vel corporalis vel spiritalis motus conditionem
istorum luminarium precessisset ut aliquid ex futura expectatione

per presens impetitum transitus sine tempore non patitur Et quis optime at
non fuisse nisi ab exordio siderum conditorum Sed hee hore et dies
et anni quos usitate nominamus non fierent nisi motibus siderum Itaque
si hoc modo intelligamus tempora dies et annos ut ipsa articulos
quosdam quos per horologia computamus vel in celo notissimos
cum ab oriente usque ad mediam altitudinem sol insurgit atque
inde rursus usque in occidentem vergit ut inspici possit deinceps aduen-
vel luna vel aliquod sidus ab oriente statim post occasum solis
cum ad mediam celi venit altitudinem me-
diam noctis indicat tunc scilicet occasurum cum sole redeunte sed
mane dies autem totius solis ab oriente usque ad occidentem circuitu
annos vero vel istos usitatos solis anfractus non cum ad ori-
entem quod cottidie facit sed cum ad eadem loca siderum
redit quod non facit nisi peractis ccc lxv diebus et vi
horis id est quadrante totius diei que pars quater ducta cogit inter-
poni unum diem quem romani in bisextum vocant ut ad eundem
circuitum redeatur vel etiam maiores et occultiores annos
completis aliorum siderum spaciis maiores annos fieri
dicunt Si ergo ita intelligamus tempora dies et annos
nemo dubitat hec sideribus atque luminaribus fieri Ista enim positio
est ut incertum sit utrum ad omnia sidera pertineat quod dictum
est sint in signa et in tempora et in dies et in annos An signa
et tempora ad cetera dies autem et annos ad solem tantum modo
Qualis enim luna facta sit multi loquacissime inqui-
23 runt atque utinam inquirentes loquantur ac non potius docere cona-
rentur Dicunt enim ideo plenam factam quia non decebat ut
deus imperfectum aliquid die illo faceret in sideribus quo scriptum
est quod facta sunt sidera Contra autem qui resistunt dicunt primam
eam debuisse primam lunam dici non quartadecimam Quis enim ita
incipit numerare ego autem medius inter ista sum nisi neutrum
asseverem Sed plane dicam si primam sive plenam lunam
deus fecit perfectam fecisse preparatum quippe est deus auctor et
conditor naturarum Quicquid autem res quaeque per progressum naturalem per tempora
congrua quodammodo prodit atque explicat etiam ante conti-
nebat occultum Et si non specie vel mole corporis tamen vi
tamen et ratione nature nisi forte arbor que per hyemem pomis va-
cua foliisque nudata est tunc imperfecta dicenda est aut
vero in primordiis etiam suis cum adhuc nullum fructum
dedisset quod imperfecta erat illa nata Quod non tantum
de arbore sed nec de ipso eius semine recte dicitur in quo omnia
que processu temporis quodammodo procedunt modis invisibilibus
latent quamquam si aliquid deus imperfectum fecisse dicitur

quod incepit ipse perficeret quid reprehensionis habet ista sententia si vere
aut displicet si id quod ab ipso inchoatum esset ab alio diceretur
perfectum. Cum ergo terra non germinet quam fecit deus cum in principio
fecit deus celum et terram quia invisibilis erat et incomposita et
postea tercia die conspicua redditur atque composita quid sibi tene-
bras de luna faciunt quomodo autem si quod terra dictum Non temporis
intervallo cum simul deus res crearit sed narrationis distinc-
tione intelligunt dictum esse. In hoc etiam quod omnibus uideri
potest non intuentur integre corpus habere lunam et tota rotundi-
tate perfectum etiam cum lune corniculato sive incipiens ad terras
lucet sive desinens fulget. Cum ergo lumine in ea crescit vel perficitur
vel minuitur non lunare ipsum sed illud quod attenditur narratur.
Si autem ex una parte sive parte semper lucet sed dum eam
partem convertit ad terram donec totum convertat quod ex prima usque
ad xv. quod fit crescere videtur semper est plena sed terre habi-
tatoribus non semper apparet. Hic eadem ratio est et si solis radiis
illustratur non enim potest etiam si cum soli proxima est in per-
pendiculo cornibus apparere quia tota pars que totum in orbem
illustratur non est ad terras ut uideri possit nisi cum soli
contraria est ut totum terris appareat quod eius illuminatur Non de-
finit tamen. Cum non eo se arbitrantur dicunt lunam primitus
adeo quartamdecimam factam quia plena facta credenda est sed
quia in scripturis sacris verba sic habent, *lunam factam in inchoationem
noctis*, tunc autem noctis exordio videtur cum plena est. Alias
vero et pridem incipit uideri ante plenitudinem et in processu
noctis tanto amplius quanto minuitur. Sed qui principium
tamen noctis non intelligit nisi principatum Nam et grecum
verbum hoc magis indicat cum dictum est archen. Et in psalmis
apertius scriptum est Solem in potestate diei lunam et
stellas in potestatem noctis non cogitur a prima numerare et credere
lunam factam quartamdecimam primo et non primam etc.

Queri solet utrum ita luminaria ista conspicua id est sol
et luna et stelle equaliter fulgeant. Secundum autem quod
diversis intervallis distent astra a terra propterea diversa claritate magis
minus que nostris oculis appareat. Et de luna quam quidem hoc dicunt
non dubitant minus eam lucere quam solem a quo etiam perhibent
illustrari. Multas autem stellas vel equales soli vel etiam
maiores audent dicere sed longius positas parvas uideri. Et

nobis quidem potest fortasse sufficere quomodo quomodo se ista res
habeat. summo artifice deo vel sint condita sidera quia quod tenemus
auctoritate apostolica dictum alia gloria solis alia gloria lune. et alia
gloria stellarum. stella enim differt a stella in gloria. Sed quia possunt
adhuc dicere etiam sine resistentia apostolo differunt quidem in gloria
Sed ad oculos terrenorum quia hoc propter refulgentium similitudinem
dicebat apostolus. quae non utique ad omnes aliter erunt et in se aliter
differunt quidem et in se ipsis sidera in gloria ita tamen nulla sunt
etiam sole maiora ipsi videant quemadmodum solum soli tam ma-
gnum tribuunt principatum. nichil enim radiis suis quasdam stellas
et eas quidem principales quibus amplius isti quam ceteris supplicant
et terrere dicunt et retro agere atque in suo cursu non enim fit verisimile
minores aut etiam equales violentia radiorum posse superari.
Aut si superiores signorum stellas vel septentrionum maiores esse
asserunt que nichil tale a sole patiuntur cur istas per signa
currentes amplius venerantur cur eas signorum dominas perhibent
et si per eas retrogradationes illas siderum vel fortasse tarditatem
non a sole quisquam concedat. sed aliis occultioribus causis soli tamen
istos in suis deliramentis quibus vana fatorum curiositate deviis
suspicantur precipuam tenere potestatem. ex his eorum certe monstra-
tum est. sed dicunt quod nolunt de celo alieni a patre que istic.
Nobis autem de inequalitate et magnitudine siderum subtilius aliquid
querere tali quod inquisitionem rebus gravioribus vel melioribus
necessarium temporis impendere nec expedit nec congruit. Et melius cre-
dimus ea esse ceteris maiora luminaria que sancta scriptura ita
commendat et fecit deus duo luminaria magna que tamen non
sunt equalia. Nam consequenter dicit cum eam ceteris preposuerit inter se
ipsa differre dicit enim luminare maius in inchoationem diei et
luminare minus in inchoationem noctis. Certe enim hoc concedet oculi-
s nostris ut ea monstratum sit amplius ceteris lucere super terram
nec diem clarescere nisi luce solis nec noctem tot stellis apparenti-
bus ita lucere sicut luna cepit. quemadmodum presentia eius illustratur

77 Satis siderum qualescumque eorum argutias. et quas pro divinatione
per decem meliorum experimenta que illi apotelesmata vocant omnino
a nostre fidei sinceritate respuamus. Quibus enim disputationibus
etiam talia causis nobis auferre conantur et impia propter te
in malis factis que rectissime reprehenduntur nisi ut ad creatorem
potius deum auctorem siderum convertant homines stellarum sed quod
omne corpus non sint natura corporibus nec quam celestibus sub-
dita audiant et philosophos suos et quod vero terrenis corporibus
illa corpora superiora non ideo que ipsi tractant potentiora sunt

vel sunt aliqui cognoscunt. quia enim corpora diversorum generum vel animantium
vel herbarum et arbustorum uno sunt puncto temporis seminentur unoque pun-
cto temporis innumerabiliter multa nascantur non tantum diversis sed etiam
ipsis eorum locis tante sunt varietates in processu in actibus et pas-
sionibus eorum ut profecto isti sicut dicitur perdant sidera si ista considerent
Quid autem insulsius et hebetius quam cum istis rebus convincuntur
dicere ad solos homines et subiciendos facile putare stellarum rationem sed
tamen etiam ipsi de geminis convincuntur quorum diverse vite diverse
felicium et infelicium diverse quoque morientium casus plerumque constellationes
accipiunt. quia et si non sunt aliquid cum dividto fundentur In
nonnullis enim tantum interest quantum ab istis comprehendi computarique
non possit manus quippe Jacob dum nasceretur inventa est pedem
fratris precedentis tenens. nempe adeo nati sunt quasi unus infans
in duplum prolixior nasci videretur. horum stelle constellationes
quas appellant nullo modo dispares esse potuerunt. quid ergo
insanius quam mathematicus illas constellationes intuens ad eundem
horoscopum et ad eandem lunam dicat unum eorum dilectum a matre alterum
non dilectum Si enim aliud dicet falsum prorsus dicet. si autem hoc dicet
verum quidem sed non secundum libros suorum ineptas cantilenas dicet
Quod si hoc hystorie quia de nostris profertur nolunt credere numquid
et rerum naturam delere possunt cum ergo se nunquam falli dicant
si horam conceptionis invenerint saltem sibi homines non dedignentur
conceptum considerare geminorum Ideoque fatendum est quando ab istis 26
vera dicuntur instinctu quodam occultissimo dici quem nescien-
tes humane mentes patiuntur Quod cum ad decipiendos homines
fit spirituum seductorum operatio est quibus quedam vera de temporalibus
rebus nosse permittitur partimque subtilioris sensus acumine partim
corporibus subtilioribus ingenii. partim experientia calidiore propter
tam magna longitudine vite. partim a sanctis angelis. quod ipsi
ab omnipotenti deo discunt etiam iussu eius sibi revelantibus
qui merita humana occultissime iustitie sinceritate distribuit
aliquando autem idem nephandi spiritus etiam que ipsi facturi sunt et[?]
divinando predicant Quapropter bono christiano sive mathematici
sive quilibet impie divinantium maxime dicentes vera cavendi sunt
ne consortio demoniorum animam deceptam pacto quodam societatis 27
irretiant Solet etiam queri utrum celi et luminaria ista
conspicua corpora sola sint an habeant rectores quosdam spiritus
suos Et si habent utrum ab eis etiam vitaliter inspirentur sicut animantur
carnes per animas animalium an sola sine ulla permixtione
Quod licet in presenti non facile comprehendi possit Arbitror
tamen in processu tractandarum scripturarum oportuniora loca posse
occurrere ubi nobis de hac re secundum auctoritatem rei et si non ostendere certum

Aliquid temere credere licebit Verum quoniam servata semper moderatione pie
gravitatis nihil credere de re obscura temere debemus ne forte quod
postea veritas patefecerit quamvis libris sanctis sive testamenti veteris sive
novi nullo modo possit esse adversum tamen propter amorem nostri erroris
oderimus. nunc adhibitum operis nostri iam tertium transeamus **Incipit**
Et dixit deus Educant aque reptilia animarum vivarum **liber**
et volatilia super terram et secundum firmamentum celi **tercius**
et factum est sic Et fecit deus cetos magnos et omne animal repti-
lium que eduxerunt aque secundum genus eorum. et omne vola-
tile pennatum secundum genus Et vidit deus quia bona sunt et
benedixit ea deus dicens. crescite et multiplicamini et replete
aquas in mari et volatilia multiplicentur super terram et facta
est vespera Et factum est mane dies quintus Nunc in inferiore
parte mundi ea que spiritu vite moventur fiunt et primum aquarum
quod aeris qualitati proximum est elementum Sicut enim hic celo
in quo sunt luminaria ita vicinus est nisi et ipse celi nomen
acceperit. sed nescio utrum et firmamentum possit vocari Dicun-
tur celi pluraliter in eadem quoque re que dicitur unum celum Nam
cum in hoc libro singulari numero dicatur celum quod dividit
inter aquas que supra et aquas que infra sunt In illo tamen
psalmo et aque inquid que super celos sunt laudent nomen
domini, et celos celorum si bene intelligimus siderea aereorum
tamquam superiores inferiorum et hos in eodem psalmo accipimus ubi
dictum Laudate eum celi celorum. satis apparet hunc aerem
non solum celum. sed etiam celos dici sicut dicuntur et terre Nec
aliud significatur quam illa que singulariter terra dicitur quando dicimus
orbem terrarum et orbem terre Hos et aereos celos quondam periisse
diluvio in quadam earum que canonice appellantur epistula legimus
Neque enim humida illa natura que ita convaluerat ut cubitis
quindecim altissimorum montium transcenderet vertices potuit ad sidera
pervenire Sed quia huius aeris humidiores in quo aves vo-
litant vel prope tota vel tota spacia compleverat periisse que fuerant
celos in illa epistula scribitur Sed nescio quemadmodum intelligi
possit nisi in aquarum naturam pinguiores huius aeris qualitate
conversa alioquin non perierunt sunt isti celi sed sublimius evecti
sunt cum locum eorum aqua occuparet. Ita quod facilius eos
secundum illius epistule auctoritatem perisse credimus et alios sicut ibi scriptum
repositos extentis vero exalationibus quam sic erectos ut ce-
superioris celi natura loco suo cederet Oportebat itaque ut
conveniendis habitatoribus inferiores huius mundi partes que sepe terre
nomine tota comprehenditur prius producerent ex aquis alia pro ea
vero ex terra quod ita fit vero aqua similis ut eius exhala-
tionibus pinguescens perhibetur et spiritum prebere faciet. i. ventum

16

et nebula concrescat et possit volatus avium sustinere quod utrumque possit etiam si verum dixit quidem preclarus poetarum nubes excedit olimpus et pacem magna tenet quia perhibetur in olimpi vertice aer esse tam tenuis ut neque nubibus obumbretur nec turbetur vento nec sustentare alites possit nec ipsos qui forte ascenderunt homines crassioris aeris spiritu alere sicut in isto aere consueverunt et tamen ipse aer est. Unde aquis vicina qualitate distinguitur. Et propterea ipse quoque in humidam naturam conversus diluvii tempore creditur, neque enim arbitrandum est aliquid de spatiis celi superasse cum omnes etiam altissimos montes aqua transcendit. Et tamen quam de commissione etiam elementorum etiam inter ipsos qui hec curiosa subtilissime perscrutati sunt non parva questio. Alii enim dicunt omnia in omnia posse mutari atque converti. Alii vero esse aliquid omnino proprium singulis perhibent elementis quod in alterius elementi qualitatem nullo modo vertatur. Unde fortasse suo loco si deus voluerit diligentius disputabimus. Nunc autem quod ad presentem sermonem attinet hoc existimavi commemoranda ut si intelligatur servatus esse ordinem rerum quo prius oportuit aquarum alia quam terrarum nata narrare creata. Nec ullo modo arbitrandum est pretermissum esse in hac scriptura nullum mundi huius elementum cum quatuor notissimis eum constare persuasum sit quia videtur hic celum et aquam et terram commemorare de aere autem tacere. Consuetudo quippe nostrarum scripturarum est ante celi et terre nomine mundum appellare aut interdum addere et mare. Aer itaque vel ad celum pertinere intelligitur si qua sunt in eius superioribus partibus tranquillissima et placatissima spatia vel ad terram propter huius turbulentum et caliginosum locum qui humida exhalatione pinguescit quamvis et ipse sepius celi nomine nuncupetur. At per hoc non scriptum est producant aque reptilia animarum vivarum et produxerit aer volatilia volantia super terram sed utrumque hoc animantium genus productum ex aquis esse narratur. Et evidens quod quidquid aquarum sive labitur undosum et fluidum est sive vaporaliter tenuatur atque suspensum ut in reptilibus animarum vivarum hoc in volatilibus appareat distributum utrumque tamen humide nature deputatur. Sunt quoque etiam qui subtilissima consideratione quinque istos manifestissimos corporeos sensus secundum quatuor usitata elementa ita distinguunt ut oculos ad ignem aures ad aerem dicant pertinere. Olfaciendi autem gustandique sensum nature humide attribuunt et olfactum quidem istis exalationibus humidis quibus crassatur hoc spatium in quo aves volitant gustum vero istis fluxibilibus et corpulentis humoribus. Nam quecumque in ore sapiunt ipsius oris humori commiscentur ut sapiant etiam si arida cum accipiuntur fuisse videantur. Ignis tamen

omnia penetrat ut motum in eis faciat. Nam et humor pruinae
caloris congelascit. et cum possint frigescere cetera elementa ignis
frigescere non potest facilius quippe extinguitur nisi ignis non sit quam
frigidus maneat aut sit alicuius frigidi contactu tepidior. Tactus
autem quod est quintus in sensibilibus sensibus terreno elemento magis
congruit unde per totum corpus animantis quod maxime est terra
est quelibet tacta sentiuntur. Dicunt etiam nec videri sine igne esse
posse aliquid nec tangi sine terra. Ac per hoc elementa omnia in
omnibus inesse sed unumquodque ex eorum ex eo quod amplius habet hoc
accepisse vocabulum. Ideo autem caloris privatione cum corpus
nimie frigescit obtundi sensum quia motus pigrescit qui ex ca-
lore inest corpori dum ignis aerem et aer humida et humor terrena
afficit subtilioribus scilicet crassiora penetrantibus. Quanto
autem quodque subtilius est in natura corporali tanto vicinius nature
spirituali. Quamvis longe distante genere quod illud corpus est illud non est.
Ac per hoc quoniam sentire non est corporis sed anime per corpus licet acute
disseratur secundum diversitatem corporeorum elementorum sensus esse corporis
distributos. anima tamen cum vis sentiendi ei sit cum corporea non sit
per subtilius corporis agitat vigorem sentiendi. Inchoat itaque mo-
tum in omnibus sensibus a subtilitate ignis. sed non in omnibus ad
idem pervenit. In visu enim pervenit represso calore usque ad eius
lucem. In auditu usque ad liquidiorem aerem calore ignis penetrat.
In olfactu autem transit aerem purum et pervenit ad humidam ex-
halationem. Unde crassior hec aura subsistit in gustu. et hanc tran-
siens pervenit usque ad humorem corpulentiorem. Quo etiam penetrato
atque traiecto cum ad terrenam gravitatem pervenit tangendi ultimum
sensum agit. Non igitur ignorabat Moyses elementorum eorumque ordinem
quando eum visibilium que intra mundum in elementis nata moventur
in conditione mundi. primo celestia luminaria deinde aquarum animan-
tium terrarum postrema. non quod aerem pretermisit sed quod purissimi
et quietissimi aeris ubi volare aves non posse dicuntur si qua
sunt spatia celo superiori coniunguntur et celi nomine in scripturis
ad superiorem mundi partem pertinere intelliguntur ut terre nomine
ubi hic totum significetur ex quo incipit deorsum usque ignis
grando nix glacies spiritus tempestatis. et omnes abyssi donec
pervenit ad aridam que proprio nomine terra dicitur. Aer itaque ille superior
sive quod ad celestem mundi partem pertinet sive nulla huic visi-
bilem habitatorem designavit in hoc sermone narrantis est neque pretermissa
est celo nominato neque annumeratus est in creaturis animalibus.
ille vero inferior qui excipit exhalationes humidas maris atque
terre et ad sustinendas aves quodammodo crassatur non nisi ex
aqua accipit aliud. Quod enim eius humidum est hoc pertinet

aliarum corpora que ita nituntur pennis volantes quemadmodum pisces
pinnis sive alis natantes. Proinde sicut tamquam spiritus Dei qui
superferenti aderat ex aquis dicit producta volatilia quarum natura biperti-
tum locum sortita est, inferiorem scilicet in unda labili, superiorem vero
in aura flabili: illum deputatum natantibus, istum volatilibus.
Sic hoc elemento congruos etiam duos sensus animalibus datos videmus,
olfactum explorandis vaporibus, gustum explorandis humoribus.
Quod enim ad aquas tactum ventosque sentimus, hoc est quod terra
solida omnibus admiscetur elementis, sed in his crassioribus sentitur amp-
lius, ita ut etiam tangendo contrectari valeant. Ideoque et ista in
duabus maioribus mundi partibus generaliter celi et terre nomine complec-
tuntur. Sic ille psalmus ostendit omnia superiora ab illo principio enu-
merans: Laudate Dominum de celis; omnia vero inferiora ab illo alio principio:
Laudate Dominum de celis; ubi et spiritus tempestatis et omnes abyssi
nominantur et ignis qui urit tangentem. Terra autem extremis et humidis
motibus ita coexistit ut subinde vertatur in aliud elementum, et ignis
nec sic sursum nitendo indidit appetitum in celeste tamen superiorem
tranquillitatem non possit evadere, quia multo aere superatus et in terram
compressus extinguitur. At per hoc in ista rerum parte corruptibiliore atque
pigriore turbulentis motibus agitatur ad temperandum eius rigorem et
ad usus terrenos quoque mortalium. Terra igitur iam tam tactu quam
ad terram ipse pertinet sentiri possit et fluctus undarum et fluctus
aquarum, propterea ipsa quoque aquatilium animalium corpora terrenis repetuntur,
et maxime aves in terra regione similiter fetus quoque propagant. Pars enim
humoris qui vaporatur exalatur et super terras extenditur.
Ideoque cum dixisset scriptura: Educant aque reptilia animarum
vivarum et volatilia inquid super terras addidit secundum dictum firm-
firmamentum celi. In greco plane manifestius apparet id quod
antea videbatur obscurum. Non enim in firmamento celi sicut
luminaribus, sed volatilia inquid super terras secundum firmamentum celi,
quia vero hic caliginosum et humidum spatium in quo aves volitant
ut spatia contiguum est ubi volare non possunt, quia iam merito
tranquillitatis et quietis pertinet ad firmamentum celi. In quo ergo
volant aves, sed in isto quod ille psalmus etiam terre nomine includit.
Propterea quia celum vocantur multis modis volatilia celi, non tamen in
firmamento, sed secundum firmamentum. Nonnulli putant propter
sensus tarditatem alia non animam vivam sed reptilia animarum vivarum
appellata. Sed si propterea sic appellarentur, omnibus daretur nomen
anime vive. Cum vero et ipsa volatilia dicta sunt, sicut illa reptilia,
ut subaudiatur animarum vivarum, fatendum est, ut arbitror, ita
dictum ac si diceretur: que sunt in animalibus vivis reptilia vel vo-
latilia, sicut dici possent ignobiles homines, ut intelligeremus quicumque
sunt in hominibus ignobiles. Quamquam enim sunt et animalia terrestria

que repit super terram. terrene ex multo maiore numero pedibus moventur
et tam pauca fortasse in terris repunt quam pauca in aquis gradiuntur
Nonnulli autem putaverunt propterea non animam vivam sed reptilia anima[rum]
vivarum pisces esse appellatos quod eis memoria nulla sit nec alia vita
velud rationi vicinior sed fallit eos experientia minor Nam quidam
scripserunt que animadvertere potuerunt in vivariis piscium multa mirabilia
sed forte si falsa scripserunt memoriam tamen pisces habere certissimum est
quod ipse sum expertus et experiuntur qui possunt et volunt Nam quidam
fons magnus bullensium regionum sed plenus est piscium Solent
autem homines desuper intuentes eis aliquid iactare quod vel praeripiant concurren-
tes vel inter se diripiant contextantes. Uno pastu assueti de-
ambulantibus circa fontis hominibus simul pisces quoque cum eis congregati
natando eunt et redeunt expectantes unde aliquid iactent quorum
presentiam senserint Non itaque frustra michi videtur aquarum animalia
sic appellata reptilia quemadmodum aves volatilia Nam si vel nulla
memoria vel sensus tardior anime vive nomen repulisset a piscibus
volatilibus certe adhibetur quorum vita in oculis et memoria Garrula
12 et in nidis construendis educandisque fetibus solertissima. Nec
ignoro quosdam philosophos sua cuique elementis distribuisse animalia
in[de] terrena esse dixisse non tantum que in terra repunt atque gradiuntur
sed aves etiam quod et ipse in terra requiescant volando fatigate
Aerea vero animalia demones esse celestia deos quorum quedam nos
partim luminaria partim angelos dicimus Iidem tamen aquis pisces et
similia genera beluas attribuunt ne ullum elementum suis animalibus
vacet Tamquam vero sub aquis terra non sit aut probare possit pisces
non in ea requiescere aut reparare natandi vires sicut volandi aves
Et forte rarius pisces id faciunt quod ad gestanda corpora sit unda
quam aura validior ita ut terrena quoque animalia natantia faciat
sine usu data ut homines sed non nisi quadrupedia vel serpentes
aut si propterea non putant quia non insunt piscibus pedes nec
vituli marini nec forte aquarum sunt, nec coluber testudinesque terrarum
Nam et ille pedes. Sunt et hiis genera sine ullis pedibus non dico re-
quiescunt in terra sed a terra vix aut nunquam recedunt Dracones
autem sine pedibus et in speluncis requiescere. et in aere sustolli per-
hibentur qui quamquam non facile noti sint tamen non tantum nostre
sed etiam gentilium nequaquam historie animantium genus tacuerunt/
13 Una propter et per demones aerea sunt animalia. quia corporum aereorum
non vigent et propterea non dissolvuntur quia in eis elementum sit
quod ad faciendum est quam ad patiendum aptius Duobus subpo-
sitis aqua scilicet et terra uno autem superposito i. igne sicco distri-
buuntur enim elementa ad patiendum duo humor et humus. ad
faciendum autem alia duo aer et ignis Si hec igitur ita sunt non im-
pedit illa distinctio nostram scripturam que non exacere sed exequis

producta indicat volatilia. quia subtilioris quidem et in aquas exhala-
tu atque distenti. sed tamen humoris locus volatilibus datus est aer
autem communione nostri celi usque ad aquarum fluida et nubila terrarum pervenit
Non tamen totum spatium eius exhalationes humide infestant sed
usque ad eum finem unde incipit etiam terra nominari secundum illud psalmi cum
ubi dicitur Laudate dominum de terra. Superior vero pars aeris propter puram tranquillitatem
celo cum connumeratur qui parte coniungitur et eius vocabulo nuncupatur
in qua fortassis parte si fuerunt ante transgressionem suam transgressores
angeli cum principe suo nunc diabolo tunc archangelo Nam nonnulli
non eos putant celestes angelos fuisse non inferiorum sed post peccatum
in istam sunt detrusi caliginem ubi tamen et aer est et humore te-
nui contexitur qui commotus ventos et vehementius concitatus et ignes
ac tonitrua et contractus nubila et conspissatus pluviam et congelantibus
nebulis nivem et turbulentius congelantibus densioribus nubibus grandinem
et distentus serenum facit occultis imperiis et opere dei a summis ad infi-
ma universaque creantis administratus Unde in illo psalmo cum commemorata
essent ignis grando nix glacies spiritus tempestatis ne ulla sine divina
providentia fieri vel moveri putarentur continuo subiecit. Que faciunt verbum
eius Si autem transgressores illi antequam transgrederentur celestia corpora
gerebant. neque hoc mirum est si conversa sunt ex pena in aeream qua-
litatem ut iam possint ab igne id est ab elemento nature superioris aliquid
pati Nec aeris saltem spatia superiora atque puriora. sed ista caligi-
nosa tenere permissi sunt que eis pro suo genere quidam quasi carcer est usque
ad tempus iudicii Et si quid de his transgressoribus angelis diligentius
requirendum est alius erit accommodatior scripture locus. Nunc quod
satis est si hec spatia turbida et procellosa propter aeris naturam nam usque ad
undas terrasque porrecta possunt aeria corpora sustinere possunt et
avium que producta sunt ex aquis propter tenues aquarum halitus quibus se
eidem aeri inspersa undas et terras circumfuso atque obsito infime al-
tem parti spiritu vaporali inseruntur auras interponit que no-
cturnis rigoribus aggregate sereno etiam rore distillant. si autem ve-
hementius frigus est etiam gelu candidante inalbescunt Et 1 g
Dixit deus educat terra animam secundum genus quadrupedia et
reptilia et bestias et pecora secundum genus Et factum est sic
Et fecit deus bestias terre secundum genus et pecora secundum genus
et omnia reptilia secundum genus et vidit deus quia bona sunt Ip-
sam nunc quia erat ut alteram partem que superest terra dicitur infimi loci
quam totum cum omnibus abissis et nebuloso aere universali vocabulo
terre alibi scriptura complectitur ornat animalibus suis Et manife-
sta quidem sunt animalium genera que in verbo dei terra produxit sed quia
sepe nomine pecorum vel nomine bestiarum animalia omnia rationis
expertia solent intelligi merito querit quis quas nunc proprie bestias

et que pecora dicat. Et reptilia quidem sine repetita terrena non est dubi-
tandum quod omnes serpentes intelligi voluit quamquam et bestie dici possint
pecorum autem nomen usitate serpentibus convenit. Rursus leonibus et pardis
et tigridibus et lupis et vulpibus canibus etiam et simiis atque id genus
ceteris usitate convenit vocabulum bestiarum. pecorum autem nomen hiis animalibus
accommodatius aptari solet que sunt in usu hominum sive adiuvandis labori-
bus ut boves et equi. et si qua talia sunt sive ad lanificium vel ad vescendum
sicut oves et sues. Quid ergo sunt quadrupedia quamquam enim hec omnia
preter quedam hec serpentia quatuor pedibus gradiuntur nisi tamen
hoc nomine proprie quedam vellet intelligi non utique hic etiam quadru-
pedia nominaret quamvis de hiis in repeticione taceat. an enim et
damule onagri et apri. quia neque illis bestiis sicut leones sunt
iungi possunt similes enim sunt illis pecoribus. neque tamen cu-
ra humana sunt proprie quadrupedia nuncupata sunt quasi reliqua
essent hec animalia quibus illa generalis quedam appellacio etiam numeri
partium pedum. Sed tamen speciali significacione fungeretur. An quia
ter dixit secundum genus, tria quedam genera nos invitat attendere
primo secundum genus quadrupedia et reptilia nisi arbitror significata
que quadrupedia dixit id est que in genere sunt reptilia sicut sunt
lacerte stelliones. et si quid huius est. Ideoque in repeticione quadru-
pedum nomen non iterat quia reptilia vocabula complexus est
unde ibi non simpliciter ait reptilia. sed addit omnia reptilia terre.
ideo terre quia sunt et aquarum. et ideo omnia ut intelligantur que
quatuor etiam pedibus nituntur que superius quadrupedum nomine
proprie signata sunt bestias autem de quibus iterum ait secundum genus
quicquid ore aut etiam unguibus sevit exceptis serpentibus pecora
vero de quibus tercio ait secundum genus que nentra in lacerant
sed cum cornibus aut nec hoc quidem. Proximum enim et quadrupedum
nomine vera facile agnosci et nomine pecorum vel bestiarum omne
irrationabile animal aliquando comprehendi. Sed etiam ferarum
vocabulum sic communi in latina lingwa valet. non tamen ideo
negligenda consideratio est quid possint hec nomina que non frustra
in hiis scripturarum loco posita sunt. et speciali distinccione distin-
gui in usu loquendi cottidiano facile animadverti potest. / Non
17 frustra etiam querunt mos utrum ne passim et quasi fortui-
tu ac sine re dicatur secundum genus tametsi sint. et antea
tum primo cetera narraverit. an vero eorum in superioribus
temporibus intelligendum est utique originalibus secundum quas continentur
mensuris. sed si ita esset, et de luce ac celo, et de aquis ac terris, et
de celi luminaribus diceretur. Quid enim eorum est cuius non etiam
eterna incommutabilis racio in ipsa dei sapiencia vigeat que attingit

a fine usque ad finem fortiter. et disponit omnia suaviter. Incipit autem
fieri dici de herbis et lignis usque ad terrena animantia Nam et in eis
que ex aquis creata sunt. et quamvis in prima commemoratione dictum non
sit Et fecit deus cetos magnos et omnem animam animalium reptilium que
eduxerunt aque secundum genus eorum. et omne volatile pennatum
secundum genus An quia non exorta sunt ita nisi ex eis alia na-
scentium et originis formam successione servarent. ideo dictum est secundum
genus propter propagationem plus quam prima creata habebantur Sed cur
de lignis et herbis non solum dictum est secundum genus. sed et secundum
similitudinem suam generent An quia genus sequitur similitudo vult
eam iterum repetere Nam et semen non ubique reperitur cum
tam herbis et lignis insit quam animalibus. et si non in omnibus
observat est enim quedam ita nasci ex aquis vel terra nisi semen
eis nullum sit Et ideo semen eorum non sit in eis. sed in elementis
ex quibus oriuntur Hoc est ergo secundum genus ubi et seminum vis
et similitudo intelligitur succedentium decedentibus quia nichil eorum
ita creatum est nisi semel existeret vel permanendo vel in
nullo succedente decessurum Cur ergo et de homine ita dictum est
faciamus hominem ad ymaginem nostram et similitudinem secundum genus
cum et hominis propagatio manifesta sit. An quia non ita deus
fecerat hominem nisi moreretur. sed preceptum servare voluisset
et ideo non erat necessarius decessori successor Sed post
peccatum comparatus est pecoribus insensatis et similis factus est eis
ut iam filii seculi huius generent et generentur in quo possit mortalium
genus servata propagatione subsistere Quid ergo sibi vult post hominem
factum illa benedictio crescite et multiplicamini et implete terram. quod
generando utique fieri posset An nichil hic temere dicendum est. donec
ad eum scripture locum perveniamus. ubi diligentius ista perquirenda
requirenda atque tractanda sunt. Sit enim fortasse nunc sufficere
propterea de homine non dictum est secundum genus. quia unus fiebat
de quo etiam femina facta est Non enim multa genera hominum sicut
herbarum lignorum piscium volatilium serpentium pecorum bestiarum ut sit
dictum accipiamus secundum genus Ac per hoc dicuntur generati ut velut per
similia atque ad unam originem seminis pertinentia distinguerentur
accidit Item queritur quid sibi velit aquarum animalia dedicatione muneris
ut sola benedicerentur sicut homines Nam et ipsa benedixit deus dicens
Crescite et multiplicamini et implete aquas maris et volatilia multi-
plicentur super terram An in uno creature genere dictum fuit nisi in ceteris
consequenter ut intelligeretur que generando crescunt Primum ergo
dicitur in eo quod primum tale creatum est in herba atque ligno sed
an forte que nullum habent propagande plus affectum At in me nullo

sibi generarent indigna iudicarent illis benedictionibus ubi dictum est crescite et
multiplicamini nisi quia talis messis accessit primum in hominibus dixit nisi in ce-
teris animalibus etiam non dictum intelligetur Neutrum quod fuit hic
in homine repetere ne quisquam diceret in officio gignendi filios ullum
esse peccatum sicut est in libidine sive fornicandi vel preter ipso coniugio immo-
deratius abutendi Non nulla etiam de quibusdam minutissimis
animalibus questio est utrum in primis rerum conditionibus creata
sint an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus Nam pleraque
eorum aut de humorum corporum vivorum vitiis vel purgamentis vel exhala-
tionibus aut cadaverum tabe gignuntur Quedam etiam de corrup-
tione lignorum et herbarum quedam de corruptionibus fructuum quorum
omnium non possumus recte dicere deum non esse creatorem Inest enim
omnibus quoddam nature sue generis decus ita ut in hiis maior sit
admiratio bene considerantibus et laus uberior omnipotentis artificis
qui omnia in sapientia fecit qui a fine usque ad finem pertendens
et suaviter cuncta disponens nec ea ipsa rerum novissima que
pro sui generis ordine dissolvuntur et quorum dissolutionem ex pena
mortalitatis horremus relinquit informia sed creat minima corpora
acuta sensu animantia ut maiore attentione stupeamus agilitatem
musce volitantis quam magnitudinem iumenti gradientis ampliusque
miremur opera formicularum quam onera camelorum Sed utrum
in primis ut dixi rerum conditionibus que isto sex dierum or-
dine creata narrantur hec quoque minima instituta credamus
an postea consequentibus corruptibilium corporum solutionibus et hec questio
Et possumus quidem dicere ea minutissima que de aquis vel terris ori-
untur esse creata in quibus etiam illa non absurde intelliguntur
que nascuntur ex hiis que terra germinante orta sunt et quia
precesserant conditionem non solum animalium sed etiam luminarium et
quia terre continuantur predictum germinationem Unde illo die quo
apparuit arida exorta sunt nisi potius ad supplementum habitationis
quam ad numerum habitatorum pertinere intelligentur Cetera vero que ab
animalium gignuntur corporibus et maxime mortuorum absurdis-
simum est dicere tunc creata cum animalia ipsa creata sunt nisi quia inerat
iam omnibus animatis corporibus vis quedam naturalis et quasi
preseminata materia et quodam modo liciata primordia futurorum
animalium que de corruptionibus talium corporum pro suo quoque
genere ac differentiis erant exortura per administrationem ineffabi-
lem omnia moventis incommutabili creatore / De quibusdam quoque
animalibus venenosis et perniciosis queri solet utrum post peccatum hominis
ad vindictam creata sint an potius cum creata essent innoxia

non n[isi] p[e]cc[at]a peccatoribus nocere ceperunt. Neque h[oc] mirum est qui quidem
etiam temporibus hiis tam laboriose atque erumpnose cum sit ne-
mo ita insignis ut perfectum se audeat dicere fidelis attestante apostolo
et dicente: non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. Cumque
ad hoc extende atque infirmitate perficiende virtuti necesse sit temp-
tationes et molestie corporales eodem rursus apostolo manifestante qui
ait: Et in magnitudine revelationum ne extollerer datum est michi
stimulum carnis angelum sathane qui eum colaphizaret rogatque
apostolus dominum ter ut discederet ab eo audivisse et sufficit tibi gratia
mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Tamen et sanctus Daniel inter
leones salvus atque intrepidus inventus qui non utique deo mentiens
in oratione non tantum peccata populi sed etiam sua fatetur et in ipsius
apostoli manum mortifera vipera inhesit nec lesit. Potuit ergo ista
etiam creatura nichil nocere si causa non extitisset vel crescendorum premi-
orumque meritorum vel probande perficiende que virtutis. quia et extra
sunt demonstranda patientie ad profectum ceterorum. et ipse sibi homo
in temptationibus eius innotesceret et iuste salus illa perpetua que
turpiter amissa est propria voluntate fortius recipiatur per dolorem.
Dicet aliquis: cur ergo impie et bestie nocent quibus nec peccata 19
ulla sunt nec vindicta illa datatur nec ullam recipiunt tali
exercitione virtutem. Ideo nimirum quia per hoc alie sunt aliarum
nec recte possumus dicere non esse alie quibus alie vescantur
sunt enim omnia gradatim sunt inferiora in ordines suos que
cuncta vero considerata laudantur nec sine occulta provisione mo-
derationis pulchritudinis temporalis etiam ex alio modo aliud consumendo
mutantur. Quod et si stultis latet sublucet proficientibus clariusque
perfectis est. Et certe omnibus talibus inferioris creature motibus prebentur
hominum salubres admonitiones ut videat quantum sibi satagendum
sit pro salute spirituali et sempiterna qua omnibus irrationabilibus anima-
libus antecellit cum illa videat omnes usque elephantes usque
ad minimos vermiculos pro salute corporali et temporali quam pro sui generis
inferiore ordinatione sunt sortita sive resistendo sive timendo agere
quicquid valent. Quod videmus apperte in istis cum quedam resistunt
corporis sui ex aliorum corporibus querunt alia semel repugnantibus
vel fuge presidio vel latebrarum munitione tuentur. Nam
et ipse corporis dolor in quolibet animante magna et mirabilis
est vis anime que illum compage ineffabili permixtione vitaliter
continet et in quedam sui moduli redigit unitate cum eum non indifferenter
sed ut ita dicam indignanter patitur corrumpi atque dissolvi. Illud etiam 20
etiam fortasse aliquem moveat: cur alia nocia vivos homines
aut penaliter ledunt aut salubriter exercent aut utiliter probent

Aut ignorant aut oderunt cur bestias suas dilaniant et corpora hominum
mortuorum quasi vero quantum inest ad magnam utilitatem ista caro
iam exanimis in nostre prouida secta per quos susstus erat. Vide
mirabili omnipotentis creatoris reformanda ... sentiatur quoniam
et sunt fiat quedam prudentibus admonitio ne se ita concedat fi
deli creatori omnia maxima et minima occulto nutu administranti
cui nostri etiam capilli numerati sunt ne propter inanes curas ex ani
torum corporum suorum illa genera mortium perhorrescunt. Sed pie
fortitudinis nervos ad omnia preparare non dubitet. Talis etiam
questio de tribulis et spinis solet aboriri et de quibusdam
lignis infructuosis vel cur vel quando creata vel creata sunt cum
deus dixit producat terra herbam pabuli seminante semen et lignum
fructiferum faciens fructum. Sed qui ita movetur non intelli
gunt saltem dum probatur formulis humanam iuris quemadmodum
appellatur usus fructus utilitas cum quedam fructuum i. frumentorum fru
ctus nomine considerantur. Cernant autem utilitates sunt sive mani
feste sive occulte omnesque terra gignens radicitus. Alit et ipsi
quedam intueantur ab expertis certa inquirat et de spinis quidem
aut tribulis absolutior posse esse. Quo quia post peccatum dictum
est homini de terra spinas et tribulos pariet tibi. Nec tamen facile
dicendum est tunc cepisse oriri ex terra. Fortasse enim quoniam in ipsis quorum
generibus seminum multe reperiuntur utilitates poterant habere locum
sine ulla pena hominis. sed ut in agris in quibus iam
penaliter laborabat etiam ista nascerentur ad cumulum pene va
le credi credi posset. Cum possent alibi nasci vel avium cum
pecorum quoque pastus et ad proprium hominum aliquos usus. Certa quidem
et ille sensus non abhorreret ab his verbis quod intelligatur dictum spinas
et tribulos pariet tibi. Ut hoc etiam terra pariens non tamen homini
pereat ad laborem. Sed quamquam nominalibus esientem cibum
Sunt enim que herbis quibus et mollioribus et aridioribus
quemadmodum ... nectaria tunc ac cepit illa homini parere ad erump
nosum negocium tamen post peccatum cepit in terra laborare non
quod aliis locis haud antea nascerentur. et post in agris quos
homo ad capiendas fruges colleret. sed et primis et pereca
in ceteris locis sunt tamen non homini prius a homini sig
nificatum quod additur est tibi. quia non est dictum spinas et tribulos
pariet. sed pariet tibi id est iam ista nasci incipiant ad la
borem que ad pastum aliis tamen modo animalibus antea na
scebantur. Et dixit deus faciamus hominem ad ymaginem

et similitudinem nostram. et dominetur piscium maris et volatilibus celi et omni
pecori et omnis terre et omni reptili quod repentur super terram Et fecit deus
hominem ad ymaginem dei. fecit enim masculum et feminam fecit eos Et
benedixit eos dicens. crescite et multiplicamini et replete terram et do-
minamini eius et principamini piscibus maris et volatilibus celi et omni pecori
et omnis terre et omni reptili repentem super terram Et dixit deus Ecce
dedi vobis omne pabulum seminale seminans semen. quod est super
omnem terram. et omne lignum quod habet in se fructum seminis se-
minalis vobis erit ad escam et omnibus bestiis terre et omnibus vola-
tilibus celi et omni reptili repenti super terram quod habet in se
ipsum vite et omne pabulum viride in escam et factum est sic
et omnia que fecit et erat bona valde Et facta est vespera Et
factum est mane dies sextus. Et iam atque etiam de natura
hominis post erit uberius considerandi et diligentius discutiendi locus
Nunc autem ut opera vi dierum nostro ingeniolo pertractata concludamus
hoc breviter commemorandum dicimus non indifferenter accipiendum quod cum
aliis operibus dicitur Dixit deus fiat Hic autem dixit deus
faciamus hominem ad ymaginem et ad similitudinem nostram Admi-
randam scilicet non ita dictam pluralitatem personarum patris scilicet et filii
et spiritus sancti Cuius tamen deitatis unitatem esse intelligendam
statim admonet dicens Et fecit deus hominem ad ymaginem dei non
quasi pater ad ymaginem filii aut filius ad ymaginem patris alioquin non
vere dictum est ad ymaginem nostram. sed ad patris solius aut ad
filii solius ymaginem factus est homo Sed ita dictum fecit deus
ad ymaginem suam tamquam autem nunc dictum est ad ymaginem dei cum
superius dictum sit ad ymaginem nostram significatur quod non id agat
illa pluralitas personarum nisi plures deos vel dicamus vel cre-
damus vel intelligamus. sed patrem et filium et spiritum sanctum propter
trinitatem dictum est ad ymaginem nostram unum deum accipiamus propter
quod dictum est ad ymaginem dei Hic etiam illud non est pretereundum
quia cum dixisset ad ymaginem nostram statim subiunxit et habeat
potestatem piscium maris et volatilium celi et ceterorum animalium rationis
expertium videlicet ut intelligamus in eo factum hominem ad ymaginem dei
in quo irrationabilibus animantibus antecellit Id autem est ipsa ratio
vel mens vel intelligentia vel si quo alio vocabulo commodius appel-
latur Unde et apostolus dicit Renovamini spiritu mentis vestre et induite
novum hominem qui renovatur in agnitionem dei secundum ymaginem
eius qui creavit eum Satis ostendens ubi sit homo creatus ad
ymaginem dei quia non in corporis lineamentis. sed forma quadam
intelligibili mentis illuminate At per hoc si et in illa prima
luce si eo nomine recte intelligitur facta lux intelligibilis parti-
ceps eterne atque incommutabilis sapientie dei non est dictum Et
sic est factum. ut iterum diceretur. et fecit deus. quia sicut
iam commemoravimus differentiam non fiebat cognitio autem ubi dei

in prima creatura nisi post eam cognitionem rursus dicitur que in eo
verbo creabatur lux in qua fieret cognitio verbi dei per quod creabatur
atque illa cognitio illi esset ab informitate sua conversio ad formantem
deum et creari atque formari postea vero in ceteris creaturis dicitur
et sic est factum ubi significatur in illa luce id est in intelligibili creatura
prius facta verbi cognitio Ac deinde cum dicitur Et fecit deus ipsius
creature genus fieri demonstratur quod in verbo dei dictum erat
ut fieret hic. et in hominis condicione formatur dixit enim deus
faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram etc. Ac
deinde non dicitur Et sic est factum Sed iam subinfertur Et fecit
deus hominem ad ymaginem dei. quia et ipsa natura scilicet et intelli-
gibilis est sicut illa lux. et propterea hoc est ei fieri quod est agnoscere
verbum dei per quod fit Nam et si diceretur. et sic est factum
et postea subinferretur. et fecit deus quasi post factum intelligeretur
in cognitione rationalis creature ac deinde in aliqua creatura que rationalis
non esset Quia vero et ipsa rationalis creatura est et ipsa eadem
agnitione perficienda est Sicut enim post lapsum peccati homo in agni-
tione dei renovatur secundum ymaginem eius qui creavit eum
ita et in ipsa agnitione creatus est antequam delicto veteresceret
Unde rursus in eadem agnitione renovaretur Que autem non in ea
cognitione creata sunt quia sive corpora sive irrationales anime crea-
bantur Primo facta est in creatura intelligibili cognitio eorum
de verbo quo dictum est ut fierent propter quam cognitionem primo
dicebatur. et sic est factum ut ostenderetur facta ipsa cognitio
in ea natura que hec in verbo dei antequam fierent cognovit Et patebat
Ac deinde fiebant ipse corporales et irrationales creature propter quod
deinceps addebatur Et fecit deus   Quomodo autem hoc immor-
talis factus sit. et acceperit ad escam cum aliis animalibus herbam
pabuli seminantem semen et lignum fructiferum et herbam viridem dif-
ficile est dicere Si enim peccato mortalis effectus est. utique ante
peccatum non indigebat talibus cibis Neque enim posset corpus illud
fame corrumpi Nam illud quod dictum est Crescite et multiplicamini
et replete terram quamquam nisi per concubitum maris et femine
fieri non posse videatur Unde hinc quoque mortalium corporum extitit
inditium potest tamen dici alium modum esse etiam potuisse in corporibus
immortalibus nisi solo pie caritatis affectu nulla corruptionis
concupiscentia filii nascerentur. nec mortuis parentibus successuri nec
ipsi morituri donec terra immortalibus hominibus impleretur Ac sic
instituto iusto et sancto populo qualem post resurrectionem futurum
credimus nascendi etiam modus fieret Potest, quid dici et quomodo
dicatur alia consideratio est. sed non etiam hoc quisquam dicere audebit
ciborum indigentiam quibus reficiebantur nisi mortalibus

corporibus esse posse Nonnulli etiam suspicati sunt tunc interiorem
hominem factum corpus autem hominis postea cum ait scriptura Et finxit
deus hominem de limo terre · ut quod dictum est · fecit ad spiritum pertineat
· quod autem finxit ad corpus Nec attendunt masculum et feminam non
nisi secundum corpus fieri potuisse licet enim subtilissime disseratur
ipsam hominis mentem in qua factus est ad ymaginem dei quandam
racionalem · vitam distribui in eterne contemplacionis veritate et in rerum
temporalium administracionem atque ita fieri · et masculum et feminam illa
parte consulente hac obtemperante In hac tamen distribucione · non recte
dicitur ymago dei nisi illud quod inheret contemplande incommutabili
veritati In cuius rei figura Paulus apostolus virum tantum dicit ymaginem
et gloriam dei Mulier autem inquit gloria viri Itaque quamvis hoc in duobus
hominibus diversi sexus exterius secundum corpus figuratum sit quod etiam
in una hominis interius mente intelligitur · tamen femina que corpore femina
est renovatur etiam ipsa in spiritu mentis sue in agnicione dei secundum
ymaginem eius qui creavit ubi non est masculus et femina Sicut
autem ab hac gratia renovacionis et reformacionis ymaginis dei
non separantur femine quamvis in sexu corporis earum aliud figuratum
sit propter quod vir solus dicitur esse ymago et gloria dei sic et in ipsa
prima condicione hominis secundum id quod et femina homo erat
habebat utique mentem suam eandemque racionem secundum quam ipsa
quoque facta est ad ymaginem dei · Sed propter unitatem coniunctionis fecit
inquit deus hominem ad ymaginem Ac ne quisquam solum spiritum
hominis factum · quamvis secundum solum spiritum fieret ad ymaginem
dei fecit illum inquit masculum et feminam ut iam etiam corpus
factum intelligatur Rursus ne quisquam arbitraretur ita factum
ut in homine singulari uterque sexus exprimeretur sicut interdum na-
scuntur quos androgynos vocant ostendit se singularem numerum propter coniun-
ctionis unitatem posuisse Et quia de viro mulier facta est · sicut postea
manifestabitur · cum id quod breviter dictum est diligencius explicabitur
et ideo pluralem numerum continuo subiecit dicens · fecit eos et benedixit
eos Sed ut iam dixi diligencius in consequenti scriptura de hominis
factione requiremus Nunc advertendum est quod postea quam dixit
et sic est factum statim subiecit · et vidit deus omnia que fecit
et ecce bona valde non intelligitur potestas et facultas ipsa data
nature humane sumendi ad escam pabulum agri · et fructus
ad hec enim intulit Et sic est factum · quod ab illo loco inchoaverat
ubi ait · et dixit deus Ecce dedi vobis pabulum seminale etc.
Nam et si ad omnia que supra dicta sunt retulerimus quod ait
et sic est factum · quis erit ut fateamur etiam crevisse illos iam
et multiplicatos implevisse terram in eo sexto die quod eadem
scriptura testante post multos annos factum invenimus Quapropter

tum data esset hec facultas edendi et hoc deo dicente homo cognovisset
dictum et sic est factum In hac utique quod deo illo dicente homo cognovit
Nam si id etiam tunc egisset i. inceptam illa que data sunt
etiam de secundo assumpsisset servaretur illa consuetudo scripture
nisi post ea quam dictum est Et sic est factum. quod ad eorum
precedente cognitionem pertinet deinde inferretur etiam ipsa opera
ac si diceretur et acceperunt et ederunt Potuit enim ita dici
etiam si non rursus nominaret deus sicut in illo loco post ea
quam dictum est et congregetur aqua que est sub celo in congregationem
et appareat arida subinfertur et sic est factum Ac deinde non
dicitur et fecit deus sed tamen repetitur ita et congregata est
aqua in congregationes suas etc. Quod autem non singillatim
nisi in ceteris etiam de humana creatura dixit. et vidit deus
quia bonum est. sed post hominem factum datamque illi potestatem vel
dominandi vel edendi subintulit de omnibus et vidit deus omnia
que fecit, et ecce bona valde, multo queri potest. Potuit enim
primo homini singillatim ceteris que antea facta sunt redditum est
tum deinde de omnibus dici que fecit deus Et ecce bona valde
An forte quia vi° die perficiuntur omnia propterea de omnibus dici fuit
Vidit deus omnia que fecit et ecce bona valde. non singillatim
de hiis que ipso die facta sunt Cur ergo et de pecoribus et bestiis
et reptilibus terre dictum est que ad eundem diem sextum pertinet
nisi forte illa et singillatim in suo genere et tamen ceteris universaliter
dici bona meruerunt et homo factus ad ymaginem dei non nisi
cum ceteris hoc dici meruit An quia perfectus nondum erat quia
nondum erat in paradiso constitutus Quasi vero postea quam in
constitutus est dictum sit quod hic pretermissum est Quid ergo dicemus
Nisi quia presciebat deus hominem peccaturum nec in sue ymaginis per-
fectione mansurum, non singillatim sed cum ceteris eum dicere voluit
bonum intimans quid esset futurum quia cum ea que facta sunt
quantum acceperunt manent sicut illa que non peccaverunt vel illa que
peccare non possunt et singula bona in universo omnia bona valde sunt
Non enim frustra additum est valde quia et corporis membra si et
singula pulchra sunt multo sunt tamen in universi corporis com-
page omnia pulchriora Nam oculum verbi gratia placitum atque laudatum
tamen si separatum a corpore videremus non diceremus tam pulchrum
quam in illa connexione membrorum eo loco suo positus in universo
cernitur Ea vero que peccando amittunt decus proprium nullo modo
tamen efficiunt ut non ipsa etiam recte ordinata cum toto atque universo
bona sint. homo igitur ante peccatum et in suo genere utique
bonus erat sed scriptura preripuit hoc dicere ut illud potius diceret
quod futurum aliquid premonstraret Non enim falsum de illo dictum
est quia etsi singillatim bonus est magis utique cum omnibus bonus

est Non autem quando cum omnibus bonis sequitur etiam ut singillatim
bonum sit Moderatum est itaque ut id diceretur quod in parte verum
esset et propria signaret sententia. Deus enim rerum optimus conditor crea-
turarum vero iustissimus ordinator est, ut etiam si qua singillatim
fiunt delinquendo deformia, semper tamen cum eis universitas pulchra
sit. Sed iam ea que sequuntur in sequenti volumine pertractemus. Incipit liber quartus

Et consummata sunt celum et terra et omnis
ornatus eorum Et consummavit deus in die sexto opera sua que
fecit et requievit deus in die septimo ab omnibus operibus
suis que fecit Et benedixit deus diem septimum et sanctificavit
eum quia in ipso requievit ab omnibus operibus suis que inchoavit deus
facere Arduum quidem atque difficillimum est viribus intentionis nostre
voluntate scriptoris in istis sex diebus aciem mentis penetrare utrum
perficerentur dies illi et addito die septimo nunc per volumina temporum non rebus
nomine repetantur In toto enim tempore multi dies veniunt istis similes
nullus autem eis redit Utrum ergo perierint dies illi cum istis quorum
vocabulis et numero censentur in temporum ordine cotidie transeuntibus
illi in ipsis rerum conditionibus maneant nisi non solum in illis tribus
diei nomine intelligamus in specie rei que facta est noctemque eius
in privatione vel defectu vel si quo alio nomine melius significatur
committitur proprius a mutatione a forma ad informitatem declinante atque
vergente que inest in omni creatura sive possibilitate inest etsi
sit defectus sic in celestibus superioribus sunt ad implendam in
inferioribus rebus pulchritudinem temporalem per ordinatas vices quorumque
mutabilium decessionibus successionibusque peraguntur sicut in
rebus terrenis atque mortalibus vespera vera in omnibus perfecte
conditione quasi terminus quidam sit Mane autem incipiens exor-
dium Omnis enim natura facta certis suis initiis et finibus
concluditur indagare difficile est Sed sive hoc sive illud sive
aliquid etiam aliud probabilius quod dicatur possit inveniri quod
in progressu disputationis forsitan apparebit quemadmodum in illis
diebus et mane et vespera intelligatur et mane non est tamen
absurde ut consideremus senarium numerum perfectionem in ipsa interiore natura
ac mentem intueamur eaque sensibus etiam corporis
adiacent inveniamus in nostris dispositionibus. Invenimus ergo sena-
rium numerum primum esse perfectum ea ratione quod suis partibus compleatur
Sunt et enim et alii numeri alias causas suis rationibus et perfecti.
Sed istum senarium ea ratione perfectum diximus quod suis partibus
compleatur talibus dumtaxat partibus que multiplicitate sui
consummare eum eius partes sunt. Talis enim pars numeri dicitur que
quota sit Nam ternarius numerus potest dici pars non tamen senarii
eius dimidia est sed omnium amphorarum cum est ipse ternarius Nam

et quaternarii et quinarii pars maior ternarius est. pars enim dimidii et qui-
narius in tertia et unum. et quinarius in tertia et duo. et septenarii et octo-
narii et novenarii. et quidquid est ultra minorem non maior vel dimi-
dia sed minor. Nam septenarius quoque dimidii pars in tertia et quatuor
octonarius in tertia et quinque et novenarius in tertia et sex sed nullius
horum pars dici ternarius quota sit pars nisi tamen novenarii cuius pars
tertia est sicut senarii dimidia. itaque horum omnium quos commemoravimus
nullus eorum consummatur ex ternariis nisi senarius et novenarius. Nam
ille constat ex duobus ternariis iste autem ex tribus. Senarius ergo
numerus ut dicere ceperam quotis partibus suis computatis et in summam ductis
et in se completur. alii namque sunt numeri quorum partes simul ducte
minorem summam faciunt. Alii vero ampliorem. Alii autem in valore videlicet
pauciores inveniuntur qui suis partibus compleantur quarum summa
citra nec stat nec ultra extrestat, sed ad tantum occurrit quantum est
ipse numerus cuius partes sunt. Horum primus senarius est. Nam unus
in primis nulle sunt partes. Dico enim dici unum in numeris quibus
numeramus non habeat et dimidium vel aliquam partem sed vere ac
pure et simpliciter unus. De duobus autem pars unum est et ea dimidia
nec ulla alia. ternarius vero duas habet unam que dici possit quota
sit, id est duo. Nec huius ergo partes computari possunt ille de quibus
agimus, id est que dici possunt quote sint parva. quaternarius duas
habet duas tales. Nam unum quarta huius eius est duo dimidia
sed ambe in summam ducte id est unum et duo simul ternarium faciunt
et non quaternarium. Non ergo eum complent in partes eius quia
in minore summa consistunt. quinarius non habet talem nisi unam
partem id est ipsum unum que quinta pars eius est. Namque duo quamvis
pars eius minor sit et tria maior neutra tamen earum dici potest
quota pars eius sit. senarius vero tres partes tales habet sextam
tertiam dimidiam. sexta eius unum est, tertia duo, dimidia tria.
Hee autem partes in summam ducte id est unum et duo et tria simul eundem
consummant perficiuntque senarium. Nam septenarius non habet talem partem
nisi septimam quod est unum. Octonarius tres octavam quartam di-
midiam id est unum et duo et quatuor sed hee simul ducte septenarium
faciunt infra consistentes. non ergo complent eundem octonarium. No-
venarius duas habet nonam quod est unum et tertiam quod est tria hee autem
simul connumerate faciunt longe novenario minorem. Denarius tres
habet tales partes unum decimam duo quintam quinque dimidiam. Cum
unum plus ducti ad octonarium perveniunt non ad denarium. Undenarius
non habet nisi solum undecimam sicut septenarius septimam solam
et quinarius solam quintam. et ternarius solam tertiam. et binarius
solam dimidiam quod in omnibus unum est. Duodenarius vero partibus
suis talibus simul ductis non ipse consummatur sed excedit ampliorem
quippe duodenario summam faciunt. Nam usque ad xvi perveniunt habet

in eas v. duodecimam sextam quartam terciam dimidiam Nam duodecima
eius unum est, sexta duo, quarta tria, tercia quatuor, dimidia sex. Unde et
et duo et tria et quatuor et sex in summam ducta sedecim sunt. Et ne
multis morer in infinita serie numerorum plures inveniuntur quorum
tales partes aut non sunt singulares sicut binarius et quinarius et ceteri
huiusmodi, cum ita plures sunt partes ut in unum ducte atque in summam
redacte vel citra insistant sicut octonarius et novenarius et alii plu-
res vel ultra excedant sicut duodecimus et duodevicesimus et multi
tales plures ergo reperiuntur quilibet horum quam illi qui perfecti
vocantur et quod suis simul ductis talibus partibus complentur.
Nam post senarium vicesimus octavus invenitur qui ex suis talibus
partibus constat. Habet enim duas eas quinque. Vicesimam octavam quartam decimam
septimam quartam dimidiam. id est unum et duo quatuor et septem. et sep-
tem et quatuordecim. que simul ducte eundem vicesimum octavum numerum
complent. fiunt enim xx et octo. Et quanto magis numerorum ordo pre-
dit tanto per ampliora spacia pro rata portione intervallis reperiuntur. hi
numeri qui talibus suis partibus in summam reductis ad seipsos occurrunt
dicunturque perfecti. quorum enim numerorum tales partes simul ducte non implent
eos hos numeros quorum partes sunt imperfectos nominant. Eorum autem qui ex-
cedunt plusquam perfectos appellant. In perfecto ergo numero dierum hic
est senarius perfecit deus opera que fecit. Ita enim scriptum est. Et
consummavit deus in die sexto opera sua que fecit. Magis autem in
istum numerum intentus sum cum considero eciam nunc et ordinem ipsorum
operum. Sicut enim iste numerus gradatim partibus suis in ternionem surgit. nam
ita secuntur in uno duo tria ut nullus alius interponi possit que singula
senarii partes sunt quibus constat unum sexta duo tercia tria di-
midia ita una die facta est lux. duobus autem sequentibus
fabrica mundi huiusmodi una pars superior id est firmamentum alia inferior
id est mare et terra. sed partem superiorem nullis alimentorum corporalium ge-
neribus implevit. quia ibi non erat positurus corpora tali refectione
indigentia. aut inferiorem quam de congruentibus animalibus ornaturus
erat victuris eorum indigencie cibis ante ditavit. reliquis
ergo tribus diebus ea facta sunt que intra mundum id est intra istam
universitatem visibilem ex omnibus factam visibilem suis et congruis
motibus agerentur. prima in firmamento luminaria quia prius
erat factum firmamentum. Deinde in inferiore animantia sicut ordo ipse
poscebat una die aquarum alio terrarum. Nec quisquam ita demens
est nisi cogitat deum non potuisse cum vellet una die cuncta facere
ad sorbendum prius una die celum et alio terram cum omnibus que
in ea sunt. et omnino quando vellet. et quamdiu vellet. et quo vellet
et quicquid est quod obviat voluntati eius potuisse resistere. Certe quod ipso
enim cum legimus sex diebus omnia perfecisse et senarium nu-
merum considerantes invenimus esse perfectum atque ita creaturam

ordine currit et spaciorum partium quibus ille numerus perficitur quasi
gradata distinctio veniat. Etiam illud in mentem quod alio loco scrip-
turarum ei dicitur Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti atque
ita cogitet anima que potest invocato in adiutorium deo et inspirante atque
inspirante vires Utrum hec tria mensura pondus numerus in quibus-
dominus omnia disposuisse scriptum est erant alicubi antequam creature
universitas conderetur an etiam ipsa creata sunt et si erant antea ubi
erant. Neque enim ante creaturam erat aliquid nisi creator Ergo in ipso
erant sed quomodo Nam et ista que creata sunt in ipso esse legimus
an illa sic ipse ista vero in illo a quo reguntur et gubernantur Sed quo-
modo illa ipse Non enim deus mensura est aut numerus aut pondus
aut ista omnia an secundum id quod novimus mensuram in eis que
metimur et numerum que in eis numeramus et pondus in eis que appendi-
mus non est deus ista secundum id vero quod mensura omni rei modum
prefigit et numerus omni rei speciem prebet et pondus omnem rem ad quietem
et stabilitatem trahit ipse primitus et veraciter et singulariter ista est
qui terminat omnia et format omnia et ordinat omnia Nichil que
aliud dictum intellegitur quantum per cor et linguam humanam dici potuit
Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti nisi omnia in te
disposuisti Magnum est paucis concessum excedere omnia que
metiri possunt ut videatur mensura sine mensura excedere
omnia que numerari possunt ut videatur numerus sine numero et excedere
omnia que appendi possunt ut videatur pondus sine pondere Neque
enim mensura et numerus et pondus in lapidibus tantummodo et in li-
gnis atque huiusmodi molibus et quantiscumque corporalibus vel terrestribus
vel celestibus animadverti atque cogitari potest Est etiam mensura
agendi aliud ne sit irrevocabilis et inmoderata progressio Et est
numerus et affectionum animi et virtutum quo ab stulticie deformi-
tate ad sapiencie formam decusque colligitur Et est pondus voluntatis
et amoris ubi apparet quanti quidque in appetendo fugiendo preponendo
postponendove pendatur. Sed hec animorum mentium que et mensura
alia mensura cohibetur. et numerus alio numero formatur et pondus
alio pondere rapitur Mensura autem sine mensura est cui congruit quod
de illa est nec aliunde ipsa est Numerus sine numero est quo formantur
omnia nec ipse formatur pondus sine pondere est quo referuntur
omnia ut quiescant quorum quies purum gaudium est. nec
6 illud iam refertur ad aliud Sed non omnia mensure et
numeri et ponderis quisquis non nisi visibiliter novit serviliter novit
Transcendat itaque omne quod ita novit. aut si nondum potest nec
ipsis nominibus hereat de quibus nisi sordide non potest
cogitare Tanto enim magis magisque in superioribus cara fiunt quanto iste minus

in inferioribus terra sunt quarto iste ipse est quod si non vult aliquis
ea vocabula que in rebus infimis et abiectissimis didicit transferre ad ista
sublimia quibus intuendis inertem se navare conatur non est urgendus ut
faciat. Dum enim intelligatur hoc quod intelligendum est non magno opere curandum
est quid vocetur. Scire oportet tamen cuius rei similitudo est in inferiore
ad superiora. non enim recte aliter sunt illuc ratio tendit et nititur. Nam
vero si quisquam dicit calorem esse mensuram et numerum et pondus in quibus
deus omnia disposuisse testatur sicut in illis omnia disposuit eadem ipsa
nisi disposuit. Sed in aliis. quo ergo in ipsis omnia quando ipsa
in aliis. Non itaque dubitandum est illa esse extra ea que disposita
sunt in quibus omnia disposita sunt. An forte putabimus ita dictum
esse. omnia in mensura et numero et disposuisti. ac si diceretur omnia
sic disposuisti ut haberent mensuram numerum et pondus. quia et si diceretur
omnia corpora in coloribus disposuisti non sequeretur quod ipsa
dei sapientia per quam facta sunt omnia colores in se prius habuisse
intelligeretur in quibus faceret corpora. sed ita acciperetur omnia corpora
in coloribus disposuisti ac si diceretur omnia corpora sic disposuisti
ut haberent colores. Quasi vero creatore deo disposita in coloribus
corpora id est ista ita disposita ut colorata essent possint aliter intelligi
nisi aliqua ratio colorum singulis corporibus quibus distribuendi sunt ipsa
disponentis dei sapientia non defuisse intelligatur. et si color ibi non
appelletur. Hoc enim quod dixi. Dum res conveniat non de voca-
bulis laborandum. Concedatur quod ita dictum esse. omnia in mensura
et numero et pondere disposita tamquam dictum esset ita disposita ut haberent
proprias mensuras suas. et proprios numeros et proprium ponderis que in eis pro sui
natura mutabiliter mutarentur augmentis et diminucionibus multitudine
et paucitate. et levitate et gravitate. sed disposicionem dei. Numquid
sicut illa mutantur ita ipsum dei consilium in quo ea disposuit mutabilem
dicimus. Absit ipse tantam dementiam. Cum ergo hoc ita disponeretur
ut haberent mensuras et numeros. et pondera sua ubi ea videbat dispo-
nens ipse. Neque enim extra se ipsum sicut tamquam oculis corpora que nondum
erant tum disponenda ut fierent. nec intra se ipsum ita ista videbat
sicut nos animo fantasias corporum que non presto sunt oculis. sed ea
que vidimus vel ex eis que vidimus imaginando cogitamus
Quo ergo modo ista videbat ut ita disponeret. quo nisi eo quo solus
potest. Verumptamen nos mortales et peccatores quorum animas aggravant
corpora corruptibilia et quorum sensum multa cogitantem terrena deprimit
sitatur quamquam et si corda mundissima et mentes simplicissi-
mas gereremus sanctisque angelis iam essemus equales. non utique
ita nobis nota esset divina substantia sicut ipsa est sibi. Tamen istam sentenciam

numeri perfectionem nec cernimus nos ipsos numeros sicud oculis corpora Nec ita mente
nos incutit (?) corporum fantasias et insibilium ymagines rerum
sed alio quodam longe differenti modo Quamvis enim se obiciat mentis
aspectum quasi corporalium quedam similitudo cum senarium numerum compositio
vel ordo vel partitio cogitatur tamen validior et potentior desuper ratio
non eis annuit sed interius numeri vim contuetur per quam confidenter
dicit id quod dicitur unum in numeris in nullas partes dividi posse nulla
autem corpora nisi in partes innumerabiles dividi et facilius celum et terram
transire que secundum senarium numerum fabricata sunt quam effici posse ut
senarius numerus non suis partibus compleatur / Gratias itaque creatori
semper agat animus humanus a quo ita creatus est ut hoc pos-
sit videre quod animus nullius bestiarum que tamen nobiscum vi-
dent et celum et terram et luminaria et mare et aridam et omnia
que in eis sunt Quapropter non possumus dicere propterea senarium
numerum non esse perfectum quia vi diebus perfecit omnia opera sua
sed propterea deum sex diebus perfecisse opera sua quia
numerus perfectus est Itaque etiam si non essent ista perfectus ille esset
nisi autem ille perfectus esset secundum eum perfecta non fierent Iam vero
quod septimum est requievisse dicitur in die septimo ab omnibus operibus
suis que fecit et ideo eundem diem benedixisse et sanctificasse quia
in ipso requievit ab omnibus operibus suis nisi quo possumus quantum
ab alto adiuti fuerimus intellectu conemur attingere. Primus de hac re carnales
suspiciones animis incautis abigamus Numquid enim dici
vel credi fas est deum laborasse in operando cum ea que supra sunt
condidit quia dicebat et fiebant Ista quippe nec homo laboraret
si aliquid faciendum mox ut dixerit fiat Quamvis enim humana
verba sonis admmelata (?) ita proferuntur ut sermo fatiget diuturnus
tamen cum tam pauca sint quam pauca legimus in eo quod scriptum
est cum deus dixit fiat lux fiat firmamentum etc usque in finem
operum que sexto die consummavit nimis absurdum et deliramentum
est istum vel hominis quanto magis nedum dei laborem putare
An forte quis dixerit deum cum ut fierent que condidit ista sunt deum
non laborasse sed forte cogitando quid fieri deberet quia cura
velud liberatus rerum perfectione acquieverit et eo merito diem quo
primum factus ab hac animi intentione securus benedicere et sanctificare
voluit quod sapere multum desipere est verum enim condendi tam
facultas quam facilitas incomparabilis atque ineffabilis est apud
deum Quid ergo restat nisi intelligamus nisi forte creature rationabili
in qua et hominem creavit in se ipso requiem prebuisse
per donum spiritus sancti per quem diffunditur caritas post eius perfectionem
in cordibus nostris ut illuc feramur appetitu desiderii quo cum venerimus requiescamus
Sic enim recte dicitur deus facere quidquid ipso in nobis operante fecerimus
tamen ita recte dicitur deus requievisse cum eius munere requiescimus
hic recte intelligimus quia et breve est et non magna interpreta-
tione indiget nisi videamus ita dici requievisse deum cum requiescere

nos facit sic dicitur cognoscere cum efficit ut cognoscamus Neque enim temporaliter
deus cognoscit quod ante non noverat. et tamen dicit ad Abraham nunc cognovi
quia times deum. ubi quid aliud accipimus nisi nunc feci ut cognosceres
his locutionis modis. cum ea que non accidunt deo tamquam illi accidant loquimur
eum facere agnoscimus ut nobis accidant ea dumtaxat que laudabilia sunt
et hoc quantum scripturarum usus admittit. Neque enim temere nos aliquid
tale de deo dicere debemus quod in scriptura eius non legimus Ex hoc
locutionis modo arbitror illud dictum ab apostolo Nolite contristare spiritum sanctum
dei in quo signati estis in die redemptionis neque ipsa spiritus dei que
est quidem ipsa substantia contristari potest cum habeat eternam atque incommuta-
bilem beatitudinem magis quam sit ipsa eterna et incommutabilis beatitudo
sed quia ita in sanctis habitat ut eos impleat caritate qua necesse est ut
homines et de profectu gaudeant fidelium et bonis operibus. et ideo necesse
etiam contristentur de lapsu vel peccatis eorum. de quorum fide et pietate
gaudebat que contristatio laudabilis est. quia venit ex dilectione quam
spiritus sanctus infundit propterea ipse spiritus dicitur contristari ab eis qui sic agunt
ut sancti eorum factis contristentur sed non ob aliud nisi quia spiritum sanctum
habent. quo dono tam boni sunt. ut eorum factis contristentur sed non
ob aliud nisi quia spiritum sanctum habent quo dono tam boni sunt ut eos
mali contristent hii maxime quos bonos fuisse vel noverunt vel cre-
diderunt. que profecto contristatio non solum non culpanda verum etiam precipue
laudanda atque predicanda est. Hoc quoque locutionis miro idem apostolus mirabili-
ter usus est ubi ait nunc autem cognoscentes deum immo cogniti estis
a deo. Neque enim tunc cognoverat eos deus precognitos videlicet ante constitu-
tionem mundi. Sed quia tunc ipsi eum illius munere non suo merito vel
facultate cognoverant tropice loquitur ut se ab illo cognitos diceret cum
eis cognoscendi se prestitit et velut hoc corrigere quasi hoc minus recte
dixerit quod proprie dixerat quasi sibi hoc arrogarent se potuisse quod
eis posse ille donaverat. Hoc ergo intelligitur in eo quod positum est
requievisse deum ab omnibus operibus suis que fecit bona valde. quia ipse
nos facit requiescere cum bona opera fecerimus quibusdam forte sufficit
sed nos huius sententie scripturarum consideratione suscepta urgemur querere
quo nam modo et ipse requiescere potuit quamvis requiem suam nobis insi-
nuata prece admoneret in se requiem nostram futuram sic enim ipse fecit
celum et terram et ea que in eis sunt. et omnia sexto die consummavit
nec in eos dici potest aliquid nos creasse nullo donante nisi crearemus
et ideo dictum est. consummavit deus in die sexto opera sua que fecit
quia nisi a nobis consummaret ipse prestitit ita. et quod dictum est Re-
quievit deus in die septimo, quando ab omnibus operibus suis que fecit Non
utique nostram requiem quam accedente deo adepturi sumus sed ipsius pri-
mitus intelligere debemus qua in septimo die requievit consummatis
operibus nisi prius omnia que scripta sunt facta non stetit et deinde pro-
prius est etiam aliquid fecisse dicantur. Recte quippe dicitur sic deus per opera
sua bona requievit ita et nos post opera nostra bona requiescemus. Et

ob hoc etiam recte flagitatur nisi quemadmodum disputatum est de operibus
dei. que ipsius esse satis apparuit ita de requie dei satis disseratur
quod ipse requies de monstraret. qua propter instantissima ratione compellimur
indagare si valeamus atque eloqui quomodo utrumque possit verum esse
et quod hic scriptum est. in septimo die deum requievisse ab
operibus suis que fecit, et quod in evangelio dicit ipse per quem
facta sunt omnia. Pater meus usque nunc operatur et ego operor, eis
enim hoc respondit. qui propter requiem dei scripture huius auctoritate antiquitus
13 commendata sabbatum ab eo non observare querebant. Et dici quidem probabiliter
potest observandum sabbatum iudeis fuisse preceptum in umbra futuri spiritualem
requiem figurantem quam deus huius exemplo quietis sine fine fidelibus
tantum opera facientibus archana significatione pollicebatur. Cuius quietis
et ipse dominus Iesus Christus qui non nisi cum voluit passus esse etiam se-
pultura misterium confirmavit. Ipse quippe die sabbati requievit in
sepulchro eumque totum diem habuit sanctum quandam vacationis postea quam
sexto die id est parasceve quem diem sextum sabbati consummavit omnia
opera sua cum de illo que scripta sunt in ipso crucis patibulo complerentur.
Nam et hoc verbo usus est quando ait. consummatum est. et inclinato
capite tradidit spiritum. Quid ergo mirum si deus istum diem quo erat
Christus in sepulchro quieturus volens etiam hoc modo prenunciare ab operibus
suis operibus. in uno die requievit deinceps operaturus ordinem seculorum
14 nisi et illud verum dicit. Pater meus usque nunc operatur. Potest
etiam intelligi deum requievisse a condendis generibus creature. quia
ultra iam non condidit aliqua genera nova deinceps autem usque
nunc et ultra operari eorundem generum administrationem que tunc institu-
ta sunt non ut ipso saltem die septimo potentia eius a celi et
terre omniumque rerum quas condiderat gubernatione cessaret. alioquin conti-
nuo dilaberentur. Creatoris namque potentia et omnipotentis atque
omnia tenentis virtus. causa subsistendi est omni creature. Que
virtus ab eis que creata sunt regendis si aliquando cessaret simul et
illorum cessaret species omnisque natura concideret. Neque enim sicut stru-
ctor edium cum fabricaverit abscedit atque illo cessante atque absce-
dente stat opus eius ita mundus vel ictu oculi stare poterit
si ei deus regimen subtraxerit. Proinde et quod dominus ait. Pater meus
usque nunc operatur. continuationem quandam operis eius qua universam
creaturam continet atque administrat ostendit. aliter enim posset intelligi
si diceret et nunc operatur ubi non esset necesse ut operis continuationem
acciperemus aliter autem intelligi cogit cum ait usque nunc ex illo scilicet
quo cuncta cum conderet operatus est. Et quod scriptum est de sapientia
eius. Pertingit a fine usque ad finem fortiter. et disponit omnia
suaviter. De qua item scriptum est. quod motus eius agilior
sit celior quam omnibus motibus satis apparet recte intuentibus
hunc ipsum incomparabilem et ineffabilem. et si possit intelligi stabilem
motum suum rebus eam prebere suaviter disponendis quo utique
subtracto si ab hac operatione cessaverit eas continuo perituras

Et illud quod ait apostolus cum Atheniensibus praedicaret In illo vi-
vimus movemur et sumus liquide cogitatum quantum humana mens valet
adiuvat hanc sententiam qua credimus et dicimus deum in his que condidit in-
desinenter operari. Neque enim tamquam substantia eius sit in illo sumus quemadmodum
dictum est quod habet vitam in semetipso. Sed utique cum aliud simus quam
ipse non ob aliud in ipso sumus nisi quia id operatur et hoc est opus
eius quia continet omnia et quia eius sapientia pertingit a fine usque ad
finem fortiter et disponit omnia suaviter per quam dispositionem in illo vivimus
movemur et sumus. Unde colligitur quod si hoc opus suum rebus subtraxerit
nec vivemus nec movebimur nec erimus. Claret igitur ne uno quidem die
cessasse deum ab opere regendi ea que condidit ne motus suos naturales
quibus aguntur atque vegetantur ut omnino naturae sint et in eo quod
sunt pro suo quaeque genere maneant illico amitterent et esse aliquid omnino
desinerent si eis subtraheretur motus ille sapientiae dei quo disponit omnia
suaviter. Quapropter sic accipimus deum requievisse ab omnibus operibus
suis que fecit ut iam novam ultra naturam nullam conderet non ut
ea que condiderat continere et gubernare cessaret. Unde et illud verum est
quod in septimo die requievit deus et illud quod usque nunc operatur. 15
Et opera quidem eius bona videmus quietem vero eius post bona opera
nostra videbimus. Ob quam significandam imperabatur Hebreo populo unius diei
observantia quam tam carnaliter agebant ut eo die dominum salutem nostram
videntes operari criminarentur. At sic eis de opere patris rectissime respon-
deret cum quo et ipse operabatur aequaliter non solum creaturae universae
ad ministrationem sed etiam ipsam nostram salutem. Iam vero tempore gratiae
observatio illa sabbati que unius diei vacatione figurabatur ablata
est ab observatione fidelium. In ea quippe gratia perpetuum iam sabbatum
observat qui spe futurae quietis operatur. Nec in ipsis bonis
operibus quasi suis bonum quod non accepit gloriatur. Ita enim tan-
quam diem sabbati hoc est diem cessationis in sepultura suscipiens
atque intelligens baptismi sacramentum quievit a pristinis operibus
suis ut iam in novitate vitae ambulans deum in se operari
cognoscat qui simul et operatur et quiescit et creaturae praebens
congruam gubernationem apud se habens aeternam tranquillitatem. Deus 16
ipse nec cum condidit defessus nec cum cessavit refectus sed nos
voluit per scripturam suam ad quietis exhortari desiderium intimando
nobis eum diem se sanctificasse in quo quievit ab omnibus operibus
suis. Nam nullum quidem omnium sex dierum quibus condita sunt omnia
legitur aliquid fortasse sanctificasse nec ante ipsos sex dies ut scrip-
tum est In principio fecit deus caelum et terram additum est et sancti-
ficavit sed diem istum in quo requievit ab omnibus operibus suis que
fecit voluit sanctificare tamquam et apud ipsum qui nihil in opere suo
laboravit plus quietis quam operatio valeat in hominibus sicut quidem

in omnibus evangelium nobis intimat ubi salvator noster meliorem
partem dicit Marie quod sedens ad pedes eius requiescebat in verbo eius
quam Marthe quamvis propter obsequium quod ei ministrabat circa multa
occupate et licet boni operis operantis. Ubi autem in deo quies sit vel
intelligatur difficile est dictu etiam si cogitatu aliquantulum attingi
possit. Cur tamen deus sanctificavit diem quietis sue cum nullum sanctificavit operis
sui nec ipsum sextum quo et hominem fecit et cuncta perfecit. At
fortasse ipsam requiem dei quale sit tamen humane mentis acies
assequi potest. Sed si tamen non esset hoc omnino illa scriptura non poneret. Dicam
sane quod sentio hic duo indubitata proloquens nec deum velut
post laborem desiderate vel negotiorum finem suum temporali quadam requie
delectatum nec has litteras auctoritate tanta merito preminentes frustra
falsa quod dixisse. quod deus ab omnibus operibus suis que fecit
in septimo die requievit eamque tamen propterea eundem diem sanctificavit. Ni-
mirum ergo quia mens et infirmitas anime ita suis operibus delectari
nisi potius in eis quam ~~proculdubio~~ in se requiescat ab eis enim
proculdubio melius in illa aliquid fit. quo ea facta sunt insinuatur
nobis deus per hanc septimam qua deus requievisse ab omnibus
operibus suis que fecit nullo tempore suo sit delectatus quasi faciendi
eius eguerit vel minor futurus si non fecisset vel beatior fecisset etiam
cum ex illo ita est quicquid ex illo est ut deo quod est ipse omne
nihil quod ex ipso est debeatur quod beatus est se rebus quas
fecit diligendo preposuit non sanctificavit diem quo eum facienda inchoa-
vit nec illum quo ea perfecit ne illis vel faciendis vel factis
auctum eius gaudium videtur. sed eum quo ab ipsis in seipso
requievit. Et ipse quidem numquam ista requie caruit. sed nobis eam
per diem septimum ostendit. Hinc etiam significans non percipi requiem
suam nisi perfectis cum adeam intimanda non sanctificavit diem
nisi quem perfectionem omnium rerum sequebatur. Nam qui semper est quietus
et nobis requievit cum se requievisse monstravit. Illud quoque
attendendum est. quod dei requiem qua de seipso beatus est nobis insinuari
oportet. ut intelligamus quod dicatur et requiescere nobis quod
non deus nisi tamen in se requie quiescat et nobis. Requies quippe
omnium rerum intelligentibus ea est que nullius indiget bono ~~quod~~
~~ipse est~~ Et ideo certa nobis in illo est quia nos beatificamur bono
quod ipse est non ipse bono quod nos sumus. Nam et nos aliquid
boni ab illo sumus qui fecit omnia bona valde in quibus fecit
et nos. Porro alia res bona preter ipsum nulla est quam ipse non
fecit ac per hoc nullo preter se bono alio eget. qui bono quod
fecit non eget. Hic eius requies ab omnibus operibus suis que
fecit. Quibus enim bonis laudabiliter non egeret si nulla fe-
cisset. Nam etiam posset dici nullius egens bonis non a se

factis in seipso requiescendo quia omnino nulla faciendo. Sed bona facere
si non posset nulla esset potentia. Si autem posset nec faceret magna esset
invidentia. Quia ergo omnipotens et bonus omnia valde bona fecit. Quia
vero seipso bono perfecte beatus est ab omnibus que fecit in seipso requievit
ea scilicet requie a qua nunquam recessit. Sed si diceretur requievisse a faciendis
nichil aliud quam non fecisse intelligeretur. Nisi autem diceretur requievisse
a factis non eis egere que fecit minus commendaretur. Quo itaque die
hec commendari oportuisset nisi septimo intelligitur. cum post senarii numeri
perfectionem de qua supra locuti sumus perfectionem creature congruenter ad sancti-
[illegible] Si enim senario perficienda fuerit creatura sicuti perfecta est
Ea que requies dei nobis erat commendanda. qua demonstraretur nec
perfectis beatificari creaturis perfectionibus dicentur. erat in hac commendatione
sanctificandus. qui sequitur septimum quo erigeremur ad hanc requiem co-
ncupiscendam ut et nos in illo requiescamus. Neque enim similitudo
pia est. Si melius ita esse. Similes ergo ut et nos ab operibus nostris
requiescamus in nobis sicut ipse requievit in se ab operibus suis. In
quodam quippe incommutabili bono requiescere debemus quod ille nobis est
qui nos fecit. Hic erit ergo summa immunisque superbia. et vere pia re-
quies nostra ut sicut ipse requievit ab omnibus operibus suis. quia
non ei opera sua. Sed ipse sibi bonum est quo beatus est. ita nos
ab omnibus non nostris tantum verum etiam ipsius non nisi in illo requietos
nos esse speremus. Desideremus post bona opera nostra que in
nobis agnoscimus illius potius quam nostra nisi etiam sit post bona
opera que ab illo iustificati fecimus in se nobis requiem prestat
Magnum est nobis ab illo extitisse. Sed maius in illo erit quievisse
Sicut ipse non ideo beatus est quia hec fecit. Sed etiam quia factis
non egens in se potius quam in ipsis requievit. Unde non operis
sed quietis diem sanctificavit quia hic non faciendo sed eis que
fecit non egendo se beatum intimavit. Quid ergo tam humile est
ac facile affatu. Et quid tam sublime atque arduum cogitatu
quam deus requiescens ab omnibus operibus suis que fecit. Et
ubi requiescens nisi in se ipso. quia beatus est non nisi a se ipso
Quando nisi semper. In diebus autem quibus rerum quas
condidit consummatio narratur. et ab eis quietis dei ordo distinguitur
quando nisi in septimo die. qui earum sequitur perfectionem. Apertius
enim quievit cum nec perfectis egeret quo beatior esse posset. Et
apud illud quam quietis eius. nec mane nec vespera est. quia
nec aperitur initio nec clauditur fine. perfectis autem operibus eius mane
habet et vesperam non habet. perfecta quippe creatura habet quoddam initium
sue conversionis ad quietem creatoris sui. Sed illa non finem habet
cepit tamen perfectionis sue. Sed ea que facta sunt. Ac per hoc
requies dei non ipsi deo sed nobis rerum ab eo conditarum perfectioni

inchoatur. Nec in illo incipiat requiescere quod ab illo perficitur et in eo
habere mane. In se ipso enim quae tamquam vespera terminata est. sed in eo se vesperam
habere iam non posset quia non erit aliud illa perfectione perfectius. In illis
ergo diebus quibus omnia condebantur vesperam tamen conditae creaturae, ma-
ne autem initium condendae alterius accipiebamus. Ac per hoc quinti diei vespera
scilicet est conditae quinto die creaturae. Mane autem quod post ipsam vesperam
factum est initium est condendae sexto die creaturae. quia condita terminum eius
sumpsit facta est vespera. Et quia nihil aliud condendum restabat. ita post
illam vesperam mane factum est ut non esset initium alterius condendae
creaturae. sed initium quietis creaturae in requiem conditoris. Neque enim celum
et terra et omnia quae in eis sunt universa scilicet spiritalis corporalisque crea-
tura in se ipsa manet sed utique in illa de quo dictum est In illo
enim vivimus et movemur et sumus. quia et si unaquaeque pars potest esse
in toto cuius pars est ipsum tamen totum non est nisi in illo a quo
conditum est. Et ideo non absurde intellegitur sexto die completo post
eius vesperam factum esse mane non quo significaretur initium condendae
alterius creaturae sicut in ceteris sed quo significetur initium manendi totius
quod conditum est in illius quiete qui condidit. Quae quies nec
initium habet nec finem. Creaturae habet initium sed non habet finem. Et ideo
septimus dies eius creaturae cepit a mane sed nullo vespere terminatur.
Nam si in ceteris diebus vespere et mane talem temporum vicissitudinem significat
qualia nunc per haec cottidiana spatia peraguntur non video quid prohi-
buit et septimum diem vesperam noctemque eius sic mane concludere
ut simpliciter diceretur et facta est vespera et factum est mane
dies septimus cum idem et ipse unus esset dierum quorum omnis vicissitudine
quorum repetitione menses et anni et saecula peraguntur ut mane quod
poneretur post vesperam septimi hoc esset initium octavi diei. de quo
iam deinceps silendum fuit. quia idem primus est ad quem reditur a quo
rursus ebdomadis series ordinatur. Unde probabilius est istos
quidem septem dies illorum nominibus et numero alios atque alios sibimet
succedentes currendo corporalia peragere spatia. illos autem primos sex
dies inexperta nobis atque insolita specie in ipsis rerum conditionibus
explicatos in quibus et vespera et mane sicut ipsa lux et tenebre
id est dies et nox non eam vicissitudinem praebuerunt quam praebent isti
per solis circuitus. Quod certe de illis tribus cogimur dicere qui ante con-
dita luminaria commemorati atque numerati sunt. Ac per hoc qualecumque
in eis vespera et mane fuerit. nullo modo tamen opinandum est illud
mane quod post sexti diei vesperam factum est initium accepisse
requiem dei ne temporale aliquod bonum illi eternitati atque incommuta-
bilitati accidisse vanitate temeraria suspicemur. Sed illa quietus
libet requiem dei qua in se ipso requiescit eo quod bono beatus est
quod ipse sibi est. nec initium ad ipsum habere nec terminum. Consummatae autem
creaturae habere initium eandem requiem dei. quoniam unaquaeque res
non tam in universo cuius est pars quam in eo quo condita est
in quo etiam ipsum universum est. et pro sui generis modulo

stabilitas nisi quiescat id est nisi sui momenti ordine teneatur. Ac per hoc ipsa
universitas creature que sex diebus consummata est aliud habet in natura sua
aliud in ordine quo in deo est non sicut deus. sed tamen ita ut ei quies proprie sta-
bilitatis non sit nisi in illius quiete qui nihil preter se appetit quo adepto
requiescat. Et ideo dum ipse permanet in se quidquid ex illo est retorquet ad
se ut omnis creatura in se habeat nature sue terminum quo non sit quod ipse est
in illo autem quietis locum quo servet quod ipsa est. Scio quod non proprie
dixerim locum. Nam proprie dicitur in spatiis quod corporibus occupatur. Sed quia
et ipsa corpora non manent in loco nisi quo suorum ponderum quasi quodam appetitu
perveniunt ut eo comperto requiescant ideo non inconvenienter a corporalibus
ad spiritualia verbum transfertur ut dicatur locus cum res ipsa plurimum distet.
Significari ergo creature in quiete creatoris illo mane sentitur arbitror
quod factum est post vesperam sexti diei non enim posset in eo nisi
perfecta requiescere. Proinde sexto die consummatis omnibus factisque
vespera factum est mane quo incipit consummata creatura in illo a quo
facta est requiescere. Cum non inciperet dominus et in seipso requievit ubi
et ipsa requiescere posset id est tanto stabilius atque firmius
quanto ipsa illius non ille huius egeret ad quietem suam. Sed quia quidquid
erit universa creatura pro mutationibus suis non utique non erit
facto creata universa in creatore suo semper erit. Ac per hoc post
illud mane nulla deinceps vespera fuit. Hic dirimus ut intelli-
gatur cur septimus dies in quo requievit deus ab omnibus operibus suis
mane habuit primo vesperam sexti vesperam vero non habuit. Et aliud
quod habeat et magis proprie inclinus quod possit quantum existimo intelligi
sed aliquanto difficilius explicari id est ut creature. sed etiam quies dei
septimo die mane habuit sed vesperam id est initium sine fine. Si enim
ita diceretur requievit deus in die septimo nec adderetur ab omnibus
operibus suis que fecit frustra huius quietis initium quereremus. Neque
enim incipit deus requiescere cuius requies sine initio sine termino sempiterna
est. Sed quoniam ab omnibus operibus suis que fecit eis non egendo
requievit intelligitur requies eius nec cepta nec finita. Re-
quies autem eius ab omnibus operibus suis non egendo requievisse
principium accepit quibus nec perfectis eguisset. et quamvis eis olim minus
egebat. nec ista beatitudo quia non eis egeret tamquam perficiendo
proficeretur ideo septimo diei nulla vespera accessit. Et plane
querere possit digna atque consideratione mea quo intelligatur in se ipso
deus requievisse ab omnibus operibus suis que fecit cum ipse
sit. Et requievit deus in die septimo Non est enim dictum
in seipso sed in die septimo. Quid est ergo dies septimus utrum
creatura est aliqua an temporis tantummodo spatium. sed etiam temporis
spatium creature temporali concreatum est. Ac per hoc et ipsum sine dubio
creatura est. neque enim ulla tempora vel fuit vel esse potuit quorum
deus non sit creator. Ac per hoc et ipsum septimum diem complexus
est. si tempus est cuius creavit id est omnium temporum creator. Sed illi
sex dies cum quibus vel in quibus creaturis creati sunt priores

scriptura sancta primo testatur. Et ideo cum in hiis diebus vii quorum species
nobis nota est sicut constat quod ipsi preterierunt, sed alia succedentibus
nomina sua quodammodo tradiderunt vel nisi illi sex dies inveniuntur
nomine corporum primi creando conditi sunt. Septimum autem diem qui nomine
sabbato nuncupatur quando deus creavit non invenimus. Sed in ipso potius
die non fecit aliquid immo ab eis que sex diebus fecerat in eodem
vii immo requievit. Eius ergo requievit in die quem non creavit
aut quo enim post sex dies continuo creavit tamen sexta die
consummavit omnia que creavit aliquid septimo die creavit
sed in ea post ab omnibus que creaverat requievit. An vero tamen
diem creavit deus in eius repetitione multi sunt dies preteri-
rent atque transirent nec opus erat nec vii in diem crearet
quo requievit quia illius que creaverat septima repetitio sic
utique fiebat. Lux [illegible] septimum est. Et dixit deus fiat
lux et facta est lux. Divisit a tenebris eam vocavit diem
et tenebras vocavit noctem. Tunc itaque deus diem fecit
cuius repetitionem septima appellat secundum diem deinde tertium
et usque ad septimum quo consummavit deus opera sua atque illius
in illius diei primi tanti septima repetitio septimi diei nomen
accepit in quo requievit deus. Ac per hoc in illa tantum est
septimus dies nisi eadem ipsa septies rediens que condita est
quando vocavit deus lucem diem et tenebras noctem. Rursus
ergo ad eandem questionem relabimur quam in primo libro excussisse videbamur
ut scilicet quereremus quo circuitu potuit lux ad exhibendam diurna
nocturnaque vicissitudinem non solum antequam celi luminaria sed etiam
antequam ipsum celum quod firmamentum appellatum est factum esset
antequam denique ulla species terre vel maris que circuitu lucis ad
mittere sequente nocte in die illa transisset. Cuius questionis difficul-
tate compulsi [illegible] finem disceptationem nostram quasi ad hanc
firmare summam ut diceremus illam lucem que primitus facta est ad informa-
tionem esse spiritualis nature, noctem vero adhuc formandam in reliquis operibus
rerum materiam que fuerat instituta cum in principio fecit deus celum
et terram antequam verbo faceret diem. Die in quo requievit. Sed nunc
diei septimi consideratione commoniti facilius est ut nos ignorare
fateamur quod remotum est a sensibus nostris quonam modo lux que
dies appellata est illa vel circuitu suo vel contractione et emissione
si corporalis est vices diurnas nocturnasque peregit. Vel si spiritualis
est condendis creaturis omnibus presentata sit sua qua ipsa primum di-
em et noctem vero absentia [illegible] absentie initio in re initia princi-
pie fecit quam nisi in re apta contigit. Dum scripture verba dicunt aliud
esse diem septimum quam illius diei quem fecit deus vii-tiam
repetitionem. Alioquin aut non creavit deus diem septimum aut
aliquid creavit post illos vi dies id est illum septimum diem

falsumque erit quod scriptum est in sexto die consummasse omnia opera sua et
in septimo requievisse ab omnibus operibus suis. quod utique quia falsum
esse non potest restat ut presentia lucis illius que diem deus fecit per omnia
eius opera repetita est quotiens dies nominatus est Et etiam in ipso septimo
in quo requievit deus ab omnibus operibus suis Sed quia lux corporalis
antequam fieret celum quod firmamentum vocatur in quo etiam et luminaria
facta sunt quo circuitu vel quo processu et recessu vices diei et noctis
exhibere potuerit non invenimus hanc tamen questionem relinquere non debemus
sine aliqua prolatione sive ut si lux illa que primus creata est non
corporalis sed spiritualis est sicut post tenebras facta est ubi intelligitur a sua
quadam informitate ad creatorem conversa atque formata ita et post
vesperam fiat mane cum post cognitionem suam sui esse non quod non est quod
deus refert se ad laudandam lucem quod ipse deus est cuius contemplatione
formatur Et quia cetere creature que infra ipsam fiunt sine cognitione
eius non fiunt profecto nimirum idem dies ubique repetitur ubi eius repetitione
fiant tot dies quotiens repetuntur rerum quia creatarum perfectione senarii
numeri terminanda vel vespera primi diei sic etiam sui cognitio non se esse
quod deus est Mane autem post hanc vesperam quo concluditur dies
unus et inchoatur secundus. conversio sit eius qua id quod creata est
ad laudandum refert creatoris. et percipiat de verbo dei cognitionem creature que
post ipsam fit hoc est et firmamenti. quod in eius cognitione fit prius
cum dicitur. et sic est factum. Deinde in natura ipsius firmamenti quod
conditur cum additur etiam postea cum idem dicto. et sic factum est. et fecit
deus firmamentum Deinde fit vespera illius lucis cum ipsum firmamentum
non in verbo dei sicut ante. sed in ipsa eius natura cognoscit que cognitio
quoniam minor est recte vespere significatur nomine post quam fit mane quo
concluditur secundus dies incipit tertius In quo mane iterum est conversio
lucis huius id est diei huius ad laudandum deum quod operatus sit firma-
mentum ad percipiendam de verbo eius cognitionem creature que condenda
est post firmamentum Ac per hoc cum dicit deus congregetur aqua
que est sub celo in collectionem unam et appareat arida cognoscit hec
illa lux in verbo quod id dixit. et ideo sequitur. et sic est factum. hoc
est in eius cognitione que ex verbo dei Deinde cum additur et congregata
est aqua etc. tamquam iam deinde esset Et sic est factum ipsa creatura
in sua genere fit que illa cum in sua genere facta cognoscit velut ea qua
erat in verbo dei facienda cognoverat fit tertia vespera. et inde hoc modo
cetera usque ad mane post vesperam sexti diei Multum quippe interest
inter cognitionem rei cuiusque in verbo dei et cognitionem eius in natura
eius. ut illud merito ad diem pertineat hoc ad vesperam In comparatione
enim illius lucis que in verbo dei conspicitur omnis cognitio qua creaturam
quamlibet in se ipsa novimus non immerito nox dici potest que rursus tan-
tum differt ab errore vel ignorantia eorum qui nec ipsam creaturam
sciunt nec in eius comparatione non incongruenter dicatur dies Sicut
ipsa vita fidelium que in hac carne atque in hoc seculo ducitur
in comparatione vite infidelis atque impie non irrationabiliter lux et

dies appellatur dicente apostolo: fuistis aliquando tenebre. Nunc autem
lux in domino. et illud abiciamus opera tenebrarum et induamur arma
lucis. sicut in die honeste ambulemus. Cum tamen dies noster rursus
in comparatione illius diei quo equales angelis facti videbimus deum
comparati est ipse quoque nox esset. non sit prophetice lucerna indigeremus. Unde
apostolus petrus ait: habemus certiorem propheticum sermonem cui benefacitis
intendentes sicut lucerne in obscuro loco lucenti donec dies lucescat et
lucifer oriatur in cordibus vestris. quapropter cum sancti angeli quibus
post resurrectionem coequabimur. si viam quod nobis corpus factus est ipse
ineffabilem terminum semper videant faciem dei verbo quoque eius unige-
nito filio sicut patri equalis est perfruuntur in quibus primo omnium creata
est sapientia procul dubio universam creaturam in qua ipsa principaliter sit
conditi in ipso dei verbo prius noverunt. In quo sunt etiam omnes
temporaliter facta sunt et eterne rationes tamquam in eo per quod facta sunt
omnia. Ac deinde in ipsa creatura quam sicut noverunt tamquam infra se
aspicientes atque referentes ad eius laudem in cuius incommutabili veritate
rationes secundum quas facta est principaliter vident ibi ergo tamquam per diem
Unde et concordissima unitas eorum eiusdem veritatis participatione dies
est primitus creatus. Illi autem tamquam per vesperam. Sed continuo fit mane
quod in omnibus sex diebus animadverti potest. quia non remanet an-
gelica scientia in eo quod creatum est. Sed hic continuo confert ad eius
laudem atque caritatem in quo non ut hoc factum esse. sed faciendum fuisse
cognoscitur in qua veritate stando dies est. Nam si vel ad se ipsam
natura angelica converteretur seque amplius delectaretur quam illo
cuius participatione bona est intumescens superbia caderet sicut diabolus
de quo suo loco dicendum est. cum de serpente hominis seductore sermo de-
30 bitus flagitabit. Cum ergo angelica creatura in ea ipsa creatura
sic stetit nisi ei sue electione ac dilectione proponat. quod eam sint
in veritate per quam facta sunt omnia particeps eius efficitur. Ideo per
omnes sex dies non nominatur nox. sed postquam vesperam et mane
iam dies unus. tempus vesperam et mane dies secundus. Deinde
post vesperam et mane dies tertius ac sic usque in mane sexti
diei. Unde incipit septimi requies dei. Quamvis enim suis noctibus
dies tamen non noctes narrantur. Tunc enim nox ad diem pertinet
non dies ad noctem. cum sublimes et sancti angeli id quod creatorem
in creatura ipsa noverunt referunt ad ipsius honorem et amorem in quo
eternas rationes quibus creata est contemplantur. Tamen concordissima
contemplatione sunt unus dies quem fecit dominus. cui coniungetur
ecclesia ex hac peregrinatione liberata ut et nos exultemus et letemur
in eo. Cuius ergo diei cuius et vespera et mane secundum supra
dictam rationem accepi per sex repetitione consummata est creatura
universa factum quod est mane quo finitur sextus dies et unde
incipit septimi vesperam non habet quia dies requies non est creata

que tamen per dies certos tenditur aliter in scriptura sua cognoscebat quam
in illo in quo inmutabiliter faciendam videbat. Tunc cognitionis quasi decolor
species vesperam faciebat. Non itaque forma iam supra operis dies et
eius vespera et alterius operis initium mane in hac rerum conditarum nar-
ratione debet intelligi ne cogamur contra scripturam dicere preter sex dies
condita diei septimi creatura. Sed ille dies quem fecit deus per omnia opera
eius ipse repetitur non circuitu corporali sed cognitione spirituali cum illa
beata societas angelorum et primitus contemplatur in verbo dei quod
dixit deus fiat atque ideo primus in eius cognitione fit cum dicitur
et sic est factum et postea rem factam in ea ipsa cognoscit quod
significatur vespera facta et eam deinde cognitionem rei facte ad illius
veritatis laude refert ubi rationem videbat faciende quod significatur facto
mane. Ac per omnes dies illos unus est dies non istorum
dierum consuetudine intelligendus quos videmus solis circuitu terminari
atque numerari sed alioquodammodo agnoscendus et illi tres dies qui ante
conditionem istorum luminarium commemorati sunt aliter esse non per-
iter modus non usque ad diem quartum ut inde iam istos cogitare-
mus usitatos. sed usque ad sextum septimumque perductus est ut longe aliter
ille dies et nox accipiendus sit inter que divisit deus et aliter ille
dies et nox inter que dixit ut dividant luminaria que creavit
cum ait. et dividant inter noctem et diem. Tunc enim hunc diem condidit
cum condidit solem cuius presentia eundem diem exhibet ille
autem dies iam primitus conditus iam eundem repetebat cum hec luminaria
illius diei quarta repetitione creata sunt. Certe proinde qui illum
diem vel illos dies qui eius repetitione numerati sunt in hac mor-
talitate nostra terrena experiri ac sentire non possumus. nec deinde teme-
rariam precipitare sententiam tamen quid debemus aliud sentire contendimus
probabilius quam ne possit illos vii dies quam perillis ergo hunc
ebdomadam cuius cursu et recursu tempora inperuntur in qua dies
unus est a solis ortu usque ad occasum terminus sit illorum mira
quidem exhibere tamen ut non eos illis similes sed multo impa-
res minime dubitemus. Nec quisquam arbitretur illud quod dixi de
luce spirituali et de condito die in spirituali et angelica creatura et de
contemplatione quam habet in verbo dei et de cognitione qua in se ipsa
creatura cognoscitur eiusque relatione ad laudem incommutabilis veri-
tatis ubi primitus ratio videbatur rei faciende que cognita est facta non
iam proprie. sed quasi figurate atque allegorice convenire ad intelligendum
diem et vesperam et mane sed aliter quidem quam in hac consue-
tudine cottidiane lucis huius et corporalis non tamen quasi tamen hec
proprie ibi figurative ubi enim melior et certior lux et verior et dies
certe non etiam vespera et verius mane. Nam et si in istis diebus
habet quidem declinationem suam lux in occasum quod vespere
nomine nuncupamus et ad ortum iterum reditum quod mane

dicimus tunc et illic vesperam, non dicimus cum contemplatione creatoris
creatura despicitur, et mane cum agnitione creaturae in laudem creatoris
assurgit. Neque enim et Christus sic dicitur lux quomodo dicitur lapis, sed illud
proprie, hoc utique figurate. Cui ergo non placet quam pro meo modu-
lo vel indagare vel putare potui, sed aliam requirit in illorum dierum
enumeratione sententiam quae non in prophetia figurate, sed in hac creaturarum
conditione proprie melius possit intelligi, quaerat et divinitus adiutus in-
veniat. Fieri enim potest ut etiam ego aliam huic divinae scripturae verbis
congruentiorem fortassis inveniam. Neque enim hanc ita confirmo, ut aliam quae praeponenda
sit inveniri non posse contendam; sicut confirmo requiem Dei septimo die
sanctificatam non quasi post lassitudinem curae vel molestiam nobis significare
voluisse. Quapropter aliquis fortasse mecum disputando contendat,
non dicat sublimium caelorum angelos non alternatim contueri primo rationes
creaturarum in incommutabili verbo Dei, in incommutabili veritate, ac deinde
ipsas creaturas, et tunc earum etiam in se ipsis cognitionem ad laudem
referre creatoris, sed eorum mente mirabili facilitate haec omnia simul
posse. Numquid tamen dicet aut si dixerit audiendus est illam
caelestem in angelorum millibus civitatem aut non contemplari creatoris
aeternitatem aut mutabilitatem ignorare creaturae, aut ex eius quoque
inferiore quadam cognitione non laudare creatorem? Simul haec totum possint,
simul haec totum faciant, possunt tamen et faciunt simul. Ergo habent et
diem et vesperam et mane. Neque verendum est ne forte cui hoc donec
iam illa sentire, ideo non putet haec fieri posse simul, omnia in his diebus
quos sol huiusque circuitu peragunt simul non possunt et hic quantumlibet non possunt
eis partibus terrae. Universo autem mundo, quis non videat, si attendere
velit, et diem ubi sol est et noctem ubi non est, et vesperam unde discedit
et mane quo accedit simul habere? Sed nos plane in terris haec omnia simul
habere non possumus. Nec ideo tamen istam terrenam conditionem lucis et corporis
temporalem localemque circuitum illi patriae spiritali coaequare debemus,
ubi semper est dies in contemplatione incommutabilis veritatis, semper
vespera in cognitione in se ipsa creaturae, semper mane etiam ex hac
cognitione in laude creatoris, quia non ibi abscessu lucis superioris
seu inferioris cognitionis distinctione fit vespera, nec mane tanquam
noctis ignorantiae sequitur matutina succedat, sed et vespertinam etiam
cognitionem in gloriam creatoris attollat. Dicit quoque et ille nocturno nominata
vespera et mane et meridie narrabo et annuntiabo et exaudies
vocem meam. Hic fortasse per tempora mutatis, sed tamen quantum puto
significatis quod sine tempore mutabilibus agebatur in patria cui eius peregrinatio
suspirabat. Sed utrumque sicut nunc simul omnia ista simul generit
atque haec angelica illa societas et unitas dici quam primo condidit
Deus, tunc etiam cum haec conderentur simul haec fiunt. Nunc per omnes
sex dies tam ea quae per singulos eodem verbo placuit conderentur primo

h' accipiebat in vbo dei ipsa in eius notitia primitus h' fieret et sic est
factum deinde cum facta erat in ipsa sua natura qua sunt deo placu-
issent qa bona sunt tunc ea et idem cognoscebat alia quadam
inferiore cognitione que nomine vespere signata est At deinde facta
vespera fiebat mane cum deus de suo deus opere laudaretur et alterius
creature que deinceps facienda erat ex dei vbo notitia principium
sicut acciperetur Non ergo tunc simul omnia et dies et vespera et mane
sed singillatim per ordinem quem scriptura commemorat Nam etiam cum sol
omnia quia non secundum moras sic sunt dies isti cum oritur et occidit
sol et in locum suum redit ut rursus oriatur sed secundum potentiam
spiritualem mentem angelice cuncta que voluit simul notitia facillime
comprehendente. Nec ideo tamen sine ordine quo apparet connexio pre-
cedentium sequentiumque temporum Neque enim cognitio fit prius non cognoscenda
precedunt que ita posita sunt in vbo per quod facta sunt omnia quam
in hiis que facta sunt omnibus Mens itaque humana prius hec
que facta sunt per sensus corporis experitur eorumque notitiam pro infirmitatis
humane modulo capit et deinde querit eorum causas si quo modo pos-
sit ad eas pervenire principaliter atque incommutabiliter manentes in vbo
dei ut invisibilia eius per ea que facta sunt intellecta conspiciat
quod quanta temporis tarditate ac difficultate agat et quanta
temporis mora propter corpus quod corrumpitur quod aggravat animam etsi
frequentissimo studio rapitur ut instanter atque perseveranter hoc
agat quis ignorat Mens vero angelica pura caritate iste inherens vbo
dei postea quam illo ordine creata est ipsa precessit creata prius
ea vidit in vbo dei facienda que facta sunt Et sic prius fiebat
in eius cognitione cum deus diceret ut fierent quam in illa propria
natura que vid' facta in eius ipsius etiam cognovit humiliore utique
notitia que vespere dicta est. quam notitiam sane precedebant que
fiebant. quia precedit cognitionem quodcumque cognosci potest Nisi enim
prius sit quod cognoscatur cognosci non potest Quod hoc si eadem modo
sibi placeret ut amplius in ipsa quam creatore suo delectaretur
non fieret mane id est non de sua cognitione in laudem creatoris assur-
geret Cum vero factum est mane faciendum erat aliud cognoscendum
deo dicente fiat ipsum prius id est fieret in cognitione mentis an-
gelice et postea rursus dicitur et sic est factum At deinde in natura
ipsa in subsequente vespera noscetur At prior etiam nulla hic
morarum temporalium sit intervalla precessit cum ratio quod deus creature
in vbo dei cum dicit fiat lux. et facta est ipsa lux qua an-
gelica mens formata est. non quod sequebatur ut fieret et ideo
non prius dictum est et sic est factum. et post ea dictum. et fecit
deus lucem. sed continuo post verbum dei facta est lux adherens

tanquam lucem. Lux enim facta videns illam et se in illa, id est rationem qua
creata est, vidit etiam se in se, id est distantem quod factum est ab eo
qui fecit. Et ideo cum placuisset Deo factum videnti quod bonum
est et divisa est lux a tenebris et vocata est lux dies et tene
bre nox, facta est vespera quia universa erat et illa cognitio qua di
stingueretur a creatore creatura aliter in se ipsa cognita quam in illo
atque inde mane ad aliud predicandum quod verbo Dei fieret factum
primus in cognitione mentis angelice deinde in natura ipsius fir
mamenti. Et sic est factum in cognitione creature spiritualis, hoc est precessit
fieri in ea prenoscendo. Deinde fecit Deus firmamentum iam utique
ipsam firmamenti naturam cuius inferior esset tamquam vespertina cognitio
at per usque ad omnium operum finem et usque ad requiem Dei que non
habet vesperam quia non est facta per creaturam nisi posset etiam
ipsius cognitionem cognitio tamquam ipsa sit potior in verbo Dei que
non ~~habet vesperam~~ sic in die, et potior et maior in se ipsa sicut
in vespera. Et si omnia simul mens angelica potest que singillatim
36 per ordinem connexarum causarum sermo distinguit numquid etiam
que fiebant velud ipsum firmamentum velud aquarum congregatio, species
que terre nudata velud fructuum et arbor germinis luminarium et
siderum confirmatio aquatilia terrestria que animantia simul omnia facta
sunt. At non potius per intervalla temporum suis prefinitis diebus? An
forte non sicut ea que nunc motus eorum naturales nunc exprimunt ita etiam
cum primitus instituta sunt cogitare debemus, sed secundum mirabi
lem atque ineffabilem virtutem Sapientie Dei que attingit a fine
usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Neque enim aut
ipsa gradibus attingit aut tamquam gressibus pervenit. Quam propter
quam facilis ei efficacissimusque motus est tam facile Deus condidit
omnia que per illam sunt condita ut non quod nunc videmus temporalibus
intervallis ea moveri ad peragendum que suo cuique generi com
petunt ex illis insitis rationibus veniret quas tamquam seminaliter
sparsit Deus in ictu condendi cum dixit et facta sunt, mandavit
et creata sunt. Non itaque tarde institutum est ut essent tarda
que tarda sunt nec ea mora sunt condita secula qua transcur
runt. Has enim moras tempora peragunt quos cum crearentur
non temporaliter acceperunt. Alioquin si rerum naturales motiones
dierum que istorum quos nunc novimus statuta spatia cum hec primitus
verba Dei facta sunt cogitemus, non uno die opus erat sed pluribus
ut ea que radicibus pullulant terramque vestiunt sub brevi tempore
germinarent. Deinde certo numero dierum pro suo quoque genere in arbores
prorumperent. Etiam si herba usque fieret quod de creata

natura eo die uno, i(d est) tertio factum scriptura narrauit. Deinde
quod diebus opus erat ut aues uolarent si aues uolarent si
a suis primordiis existentes ad plumas et pennas per naturales
numeros peruenerunt. An forte omnia tunc creata erant cum quinto
die dictum est quod eicerunt aque omne uolatile pennatum
secundum genus suum. Aut si propterea recte hoc dici potuit quia in
illo humore omnium iam erant omnia que per certos numeros dierum
coalescunt et explicantur quodammodo que creata sunt quia erant
iam ipse numeros seu rationes in temporalitate rerum intexte rebus
cur non et ante omnia id ipsum recte dici potuit cum iam hee ra-
tiones in celo seminales fient quibus alites corporales sui cuiusque
generis mouerentur et oriri et perfici possent. Neque enim creatorem
scriptura illa narrauit quod sex diebus consummauit omnia
opera sua, de illo alibi non utique dissonante scriptum est quod
creauit omnia simul. Ac per hoc et istos sex dies uel septem
uel potius unum sexies septiesue repetitum simul fecit qui fecit omnia
simul. Cur ergo opus erat sex dies tam distincte dispositeque
uidere quod dictum est creauit omnia simul nisi cum eis sermo tar-
dius accedat ad eo quod ducit eos non possunt peruenire. Cum uero
ergo dicimus sextas repetitio lucis illius presentiam per angelicam co-
gnitionem accessisse et ad mane ei semel hoc sufficerit cum simul uni-
uersum creatum sit simul facta est et in primis atque incommuta-
bilibus rationibus propter quas condita est contemplaretur propter diem et
in eius ipsius natura cognosceretur propter uesperam et tanto minor ex ipsa
etiam inferiore cognitione propter mane laudaretur. Cum non procedebat
mane nisi in uerbo cognosceret quid esset deo postea faciendum id
ipsum etiam cognitione uespera cognitum. Non prius et postius nisi
factum est quia omnia simul facta sunt. Immo uero et prius
atque postius per sex dies que commemorata sunt facta sunt. Cum ita
et hec scriptura que premeratas dies narrat opera dei et illa que
simul eum dicit fecisse omnia uerax est. Utraque una est. Sed
nichil hiis rebus in quibus quid prius sit uel postius interualla
temporum non demonstrant quamuis utrumque dici possit, i(d est) et simul
et prius atque postius facilius tamen intelligitur quod dicitur simul
quam quod prius atque postius. Uelut cum solem intuemur certe
manifestum est quod ad eum acies nostra peruenire non posset nisi totum
aeris celique spatium quod inter nos et ipsum est transcendi posset hoc
aut cuius longinquitatem sic quis estimare sufficiat nec utique
scintilla perueniret eadem acies uel radius oculorum nostrorum ad transcend...

aerem qui est super mare nisi prius transierit eum qui est super terram
in qualibet mediterranea regione sumus a quo loco usque ad litus
maris. Deinde si ad eandem lineam continuatur etiam post mare terra ad
tantum eum quoque aerem qui super illas transmarinas terras est transire
acies nostra non potest nisi prius parto spatio aeris illius qui super
mare quod primum occurrit extenditur. Faciamus iam post illas trans-
marinas terras non nisi oceanum remanere. Numquid et aerem qui super
oceanum effunditur potest transire acies nostra nisi prius transierit quidquid
aeris citra oceanum super terras est. Oceani enim magnitudo incompa-
rabilis perhibetur. Sed quantacumque sit prius eum aerem qui super est
transeant radii oculorum nostrorum et postea quidquid ultra est usque ad cae-
lum ad solem perveniant quem videmus. Numquid quia totiens
hic prius diximus et postea ideo non simul omnia uno ictu transit
noster obtutus. Si enim clausis oculis facie contra caelum ponamus
in medio mox visu eos aperuerimus prius aciem nostram nos invenisse quam
illuc eam porrexisse putabimus ita ut nec ipsi oculi prius aperti
fuisse videantur quam illo quo intenderant pervenisse. Et certe ille cor-
poree lucis est radius emicantis ex oculis nostris et tam longe posita
tanta celeritate contingens ut estimari comparari que non possit. Nempe
hic nisi et illa omnia tam ampla immensaque spatia simul uno ictu
transire manifestum est. et quid prius ac postius transitur nichilominus certum est.
Merito resurrectionis nostre celeritatem cum exprimere vellet apostolus in
ictu oculi dixit fieri. neque enim aliquid in rerum corporearum motibus
vel ictibus potest celerius inveniri. Quod si oculorum carnalium acies
celeritate tantum potest quantum mentis acies humane quanto magis angelice
tantum nam dixerimus summe dei sapientie celeritate dicitur que attingit
ubique propter munditiam. et nichil inquinatum in eam incurrit. Er-
go que facta sunt nemo videt quid prius quid postius fieri
debuit nisi in illa sapientia per quam facta sunt omnia per ordinem
sunt. Dies ergo ille in quo deus primitus fecit si spiritualis rationalisque
creatura est id est angelorum supercelestium atque eorum virtutum presentatur
est omnibus operibus dei hoc ordine presentie quo ordine presentie quam in
verbo dei et faciendi prenosceret. et in creatura facta cognosceret non per
intervallorum temporalium moras sed prius et postius habens in connexione
creaturarum in efficacia vero creatoris omnia simul. Deus enim fecit que
futura erant ut non temporaliter faceret temporalia sed ab eo facta currerent
tempora. Ac per hoc isti dies septem quos lux corporis celestis quos lux
circueundo explicat atque replicat secundum quandam umbram significationis
admonent nos querere illos dies in quibus lux creata spiritualis omnibus
operibus dei presentari in numeri perfectionem potuit presentari potuit atque in septima re-
quiem dei mane habere et vesperam non habere non quia hoc fit deo requievisse
in die septimo tamquam ipso die septimo egerunt ad requiem suam sed

quem in conspectu angelorum suorum requievit ab omnibus operibus suis que fecit
non utique nisi in se ipso qui factus non est, id est ut creatura cuncta angelica
que cognoscit quod ab omnibus operibus eius in ipso et in illis tamquam dies
cum vespera preparativa est, mutata post omnia valde bona opera eius
melius cognosceret quam illum ab omnibus in se ipso requiescere nullo eorum
egentem quo sit beatior etc. Incipit liber quintus super Genesim

Hic est liber creature celi et terre cum factus est dies. fecit deus
deus celum et terram et omne viride agri antequam esset super terram
et ~~homo non erat~~ omne fenum agri antequam exortum est. Non
enim pluerat deus super terram et homo non erat qui operaretur terram. fons
autem ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem terre. Nunc certe firmior
fit illa sententia qua intelligitur unde diem fecisse deum unde iam illi
vi dies vel vii dies per huius repeticionem numerari potuerunt cum quid
apertius sancta iam scriptura dicat tamquam concludens quodam modo cuncta
que ab inicio usque ad hunc locum dixerat atque inferat. Hic liber creature
celi et terre cum factus est dies. Neque enim quisquam dicturus est celum
et terram hic ita commemorata sicut dictum erat antequam conderentur ipsi numerati
dies. In principio fecit deus celum et terram. Illud enim sic eo modo
intelligitur ut aliquid deus fecerit sine die primitus faceret diem quamvis
id possit accipi suo loco sicut quod ad rem putavi. Nulli intellectus
deus melius intelligendi litteram. Nunc autem hic est utique liber
creature celi et terre cum factus est dies satis, ut opinor, ostendit
non hic se ita commemorasse celum et terram sicut in principio antequam
fieret dies cum tenebre essent super abissum. Sed quo factum
est celum et terram cum factus est dies id est iam formatis atque distinctis
partibus atque generibus rerum quibus universa creatura disposita atque
composita reddit hanc speciem que mundus vocatur. Illud ergo
celum commemoratum est quod cum creasset deus firmamentum vocavit
cum omnibus que in illo sunt et ea terra que cum ab illo in uno
continet locum cum omnibus que in ea sunt. Sequitur enim et ad-
iungit fecit deus celum et terram ut celi et terre nomine primitus ante
quem factum diem commemorasset et repetito tum commemorasset
non sinat suspicari ita se nunc celum et terram nominasse sicut in principio
antequam creatus esset dies. Sic enim verba contexuit. Hic est liber
celi et terre cum factus est dies. fecit deus celum et terram ut si
quisquam velit se intelligere quod superius positum est. liber creature
celi et terre. quemadmodum dictum est In principio fecit deus celum
et terram principio conderet diem quia primo et hic commemorata
sunt celum et terra. et postea factus est dies. corrigatur subsequentibus
dictis ibi quia et postea commemorata sunt diem. rursus celi et terre
nomine adiunctum est. quandoquidem et hoc quod positum est et tamen et sic
adiunctum cum factus est dies nimis contentiose extorqueat aliud intel-
lectum esse non posse. Si enim ita esset, inpositum nisi diceretur

Hic est liber creature celi et terre in quo factus est dies. fecit deus celum
et terram quamquam forte sit arbitrandum librum creature celi et terre sic ap
pellatum esse. quod appellatum est in principio celum et terra ante condit
diem. ac deinde subiunctum factum est dies. sicut ibi postea est narrat
quod deus fecit diem in extremo. rursus dictum fecit deus celum et
terram tamquam sit iam quemadmodum facta sunt. hic post conditum diem
Sed quia interpositum est non dictum cum factus est dies sed hic scribitur
verbis connectas ut sit una sententia Hic est liber creature celi et terre cum
factus est dies sine inflexionibus non ita hic modo sit plena sententia cum
factus est dies fecit deus celum et terram. procul dubio cogit eo modo
se intelligi celum et terram condidisse quo facta sunt cum factus
est dies. Deinde cum dictum esset fecit deus celum et terram additum
est et omne viride agri quod certe monstratum est tertio die factum. Unde
liquidius apparet eundem illum esse unum diem quem fecit deus quo
repetito factus est et secundus. et tertius. et ceteri usque ad septimum diem
Cum vero nomine celi et terre usitato more scripturarum universam
creaturam voluit accipi propter quam cur addit et omne viride agri
Quod mihi videtur ideo posuisse nisi significaturus intimaret quem
diem commendaverit quod ait cum factus est dies. Cito enim quispiam
putaret sicut diem luce corporee commendatum quo circumeunte nobis
vicissitudo diurni nocturnique temporis exhibetur. Sed cum creaturarum
conditarum ordinem recolimus et invenimus omne viride agri tertio creatum
die antequam sol fieret qui quarto die factus est cuius presentia dies
ille cotidianus usitatius peragitur quando audimus. cum factus
est dies fecit deus celum et terram. et omne viride agri ad mone
mur de ipso die cogitare quod sive corporalem nescio qua luce nobis
incognita sive spiritualem in societatem unitatis angelice. non tamen
talem qualem novimus hic intellectu nostro vestigare conemur. Illud
etiam non abs re fuit intueri quod cum posset dicere. hic est liber crea
ture celi et terre. cum fecit deus celum et terram ut in celo et in terra
intelligeremus quecumque in eis est sicut loqui divina scriptura consuevit
nisi nomine celi et terre sepissime addito et maris universam simul insinuet
creaturam aliquando adiungens et dicens que sunt in eis ut quecumque
eorum diceret ibi intelligeremus et diem sed quam primitus condidit
sed istum quod presentia solis facit non ita dixit Sed interposuit diem
dicens cum factus est dies. nec ita locutus est ut diceret hic est
liber creature diei et celi tamquam hoc ordine quo facta narrantur
Nec ita hic est liber celi et terre. cum factus est dies et celum et terra
et omne viride agri. nec ita hic est liber creature celi et terre cum fecit
deus diem et celum et terram et omne viride agri. has enim magis
solitos modos loquendi consuetudo poscebat. sed ait. sed ait hic est
liber creature celi et terre cum factus est dies. fecit deus celum et
terram. et omne viride agri tamquam illud insinuans. cum factus
est dies. tunc fecisse deum celum et terram et omne viride agri
Porro cum superior narratio primum diem primitus indicat et unum diem
diem deputat. post quem secundum innectat quo factum est firmamentum

et terram. quorum species breviter magis quam digeste sunt. et leguntur atque hic breviter
terra produxit. An forte hoc illud est quod in libro superiore moliebar
ostendere simul deum fecisse omnia cum quamvis narrationis illa que ex ordine
sex dierum ordine creata cuncta commemorata memorasset. nunc ad unum
diem omnia redigantur nomine celi et terre addito etiam fructeto quando
nimirum ipsi quamvis supra diximus nisi si fortassis ex hac usitata consue-
tudine intelligeretur dies colligeretur lector cum recoleret viride agri
ante ipsum solarem diem deum dixisse nisi terra produceret. ita et
non solum ex alia parte scripture libro prestitur testimonium quod
omnia simul deus creavit. sed omnia in hac testificatione pagine que sequitur
ex hac re nos admonet dicens. cum factus est dies fecit deus
deus celum et terram. et omne viride agri. ut ipsum diem et septies
intelligas repetitum ut fierent vij dies. Et cum audis terra omnia
cum factus est dies illam senariam vel septenariam repetitionem sine inter-
vallis morarum spaciorumque temporalium fieri si potes apprehendas
si autem nondum potes hec relinquas conspicienda valentioribus. Tu autem
cum scriptura non deserente infirmitatem tuam et materno incessu tecum
tardius ambulante proficias. que sic loquitur ut altitudine
altos irrideat profunditate attentos terreat veritate magnos pascat
affabilitate parvulos nutriat. Quid ergo vult etiam quod sequitur etc.

Nam ita sermo contexitur cum factus est dies fecit deus celum et terram
et omne viride agri antequam esset super terram. et omne fenum agri antequam
esset super terram et omne fenum agri antequam exortum est. Quid
est hoc. Nonne querendum est ubi ea fecerit antequam essent super terram
et antequam exorta sunt. Quis enim non potius crederet tunc deum
fecisse cum exorta sunt nisi admoneretur hic divino eloquio ista deum
ante fecisse quam exorirentur ubi et si ubi facta sint inveniri non possit dat
tamen ante facta quam exorta cuius scripture pie credit.
Quid ergo dicemus antequam nonnulli putaverunt in ipso verbo dei facta
omnia antequam exorerentur in terra. Sed si sic modo facta sunt. non cum
factus est dies. sed antequam fieret dies facta sunt. Aperte autem scriptura
dicit cum factus est dies fecit deus celum et terram et omne viride
agri antequam esset etc. et omne fenum antequam exoriretur. Ergo cum
factus est dies non utique antequam fieret dies. At per hoc non in verbo
dei quod patri coeternum est dies antequam omnino fieret aliquid. sed
cum factus est dies. Nam illa que in verbo dei ante omnem creaturam
sunt. non utique cum factus est dies facta sunt. hec autem facta sunt
cum factus est dies sicut scripture verba declarant. sed cum antequam
essent super terram et antequam exorirentur quod de viridibus et feno
agri dictum est. Ubi ergo? Numquid in ipsa terra causaliter et rationaliter sicut
in seminibus iam sunt omnia antequam evolvant quodammodo atque ex-
plicent momenta atque species suas per volumina temporum. Sed illa semina
que videmus iam super terram sunt iam exorta sunt. Ista sunt etiam
accessu intervenientium in annuas erumpunt quod per innovas temporum
nunc si videmus sive utique cum conditi sunt. Num ergo semina
tunc facta sunt cum factus est dies. et in his erat viride

agri et omne fenum secundum eam speciem qua sunt super terram iam
exorta, sed ea in qua sunt in rationibus seminum. Deinde ergo primum
terra produxit. Sed non ita scriptura loquebatur cum diceret: Et produxit
terra herbam pabuli vel herbam feni seminans semen secundum genus
et secundum similitudinem et lignum fructiferum faciens fructum cuius
semen suum in se secundum genus super terram. His enim verbis ma-
gis apparet semina esse exorta ex herbis et lignis, non autem illa ex
seminibus, sed ex terra produxisse quia ipsa verba dei sic se habent. Non
enim ait: Germinet terra herbam feni seminantem semen, nisi se-
men ex herba, non herbam insinuaret ex semine. Et sic est factum
et produxit terra, id est prius sic factum est in cognitione diei illius
et produxit terra, id est tam hic fieri etiam in ipsa creatura que condita
est. Uno modo ergo antequam esset super terram et antequam exoriretur,
quapropter eis aliud fuit fieri cum celo et terra quando factus est dies
ille incompositus atque incognitus nobis quem primum deus fecit,
aliud autem iam exoriri super terram, quod non fit nisi per hos
dies quos sentimus solis facit per temporis motus suoque generi
accommodatas. Unde quod si ita est, dies quippe ille atque societas atque
unitas supercelestium angelorum atque virtutum est, procul dubio longe
alia nota est angelis excepto quod eam quod in verbo dei no-
verunt per quod facta sunt omnia, etiam in se ipsa dico longe ali-
is nota esse quam nobis. Illis enim primordialis, ut ita dicam,
vel originalis sicut eam deus primitus condidit, et post eam conditam
a suis operibus requievit non condendo aliquid amplius. Nobis autem
secundum rerum omnium conditarum administrationem iam per dispositiones
temporum secundum quas deus iam in illis rebus senaria perfectione
consummatis usque modo operatur. Taliter ergo tunc dictum est produxisse
terram herbam et lignum, id est producendi accepisse virtutem. In ea
quippe iam tamquam in radicibus, ut ita dixerim, temporum facta erant que
per tempora erunt futura. Nam utique postea plantavit deus
paradisum iuxta orientem et eiecit ibi de terra omne lignum specio-
sum ad aspectum et bonum ad escam, nec tamen dicendum est eum aliquid
tunc addidisse creature quod antea non fecerat quod velud illi
perfectioni qua omnia bona valde sexto die consummavit postea esset
addendum. Sed quia iam omnes nature fructuum atque lignorum in prima
conditione facte erant a qua conditione deus requievit, movens deinde
et administrans per temporales cursus illa que condidit
et a quibus conditis requievit, non solum tunc plantavit para-
disum, sed etiam nunc omnia que nascuntur. Quis enim alius
etiam nunc ista creat nisi qui usque nunc operatur? Sed creat
hoc modo ex his que iam sunt. Tunc autem ab illo cum omnino
nulla essent creata sunt cum factus est dies ille qui etiam
ipse omnino non erat, spiritualis utique atque intelligibilis creatura.
Fecit itaque creature motibus currere tempora. Unde aut

creaturam frustra tempora requirunt quasi possit inveniri ante tempora
motus enim si nullus esset vel spiritualis vel corporalis creature
quo per presens preteritis futura succederent nullum esset tempus omnino
moveri autem creatura non solum posset si non esset. Potius
ergo tempus a creatura quam creatura cepit a tempore utrumque autem
ex deo ex eo enim et in ipso et per ipsum sunt omnia. Nec sic accipiendum
quod dictum est tempus a creatura cepit quasi tempus creatura non
sit, cum sit creature motus ex alio in aliud rebus secundum admini-
strationem ordinantis dei currentibus que creavit. Proinde cum
primam conditionem creaturarum cogitamus a quibus operibus suis deus in 6
die septimo requievit nec illos dies sicut istos solares nec ipsam
operationem ita cogitare debemus quemadmodum nunc aliquid deus operatur
in tempore, sed quemadmodum operatus est unde inciperent tempora quemad-
modum operatus est simul omnia prestans eis etiam ordinem
non intervallis temporum sed connexione causarum ut ea que simul
facta sunt senario quoque illius diei numero perficerentur. Non
itaque temporali sed causali ordine prius facta est informis forma-
bilisque materies et spiritualis et corporalis de qua fieret quod faciendum
esset cum et tempora principium instituta est non fuisset nec insti-
tuta est nisi ab illo utique summo deo et vero ex quo sunt omnia. Que
sive celi et terre nomine signata sunt que in principio fecit deus
ante illum unum diem quem condidit et appellavit iam sit appellatum
quia inde facta sunt celum et terra sive nomine terre invisibilis
et incomposite atque abyssi tenebrose nisi iam in primo libro trac-
tatum est sive hiis nominibus que iam ex informitate formata sunt
evidentius appellantur creata vel facta vel condita. primum factus
est dies. oportebat enim ut primatum creature optineret illa natura
que creatorem per creaturam posset cognoscere. Secundo firmamentum
unde corporeus incipit mundus. tercio species maris et terre atque in terra
potentialiter ut ita dicam natura herbarum atque lignorum. Sic enim terra ad dei verbum
ea produxit antequam essent exorta accipiens omnes numeros eorum quos
per tempora exereret secundum suum genus. Deinde post eam quam hec velut
habitatio rerum condita est. quarta die luminaria et sidera creata sunt
ut prius pars mundi superior rebus que intra mundum moventur
visibilibus ornaretur. Quinto aquarum natura quia aeri celoque a
iungitur produxit ad verbum indigenas suos omnia scilicet natatilia
et volatilia hec potentialiter in numeris quos per congruos motus temporum
exererent. Sexto terrestria etiam animalia tamquam ex ultimo elemento
mundi ultima nihilominus potentialiter quorum numeros tempora postea visibiliter
explicarent. Hunc enim ordinem creature nominate dies ille cognovit
et per hanc cognitionem sexies quodam modo presentatus tamquam sex
dies exhibuit cum sit unus dies ea que facta sunt in creatore
primitus et in ipsis deinde agnoscens nec ipsis remanens sed etiam

eorum priorem cognitionem ad dei referens dictam vesperam et mane
et meridiem et in omnibus pertinent non per moras temporum sed propter
ordinem conditarum postremum quietis sui creatoris quia in se requie-
scat ab omnibus operibus suis noticiam reputans in qua non habet
vesperam benedici et sanctificari ob hoc meruit Unde ipsum septenari-
um numerum sancto spiritui quodammodo dedicatum commendat sancta scriptura et nominat
ecclesia Hic est ergo liber creature celi et terre. quia in principio
fecit deus celum et terram secundum materie quandam ut ita dicam forma-
bilitatem que quidem verbo eius formanda fuerat precedens formationem
suam non tempore sed origine Nam utique cum formaretur primum factus
est dies. cum factus esset dies. fecit deus celum et terram et omne
viride agri. antequam esset super terram et omne fenum agri antequam exoriretur
sic tractantibus vel si quid liquidius aut congruentius inveniri et dici
patuit aut potuit Quod sequitur non pluerat deus super terram et ho-
mo non erat qui operaretur terram quo pertineat et quid nobis insinuet
indagare difficile est tanquam ideo antequam exortum esset fecit deus
fenum agri quod nondum pluerat super terram. Si enim post pluviam
fenum fecisset deus a pluvia magis exortum quam factum a deo
videretur Quid enim Quod post pluviam exoritur ab alio fit
nisi a deo. Sed cur quod non erat homo qui operaretur terram nonne
iam sexto die fecerat hominem et vii° die requieverat ab omnibus
operibus suis que fecit An et hic recapitulando commemorat quoniam
quando fecit deus omne viride agri. et omne fenum nondum plu-
erat super terram. et nondum erat homo. tercio quippe die fecit illa
hominem autem vi° die Sed cum fecit deus omne viride atque omne
fenum agri antequam exortum est super terram. non solum homo
non erat qui operaretur terram, sed nec ipsum fenum erat super terram
quod utique ante dicit factum quam exortum An ideo die
tercio deus fecit illa. quia nondum erat homo qui operando terram
faceret exoriri quasi vero tam multa ligna. et tam multa genera
herbarum non sine ulla opera hominum. nascuntur ex terra An ob hoc
utique positum est et quia nondum pluerat homo qui operaretur
terram Ubi enim opera humana non est per pluviam ista nascuntur
Sunt autem quedam que etiam per pluviam non nascuntur nisi humana
opera accedat Modo autem utrumque adiutorium necessarium est ut cuncta
nascantur; tunc autem utrumque defuit Ideo fecit ea deus
potencia verbi sui sine pluvia et sine opere humano Nam et
nunc ipse facit. sed iam per pluviam et per hominum manus quamvis
neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed qui incre-
8 mentum dat deus Quid ergo est quod adiungit Fons autem
ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem terre Ille quippe
fons tanta largitate manans sicut nilus egipto posset universe
terre esse pro pluvia Quid utique pro magno commendatum est
ante quam pluerat fecisset deus illa germinatia eum quid

posset adaquare pluvia hic fons irrigans terram. Verum et si
aliquid umquam intra illa fortasse non tamen nulla nascerentur. An hic
etiam more suo scriptura tamquam infirmius loquitur, et tamen innuit
aliud quod intelligant qui valent. Numquid et enim sic isto die
paulo superius commemorato significat unum diem factum a deo, et tunc
deum fecisse celum et terram cum factus est dies ut quo possent
cogitare minus sufficit omnia deum fecisse quamvis superior sex dierum
enumeratio velud temporum intervalla dedisse videtur. Ita cum dixisset
cum celo et terra deum fecisse omne viride agri antequam esset super terram
nec erat homo qui operaretur terram tamquam diceret. Non ea sic fecit
deus quemadmodum facit nunc talia cum pluit et cum operantur
homines. Hic enim iam per moras temporum fiunt que tunc non erant
cum fecit omnia simul. Unde etiam tempora inciperent. Quod autem sequitur
fons autem ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem terre sicut
iam quantum arbitror intimatur. que fiant secundum intervalla temporum 9
ex illa parte conditione creaturarum ubi facta sunt omnia simul. Et recte
ab eo cepit elemento ex quo cuncta genera nascuntur vel animalium
vel herbarum atque lignorum ut agant temporales numeros suos natures proprios. Dist
omnia seminaria gignunt humida sunt et ex humore crescunt. Conse
et illis efficacissimi numeri trahebat secum sequentes potentias ex illis
perfectis operibus dei a quibus in die septimo requievit. Verumptamen
quis iste sit fons ad irrigandam omnis terre faciem pervenerit merito quer 10
sit. Si enim fuit et obstrusus est vel siccatus ea querenda est. Nunc
enim videmus nullum esse fontem quo irrigetur omnis facies terre. Fortas-
sis ergo peccatum hominum hanc etiam penam meruit ut tanta illius fon-
tis repressa largitas fertilitatem terram auferret fecunditate ut colentium
augeretur labor. Posset hic quamvis a nulla scriptura narratum affir-
mare humana suspicio nisi illud occurreret quod peccatum hominum cum pena
laboris imposita est post paradisi delicias extitit. Paradisus autem
habebat per grandem fontem sicut de quo post diligentius suo loquendum
est loco. De cuius uno capite quatuor magna flumina et nota gentibus
manare narrantur. Ubi ergo erat iste fons. aut ista flumina cum ille
unus maximus ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem terre.
Terre enim tunc non Sion quem dicunt nilus unus ex illis quatuor irri-
gabat egiptum quando fons ascendebat de terra et non egiptum tan-
tum sed omnem faciem terre satiabat. An primo deum voluisse credendum
est uno fonte maxime irrigare omnem terram ut ea que prima-
in ea condiderat accepto humoris adiutorio iam etiam per tempora-
spacia per suorum generum diversitate etiam diversis numeris dierum gignerentur
et postea plantato paradiso repressisse illum fontem multis fontibus
sic iam videmus implevisse terram. De paradisi autem uno fonte
quatuor ingentia flumina divisisse ut et terra creaturarum suarum
plena quibus generos numeros suorum temporum agentibus fontes etiam

suos haberet et fluvios paradisus loco celsiore plantatus quatuor illa
flumina ex capite sui fontis emitteret Aut ex ipso uno fonte pa-
radisi multo largius exundante primus totam rigasse terram atque
ad parienda per tempus innumera genera que in ea sine intervallis temporum
terminat fecundasse ac postea recessisse in eo loco aquarum eruptionem
nascentium nisi dimissis per omnem terram capitibus fluminum ac
fontium iam manente ac deinde iam irrigatione illius fontis
non iam universam terram rigantes. sed memoriales solos esse quatuor
illos flumines emittentes plantasse paradisum nisi hominem quem
fecerat collocaret Verum enim non omnia scripta sunt que ad miracula
post illam primam rerum conditionem tempora contulerunt sequentia scripture prout
ad insinuationes creaturarum que simul facte scripto que die illo
consummate sunt, sed quantum satis iudicavit spiritus qui erat scriben-
ti ea que non solum ad instantium rerum notitiam, sed etiam ad futurarum
prefigurationem valerent. nos scientes ceterarum quod si potuit quod ille
non nesciens pretermisit tantum id conantes pro modulo nostro quantum
iuvat ad iuvamen efficere ne aliqua absurditas vel repugnantia
putetur esse in scripturis sanctis que opinionem lectoris offendat
et omnino existimat fieri non potuisse que scripta esse scriptura te-
11 memorat vel resiliat a fide vel non accedat ad fidem / Pro-
inde cum de isto fonte quoniam quod dictum est ascen-
debat de terra et irrigabat omnem faciem terre non impossibile videatur
si ea que diximus impossibilia cuiquam videntur querat ipse aliud quo
tamen verax ista scriptura monstretur. que procul dubio verax est
etiam si non monstretur Nam si argumentari voluit quo eam
falsam esse convincat aut ipse nulla vera de creaturarum conditione
atque administratione dicturus est Aut si veram istam non intelli-
gendo falsam putabit velud si contendat ideo non potuisse unum
quantumlibet omnem terre faciem rigari quia si montes non rigabat
non omnem terre faciem rigari si aut montes rigabat non
erat iam in predicto pagine sed diluvii inundatio Verum
si terra inundata erat totum mare erat arida et nondum discreta
erat cur videtur quia hiis initiis temporum posset secundo tempore per
plana egipti nilus restagnat et alio tempore ad ripas suas
redit Aut si iste versio eius ignote ac longinque partis mundi
aquis et primis hyemalibus communicata creditur mutatione col-
lige. quid de certam altius estivis. quid de quibusdam litoribus
que late nudantur fluctibus vicissimque operiuntur. Dico preter ut
obmittam quod de quorundam fontium mira magnitudine per-
hibetur certo annorum intervallo sic eos inundare ut totam
illam regionem rigent cum alio tempore nisi ex altis puteis ad
potandum sufficientem habeant aquam Cur ergo incredibile

si ex uno capite aliqua inundatione fluente atque refluente tunc universa
terra rigata est. que propter ipsius abissi magnitudinem ea parte excepta
quod mare dicitur. et evidenti amplitudine aque amaris fluctibus
terras ambit in ea sola parte quam reliquit sinibus terra continet
unde sicut omnes fontes amnesque diversis tractibus venasque distribuit
et singuli quoque locis erumpunt fontem nolunt appellare scriptura
non fontes propter nature unitatem cumque per innumerabiles vias cavernarum
atque rimarum ascendentes terram et ubique dispertitis quasi crinibus irrigan-
tem omnem faciem terre non continua specie tamquam maris aut sta-
gni sed sicut incedimus ire aquas per alveos fluminum flexusque rivorum
et eorum excessu vicina perfundere quis non accipiat nisi qui conten-
tiosus laborat. potest quippe etiam ita dicta intelligi omnis terre
facies irrigata quemadmodum dicitur omnis vestis facies colorata
etiam si non continuatim sed maculatim fiat. presertim quia tunc in
novitate terrarum. et si non omnia plura tamen plana fuisse cre-
dibile. quo latius possent erumpentia fluenta dispergi atque di-
stendi. Ergo propter de istius fontis magnitudine vel multitudine
quem sive unum hunc aliud exceptum sit propter aliquam intellectus
similibus unitate. Unde omnes aque sub terram latent cum fon-
tium magnorum atque parvorum unus fons dictus est pro omnibus dispersionibus
ascendentibus de terra et irrigantibus omnem faciem terre. Sunt etiam quod
plurali possint singulare. ut per intelligimus fontes multos
per universam terram loca vel regiones proprias irrigantes sicut dicitur
miles et multi intelliguntur sicut dicta est locusta et rana in plagis
quibus egyptii percussi sunt cum essent innumerabiles locuste
et ranarum. iam non diutius laboremus. Sed illud etiam 17
atque etiam consideremus utrum possit nobis per omnia constare summa
quia dicebamus aliquid de operum. Deinde omnes creaturas sum(m)a
condens quibusque operibus in die vii° requievit aliquid istarum crea-
turarum administrationem quia usque nunc operatur. id est omnia simul sine ullis tem-
poralibus morarum intervallis. Nunc autem per temporum moras quibus
videmus singula moveri aborta usque ad occasum celum mutata
ab estate ad yemem germina certis dierum momentis pullulare
grandescere virescere. arescere. animalibus quoque statutis tempo-
rum metis et curriculis et concipi et perfici et nasci et per etates
usque in senium mortemque decurrere et cetera huiusmodi temporalia
Quis enim operatur ista nisi deus et sine ullo sui tali motu
non enim et ipsi accedit tempore. Sunt illa ergo opera dei quibus

requievit in die septimo et ista que nunc operatur quedam septima interpo-
nens sub narrationis articulo commendavit se illa explicasse et tam-
quam contexere ceterorum explicationem commendato sit facta est. Hic
est liber creature celi et terre. cum factus est dies fecit deus celum
et terram et omne viride agri antequam esset super terram. et omne fenum
agri antequam exoriretur. Non enim pluerat deus super terram nec erat ho-
mo qui operaretur terram. Considera autem contextionis sed cepit fons ascendebat
de terra et irrigabat omnem faciem terre. ab hac commemoratione for-
sitan et deinceps ea que narrantur per moras temporum facta sunt non
omnia simul. Cum igitur se habeant aliter omnium creaturarum rationes
incommutabiles in verbo dei aliter illa eius opera a quibus in die
septimo requievit aliter ista que ex ipsis usque nunc operatur. Horum
trium hoc quod extremum posui nobis utcumque notum est per corporis
sensum et huius consuetudinem vite. Duo vero illa remota a sensibus
nostris et ab usu cogitationis humane prius ex divina auctoritate credenda
sunt. Deinde per hec que nota sunt utcumque noscenda quanto
quisque magis minusve pro sue capacitatis modo divinitus adiutus
intimis externisque temporibus nosse possit. De primis ergo illis divinis
incommutabilibusque eternisque rationibus quoniam ipsa dei sapientia per quam facta
sunt omnia prius quam fierent ea noverat sic scriptura testatur.
In principio erat verbum. et verbum erat apud deum et deus
erat verbum hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum
facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Quis igitur tam sit de-
mens qui dicat non ea deum fecisse que noverat. Porro si no-
verat ubi nisi apud seipsum apud quem verbum erat per quod facta
sunt omnia. Nam si extra seipsum ea noverat quis eum docuerat.
Quis enim cognovit
sensum domini. aut quis consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi
et retribuetur ei. quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Quan-
quam et ea que secuntur in eodem evangelio satis asserant ista similiter.
Adiungit enim evangelista et dicit. Quod factum est in ipso vita
erat. et vita erat lux hominum. quoniam scilicet rationales mentes in quo-
rum genere homo factus est ad ymaginem dei. non habent veram lucem
nisi ipsum verbum dei per quod facta sunt omnia cuius participes
esse poterunt ab omni iniquitate et errore mundate. Non ergo
ita pronunciandum est quod factum est in illo vita erat ut distingua-
mus quod factum est in illo et deinde inferamus vita est.
Quid enim non in illo factum est cum de quo tantus ille multa
etiam terrenis creatis dicat in psalmo. Omnia in sapientia fecisti.
dicatque et apostolus. quoniam in ipso condita sunt omnia in celo

et in terra visibilia et invisibilia. Conveniencius ergo erit si ita distin-
guimus nisi et ipsa terra et que in ea sunt vita sit. Nunc enim
absurde dicuntur omnia vivere quanto absurdius omnia vitam esse pre-
sertim quia distinguit de quali vita loquatur cum addidit et vita erat
lux hominum. Sic ergo distinguendum ut cum dixerimus quod factum est deinde
inferamus in illo vita est non in se hoc est in sua natura quod factum
est ut condita creatura sit sed in illo vita est quia omnia que per illum facta
sunt noverat antequam faceret et in illo creata est universa creatura celi
et terra. Ac per hoc non sunt creatura quia fecit sed sunt vita et lux
hominum quod est ipsa sapientia et ipsum verbum unigenitus dei filius.
Eo modo ergo in illo vita est quod factum est quo dictum est Sicut
pater habet vitam in semetipso sic dedit filio habere vitam in semetipso.
Nec pretermittendum est quod emendatiores codices habent quod factum est
in illo vita erat ut sic intelligatur vita erat quod in principio erat
verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Quod ergo
iam factum est vita erat in illo et vita non qualiscumque. Nam et
pecora dicuntur vivere que non possunt frui participacione sapiencie. Sed vita
erat lux hominum. Mentes quippe rationales eius purgate gratia
possunt pervenire ad eiusmodi visionem qua non sit superius quidquam nec beatius.
Sed etiam si hoc eligimus et intelligimus quod factum est in illo
vita est mox ista sunt ut id quod per ipsum factum est vitam in
illo esse intelligatur in qua vidit omnia quando fecit et sic fecit
et sic vidit ea ita fecit nec preter semetipsum videns sed in semetipso
ita enumeravit omnia que fecit nec alia visio ipsius et patris sed una
sicut una substantia. Nam et in libro Iob ita ipsa sapientia per quam
facta sunt omnia predicatur. Sapientia vero inquit unde inventa est vel
quis locus sciencie. Non cognovit mortalis viam eius nec invenietur in hominibus.
Et paulo post. Audivimus inquit gloriam eius. Dominus commendavit viam
eius et ipse novit locum eius. Ipse enim omne quod est sub celo
perspicit et novit que sunt in terra omnia que fecit ventorum libramenta
atque mensuras quando fecit sic vidit et enumeravit. His atque huiusmodi
testimoniis probatur quod hec omnia priusquam fierent erant in noticia fa-
cientis. Et utique ibi meliora ubi veriora ubi eterna et incommutabilia. Quamquam
sufficere debeat nisi quemquam novisse vel credidisse credat quod deus hec omnia
fecit non opinor cuiquam esse tam excordem ut deum que non noverat
fecisse arbitretur. Porro si noverat ea priusquam faceret ea profecto priusquam
apud illum erant eo modo nota quo sempiterne atque incommutabiliter vi-
vunt et vita sunt. Facta autem eo modo quo unaqueque creatura in genere
suo est. Quia enim illa eterna incommutabilisque natura quod deus
est hoc habet in se ut sit sicut Moysi dictum est ego sum qui sum. longe
alio modo est quam sunt illa que facta sunt quia id vere ac primitus est quod
eodem semper modo est nec solum non mutatur sed mutari omnino
non potest nihil horum que fecit existens et omnia primitus habens sic
ipse est. Neque enim ea faceret nisi ea nosset antequam faceret nec nosset

antequam nec nosset nisi videt nec videtur nisi haberet nec haberet ea que
nondum facta erant nisi quemadmodum est ipse non factus et innatus
quia illa substantia ineffabilis sit nec dici utcumque homini per hominem
possit nisi usurpatis quibusdam locorum ac temporum verbis cum sit ante
omnia tempora et ante omnes locos tamen propinquior nobis qui fecit
quam multa que facta sunt In illo enim vivimus movemur et sumus
istorum autem plurima que remota sunt a mente nostra propter dissimilitu-
dinem sui generis quoniam corporalia sunt Nec idonea est ipsa mens nostra
in ipsis rationibus quibus facta sunt ea videre apud deum nisi per
hoc sciamus quod et quanta qualia que sint etiam si non videamus
per corporis sensus Remota quippe sunt a sensibus corporis nostri quia
longe sunt vel interpositis aut oppositis aliis aciei contuitu tactuque
separantur Ex quo fit nisi maior ad illa invenienda sit labor quam ad
illum a quo facta sunt cum sit inseparabili felicitate prestantius illum
ex quantulacumque particula pia mente sentire quam comprehendere universa
Unde recte culpantur in libro sapientie inquisitores huius seculi si enim tantum
cum potuerunt valere ut possint estimare seculum quomodo eius dominum
non facilius invenerunt Ignota enim sunt fundamenta terre oculis
nostris et qui fundavit terram propinquat mentibus nostris Nam nunc
consideremus ea que fecit deus omnia simul a quibus in vi die consum-
matis requievit in septimo. post ea consideraturi opera eius in quibus
usque nunc operatur Ipse enim ante secula. a seculo autem ea dicit ex quo
cepit seculum et ipsum mundum Cum ergo scriptura In seculo autem sunt
ea que nascuntur in mundo Cum ergo scriptura dixisset omnia per ipsum
facta sunt et sine ipso factum est nichil. paulo post ait In hoc mundo
erat et mundus per eum factus est Deus hoc opere alio loco scriptum est
qui fecisti mundum de materia informi. Hic mundus plenius celi et terre
nomine nuncupatus sit iam commemoravimus deum fecisse que scriptura
dicit cum factus est dies Denarius numerus igitur quantum universum est
dispositionis quemadmodum congruat conditioni mundi huius Et quod sex die-
bus consummatus est cum omnibus que in eo sunt. et quod tunc factus
est cum factus est dies nisi et illud congruat quod creavit omnia simul
16 Huius innotescit creatura multa nobis nomine sunt que in celis
sunt altius quam ut nostri sensus ea possent attingere sunt que in regionibus
terrarum sunt fortassis inhabitabilibus sunt que deorsum latent vel in
profundo abissi vel in occultis finibus terre hec igitur antequam fierent utique
non erant quo ergo nota erant deo que non erant. Et rursus quomodo
ea faceret que nota non erant Non enim quicquam fecit ignorans
nota enim fecit nam facta cognovit Proinde antequam fierent et erant
et non erant Erant in dei scientia non erant in sua natura Ac per hoc
factus est dies ille cui utroque modo innotescerent et in deo et in seipsis
illa velud matutina sive diurna cognitione hac vero velud
vespertina Ipsi hoc deo alio modo non audeo dicere innotuisse cum ea
fecisset quam illo quo ea noverat ut faceret apud quem non est
commutatio nec momenti obumbratio Non sane propter inferiorem ministra-
ntis indiget angeli quam per eos fiat scientior. sed in illo simplici

ac mirabili modo novit omnia stabilia atque incommutabilia sic enim
ministros suos nos et ipsos. quia illo modo deo presto assistunt ut
eum de inferioribus consulant eiusque summis preceptis et iussis obtempe-
rent bonum est eis in ordine sue nature atque substantie Nuncii
autem grece angeli dicuntur quo uno nomine generali universa illa superna
civitas nuncupatur quod primum diem conditum existimamus Nam nec
illud eos latuit misterium regni celorum quod opportuno tempore revelatum
est pro salute nostra qua ex hac peregrinatione liberati eorum cetui
coniungimur. neque enim sic ignoraverunt quando quidem ipsum semen quod
optimo tempore advenit per ipsos dispositum est in manu mediatoris
in cuius potestate qui dominus est eorum est et in forma dei et in forma
servi. Dicit etiam apostolus Michi omnium minimo omnium apostolorum data est gratia hec
in gentibus annunciare investigabiles divitias christi et illuminare que sit
dispositio et dispensatio sacramenti quod fuit absconditum a seculis
in deo qui universa creavit ut innotesceret principibus et potestatibus in
celestibus per ecclesiam sapientie dei secundum propositum seculorum
que fecit in christo iesu domino nostro Sic ergo fuit hoc absconditum
a seculis in deo ut tamen innotesceret principatibus et potestatibus
in celestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. quia ibi primitus
ecclesia quo post resurrectionem et illa ecclesia congreganda est ut simus co-
equales angelis dei. Sunt ergo a seculis in notum. quia omnis creatura
non ante secula sed a seculis. ab ipsa enim exorta sunt secula et ipsa
a seculis. cuius initium seculorum est unigenitus ante secula per quem
facta sunt secula. Sed et ex persona sapientie ante secula magis fundavit
me misit in ea facte omnia cum dictum est. omnia in sapientia fecisti. quod
ante nos ideo tantum innotescit angelis quod absconditum est
etiam hoc eis apparuit cum efficitur atque propalatur quod absconditum est veri-
testis est Et sine dubio magnum quod agitur est pietatis sacramentum secundum idem apostolum
quod manifestatum est in carne iustificatum est in spiritu apparuit angelis
predicatum est gentibus creditum est in hoc mundo assumptum est
in gloria Et nisi fallor mirum est si non omnia que dicuntur deus tegit
ad presens tempus agnoscere id dicitur. quia cognoscendi facit sive ab angelis
sive ab hominibus cognoscendis quippe locutionis tunc per efficientiam id quod
efficitur sicut tunc recte est in scripturis sanctis maxime. cum et deo aliquid
dicitur quod ei ad competentiam locutionis in re venire presidens mentibus nostris
et ipsa veritas clamat Nam nunc dispensamus opera dei que usque
operatur ab illis operibus in die vii o requievit Sunt enim qui
arbitrantur tantummodo mundum ipsum factum esse a deo cetera iam
ab ipso mundo fieri sicut ille ordinavit et iussit deum autem ipsum nihil
operari contra quos profertur illa sententia domini Pater meus usque nunc
operatur. et ne quisquam putaret apud se aliquid illum operari non
in hoc mundo Pater in me manens aliquid opera sua. et sicut
pater suscitat mortuos et vivificat. sic et filius suscitat quos
vult et vivificat Deinde non solum magna atque precipua verum

etiam ista terrena et extrema ipse operatur. Ita dicit apostolus: Stulte
tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Et quod seminas
non corpus quod futurum est seminas sed nudum granum forte tritici aut
alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus quomodo voluit et
unicuique seminum proprium corpus. Sic ergo credamus vel si possumus
etiam intelligamus usque nunc operari deum, ut si conditis ab eo rebus
operatio subtrahatur intereant. Sed plane si aliquam creaturam sic eum
instituere putaverimus ut eam ipse eius prime illi condicioni non inseruerit
aperte contradicimus dicenti scripture quod consummavit omnia opera
sua in die vi°. Secundum illa enim genera rerum que primo condidit nova
eum multa facere que tunc non fecit manifestum est. Novum autem genus in-
stituere eum recte non potest quoniam tunc omnia consummavit. Movet itaque
occulta potentia universam creaturam suam, eaque motu illa versata, dum
angeli iussa perficiunt, dum circueunt sidera, dum alternant venti, dum abis-
sus aquarum lapsibus et diversis etiam per aera conglobationibus agitatur,
dum virecta pullulant suaque semina evolvunt, dum animalia gi-
gnuntur variosque appetitus proprios vitas agunt, dum iniquos exer-
cere permittit, explicat secula que illi cum primum condita sunt tamquam
plicata indiderat, que tamen in suos cursus non explicarentur si ea ille
qui condidit provido motu administrare cessaret. Ad novum autem
nos opportet que in tempore formantur atque nascuntur quomodo ista con-
sideratione debeamus. Non enim frustra scriptum est de sapientia et ama-
toribus suis: ostendit se in viis hylariter et in omni providentia occurrit
illis. Nec omnino audiendi sunt qui putant sublimes quidem
mundi partes, id est a confinio corpulentioris aeris huius et supra, divina
providentia gubernari, hanc vero imam partem terrenam et humidam aeris-
que huius vicinioris qui terrarum et aquarum exalationibus humescit,
in quo venti nubesque consurgunt, casibus potius et fortuitis motibus
agitari. Contra hos enim loquitur psalmus. Cum enim explicasset laudes
celestium se etiam ad ista inferiora convertit dicens: Laudate dominum
de terra dracones et omnes abissi, ignis grando nix glacies
spiritus procellarum vel tempestatis que faciunt verbum eius. Nichil
enim videtur tam casibus volvi quam omnes ille procellose atque tur-
bulente qualitates quibus celi huius inferioris et non immerito
etiam terre nomine deputatum est facies variatur et vertitur. Sed
cum addidit que faciunt verbum eius satis ostendit earum quoque
rerum ordinem divino subditum imperio late nos potius quam
universitati deesse. Nec quod a dei ore ipse salvator dicit unum
passerem non cadere in terram sine voluntate dei, et quod fenum
agri post paululum mittendum in clibanum ipse tamen vestiat, non-
ne confirmat non solum istam totam mundi partem rebus mor-
talibus et corruptibilibus deputatam, verum etiam vilissimas eius
abiectissimasque particulas divina providentia regi? Et certe isti
qui hoc negant nec sanctis eloquiis tante auctoritatis acquiescunt

Sed in hac mundi parte quam putant fortuitis motibus potius agi potius
quam sapientia divine summatis regi. Et hi sunt quasi probent generando ab-
sumitur argumento. Vel ut supra commemoravi de inconstantia tempe-
statum vel de felicitatibus atque infelicitatibus quod pro vite meritis
accidunt viderent tamen ordinem continuum in membris carnis cuiuslibet
animantis apparet non dico medicis qui hec propter artis sue utilitatem
diligenter patefecerunt et dinumerata numerati sunt. Sed cuiuslibet mediocris corde
et considerantis hominis nomine clamaret ne primitus quibuslibet temporis diem
aquilonis omnis mensurarum modus omnis paritas numerorum omnis ordo
ponderum ab eius gubernatione cessaret. Quid ergo absurdius quid insul-
sius senti potest quam eam totam esse vacuam nutu et regimine providen-
tie cum extrema et exigua videns tanta dispositione formata ut paululum ali-
quanto attentius cogitata ineffabilem incutiant admirationis hor-
rorem et cum anime nec corporis nec ancillat. quod est clementius
quam putare nullo esse divine prudentie modum de moribus
moribus hominum cum in eorum carne tante sollertie clareant et de-
monstrentur indicia. Sed quia hec minima in promptu sensibus nostris
et ea facile investigamus elucet in eis ordo rerum. At illa quorum
ordinem inde non possumus inordinate arbitrantur qui esse non pu-
tant nisi id quod inde possint. aut si putant tale quid putant
quale inde consueverunt. Nos autem quorum contrarius ne in illam per-
versitatem incidamus eadem divina providentia presertim scripturarum
regis Scripturis quoque operibus dei eorum admirante indagare convenit
presertim per ordinem temporum usque nunc operatur consideremus ergo cuiuslibet
arboris pulchritudinem in robore ramis frondibus pomis hec species
non utique tanta ac talis exorta est Sed quo etiam ordine no-
vimus surrepsit cum accrevit. quoniam terre primum infixit atque in-
omnia illa formata atque distincta texuerunt porro illud g-
men ex semine sine semine ergo illa omnia primitus fuit cum mole
corporee magnitudinis sed in ipso tali Nam illa magnitudo
arboris potentior quam nos que quia valuit ad latens numerorum compositi
terre tamen ut radices niti in lignum illius qualitate in ramorum
diffusionem in foliorum viriditate ac figuram in fructum formas
arbore illa surgit aut pendet quod non ex occulto quodam thezauro
seminis illius extractu atque deprompta est At illud semen ex ar-
bore licet non ex illa sed ex altera atque illa rursus ex alto semine
alii autem et arbor ex arbore cum surculus detrunctur atque plantata
Ergo et semen ex arbore et arbor ex semine et arbor ex arbore Se-
mine autem ex semine nullo modo nisi arbor intercemat prius Arbor
vero ex arbore etiam si semen non intercemat Altius vero sucimbus

altum exaltos sed utrumque ex terra natum ex ipsis terra. Prior ergo eorum
est terra sicut et animalia prius initium esse utrum ex ipsis semina an
ipsa ex seminibus. Quodlibet tamen horum prius extra certissimum est. Sic-
ut in ipso grano invisibiliter erant omnia simul que per tempora
in arborem surgerent. ita et ipse mundus cogitandus est cum
deus omnia simul creavit. habuisse simul omnia que in illo. et cum
illo facta sunt quando factus est dies non solum celum cum sole
et luna et sideribus quorum species manet motu rotabili et terre et abis-
sis velud inconstantes motus patiuntur atque infusius adiuncta parte
alteram mundi conficiunt. sed etiam que aqua et terra produxit potenci-
aliter atque causaliter priusquam per temporum moras ita exorirentur quo nobis
iam nota sunt in eis operibus que deus usque nunc operatur. Que
cum ita sint hic est liber creature celi et terre et factus est dies
fecit deus celum et terram et omne viride agri antequam exortum
esset non sicut quando facit opere quo nunc usque operatur per pluviam et
agriculturam. ad hoc enim adiunctum est. non enim pluerat deus super terram
nec erat homo qui operaretur terram. sed illo modo quo creavit
omnia simul. senario quoque dierum numero consummavit. cum diem quem
fecit eis que fecit sexies presentavit non alternante spacio temporali
sed ordinata cognitione causali a quibus operibus in die vii° requievit
eique suam requiem eius diei notitie gaudio quo se habere dignatus
et ideo non eum in quolibet opere suo sed in requie benedixit et
sanctificavit. Unde nullam ulterius creaturam constituens, sed ea que
omnia simul fecit administratorio actu gubernans et movens sine
cessatione operatur simul et requiescens et operans sicut iam ista
tractata sunt. quorum operum eius que usque nunc operatur per tempora
volumina explicandorum velud exordium narrandi sumens ait scriptura
fons autem ascendebat de terra. et irrigabat omnem faciem terre
De quo fonte quia disputavimus quod dicendum putavimus ab alio
consideremus exordio etc.

Incipit liber Sextus

Et finxit deus hominem pulverem de terra. et insufflavit in fa-
ciem eius spiritum vite et factus est homo in animam viventem
Hec primo videndum est utrum ista recapitulacio sit ut nunc dicatur
quomodo factus sit homo quem vi° die illo factum legimus an ideo
tunc quando cum fecit omnia simul. In his enim hominem latenter
fecit sicut fenum terre antequam esset exortum ut eo modo in quo ipse iam
iam esset in secreto quodam nature alio factus sit illa que simul
creavit cum factus esset dies accessu temporis etiam isto modo
fieret quo in hac perspicua forma vitam gerit ut bene vel male
sit sicut fenum quod factum est antequam exoriretur super terram acce-
dente iam tempore et fontis illius irrigatione exortum est ut esset
super terram. Primus ergo secundum recapitulacionem id consideremus attempre
fortassis quippe ita homo factus sit in die vi° sicut dies ipse primitus

factus est sed firmamentum sed terra et mare, neque enim tunc aliqua fuerunt
in quibusdam primordiis iam facta latuisse ac deinde in hanc fa-
ciem qua mundus exstructus est excessu temporis tamquam exorta cla-
ruisse sed ab exordio seculi cum factus est dies condicionem mundus
in cuius elementis simul sunt condita que post accessu temporis
orirentur vel frutecta vel animalia quam secundum genus suum
Nam nec ipsa sidera condita est in elementis mundi primitus facta
atque in has emicuisse formas que celitus fulgent sed in illo
senario perfectionis numero facta simul omnia cum factus est dies
Utrum ergo et homo sic ista iam perfecte qua in propria natura vivit
et agit sine bono sine malo An et ipse in occulto sic factus
atque antequam exortum est non sic post ea accessu temporis exoriri
quod de pulvere factus est Accipiamus ergo eum sexto ipso die
in hac perspicua visibilique forma de limo factum, sed tunc non
commemoratum quod nunc recapitulando confirmat et videamus utrum
nobiscum ipsa scriptura concordet Dic ecce scriptum est cum ad hoc
opera dei sexti narrarentur Et dixit deus faciamus hominem ad yma-
ginem nostram et similitudinem nostram et habeat potestatem piscium maris
et volatilium celi et omnium pecorum et omnis terre et omnium reptilium
repentium que repunt super terram et fecit deus hominem ad ymaginem
dei fecit eum masculum et feminam fecit eos et benedixit eos dicens
Crescite et multiplicamini et implete terram et dominamini eius et habete
potestatem piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et omnis
terre et omnium reptilium repentium super terram Iam ergo de limo for-
matus erat et illa iam separata mulier ex latere facta erat sed
hic tunc commemoratum non erat quod nunc recapitulando commemo-
ratum est neque enim sexto die factus est masculus et accessu tem-
poris facta est femina postea, sed fecit eum inquid masculum
et feminam fecit eos et benedixit eos Quomodo ergo in homine
iam in paradiso constituto mulier ea facta est An et hic permis-
sum scriptura revelavit Nam sexto die illo etiam paradisus plan-
tatum est et ibi homo collocatus et soporatus est ut costa for-
maretur et ea formata convenerunt ei quibus imposuit nomen Sed
hec nisi per temporales moras fieri non possent. non enim ita fecit
sunt sic condita sunt omnia simul, quantulibet enim homo cogitet
facilitate qua deus etiam hoc simul in celis fecerit verba certe
hominis nominum nisi per temporales morulas emitti valere non posse
cum ergo verba hominis ordinavit vel cum clamantibus vel cum mulier
nomen imposuit vel cum scriptus etiam dicit apostolus hoc relinquet
homo patrem et matrem et coniungetur uxori sue Et erunt duo
in carne una, quibus quibus syllabis illa sonuit nec due quoque
in hiis verbis sillabe simul sonare potuerunt quanto minus hec
omnia cum hiis que sunt condita sunt simul hoc. Ac per hoc
aut illa omnia non sunt ab ipso summo exordio seculorum sed

numeros atque intervalla temporum facta sunt dies quo ille non spiritali
sed corporali sua primitus conditus vel circuitu lucis nescio quid vel
emissione et contractione mane ac vesperum faciebat aut pro con-
sideratis omnibus que superioribus sermonibus pertractata sunt probabilis
ratio persuasit illum diem spiritalem fuisse atque primam
conditam lucem quandam sapientiam esse vocatam diem eiusque presentia
per ordinatam cognitionem conditarum rerum in numero senario perficitur atque hec
sunt scripture verba congruentia quibus ait postea cum factus est dies
fecit deus celum et terram et omne viride agri antequam esset super terram
et omne fenum agri antequam exoriretur, attestatur etiam quomodo
alibi scriptum est: qui vivit in eternum creavit omnia simul. Illud enim du-
bium sit quod homo de limo terre factus eique formata uxor ex la-
tere iam non ad conditionem que simul facta sunt pertinere quibus
perfectis requievit deus sed ad eam operationem que fit per volumina
seculorum qua usque nunc operatur. Hinc attendit quod etiam verba
ipsa quibus narratur quod deus paradisum plantavit in eo quod hominem
que fecit collocavit ad eumque adduxit animalia quibus nomina impo-
neret in quibus cum adiutorium simile non fuisset inventum
tunc ei mulierem de costa eius detracta formavit. Satis nos
admonent hec non ad illam operationem dei pertinere unde requievit
in die septimo, sed ad istam potius quam per temporum cursus usque nunc
operatur. Cum enim paradisus plantaretur ita narrat: Et plantavit
deus paradisum in Eden ad orientem et posuit ibi hominem quem
finxerat. Et eiecit deus adhuc de terra omne lignum pulchrum
ad aspectum et bonum ad escam. Cum ergo dicit eiecit adhuc de terra
omne lignum pulchrum ad aspectum manifestat utique quod aliter
iam eiecerat de terra ligna, aliter autem cum tertio die produxit terra
herbam pabuli seminantem semen secundum genus suum. Hoc enim est
eiecit adhuc super illud scilicet quod iam eiecerat tunc utique potentialiter
et causaliter in opere pertinente ad condenda simul omnia a quibus
consummatis in die septimo requievit. Nunc autem visibiliter in opere
pertinente ad operum cursum. Nisi forte quis dicat non omne lignum
generis tertio die creatum, sed dilatum aliquid vi die taceatur cum
homo factus est atque in paradiso constitutus. Sed que vi° die
facta sunt apertissime declarat animam vivam scilicet secundum genus suum quod genera
quadrupedum et repentium et bestiarum. Et ipse homo ad ymaginem
dei masculus et femina. Proinde potuit pretermitti quomodo sit homo
factus, que cum ipso die factum narravit nisi recapitulando post-
ea quemadmodum etiam sit factus intimaret hic est de terre pulvere
mulier illi de latere, non tamen aliquid tacuit generis pretermitte
vel in eo quod dixit deus fiat sive faciamus vel in eo quod
dicit sic est factus, sive fecit deus. Alioquin frustra per singulos

dies tam diligenter distincta sunt omnia secundum primordiales dierum per illa
suspicio residere non tamen herba et lignum de terra tertio sit creata cum ligna
etiam sexto die creata esse credamus que ipse sexto die septima tacuit
Postremo quod videbimus de bestiis terre et volatilibus celi que
adduxit deus ad adam ut videret quid ea vocaret quod ita scriptum est
et dixit dominus deus non est bonum esse hominem solum. faciamus
illi adiutorium secundum ipsum Et finxit deus omnes bestias agri
adhuc de terra. et omnia volatilia celi et adduxit illa ad adam ut
videret quid vocaret ea, et omne quodcumque illud vocavit adam
animam vivam hoc est nomen illius Et vocavit adam nomina omnibus
pecoribus et omnibus volatilibus celi. et omnibus bestiis agri Ade
vero non est inventus adiutor similis illi Et misit deus mentis
alienationem super adam et obdormivit Et sumpsit unam de costis eius
et adimplevit carnem in loco eius Et edificavit dominus deus costam
quam assumpsit de adam in mulierem Si ergo queritur cur in pecoribus
et bestiis agri et volatilibus celi non esset inventum adiutorium
simile de costa lateris eius Hic autem factum est cum casu bestias agri et volatilia celi adhuc de terra finxisset et ad illum adduxisset. quod ad hoc sexto die factum hoc potest intelligi quo quidem
illo die produxit terra animam vivam secundum verbum dei volatilia vero
quinto die produxerunt aque et secundum verbum dei Non itaque hoc
diceret et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia volatilia celi nisi quia terra iam produxerat omnes bestias agri sexto die
et aqua omnia volatilia celi quinto die. aliter ergo tunc id est potentialiter
atque causaliter sicut illi operi competebat quo creavit omnia simul a quibus
in die septimo requievit Ac per hoc iam per istos notissimos
nostris sensibus dies quos circuitu solis fiunt Eva facta est de latere viri
Tunc enim deus adhuc finxit de terra bestias et volatilia in
quibus cum adiutorium simile ipsi Adam non esset inventum
illa formata est Sunt talibus ergo diebus etiam de limo ipsum
finxit deus neque enim aliud et masculum quantum sexto die fecit
feminam vero posterioribus diebus cum ipso sexto aptissime dictum sit
masculum et feminam fecit eos et benedixit eos etc que de ambobus
et ad ambobus dicuntur Aliter ergo tunc ambo. et nunc aliter ambo
tunc scilicet secundum potentiam per verbum dei tamquam seminaliter mundo indi-
tam cum creavit omnia simul a quibus in die septimo requievit
ex quibus omnia suis quisque temporibus iam per seculorum ordinem
fierent Nunc autem secundum operationem procedentem temporibus qua
usque nunc operatur et oportebat iam suo tempore fieri Adam
de limo terre eiusque mulierem ex viri latere Sic ergo distribu-
tione operum dei pertinentium ad illos dies invisibiles pertinentium
in quibus creavit omnia simul pertinentium ad istos appositos in quibus

vel alias

operatur cottidie quod per exitus iam quam velut primordialibus
in tempore volvuntur. Si non importune neque absurde scripturarum
verba scrutati sumus que nos ad hec distinguenda direxerunt,
Cavendum est ne propter ipsarum rerum aliquanto difficilem perceptionem
quia tardiores assequi non sufficiunt putemur aliud sentire
ac dicere quod scimus nos nec sentire nec dicere. quamquam enim precedentibus
sermonibus quantum potuimus lectorem prestruxerimus. plures
tamen arbitror caligare in hiis locis et putare ita fuisse primitus
hominem in illo dei opere quo simul omnia creata sunt ut aliquam
vitam duceret et ipsum dei locutum ad se dicentem tunc dixisse Ecce
et ecce dedi vobis omne pabulum seminale dispencel recurreret
intelligeret. Noverit ergo qui hoc putat si hoc me sensisse neque
dixisse. Sed rursus si dixero non ita fuisse hominem in illa prima
rerum conditione qua creavit deus omnia simul sicuti est non
tantum perfecte etatis homo sed nec infans quidem nec tantum infans
sed nec puerperium quidem in utero matris nec tantum hoc sed nec semen quidem
visibile hominis putabit omnino non fuisse. Redeat ergo ad scripturam
inveniet sexto die hominem factum ad ymaginem dei factum autem
masculum et feminam. Item querat quando facta sit femina inveniat
extra illos sex dies. tunc enim facta est quando deus de terra finxit
adhuc bestias agri et volatilia non quando volatilia produxerunt
aque et animam vivam in qua bestie sunt produxit terra. Tunc
autem factus est homo et masculus et femina. Ergo et tunc et postea.
No. bn. Neque enim et tunc et non postea, aut non postea et non tunc,
nec alii postea sed idem ipsi aliter tunc, aliter postea. Querent ex me
postea quomodo. Respondebo postea sicut species humane constitutionis no-
ta nobis est, non tamen parentibus gignentibus sed ille de limo illa de
costa eius. Querent tunc quomodo. Respondebo invisibiliter potencialiter causaliter
quomodo fiunt futura non facta. hoc forte non intelligunt. Subtra-
huntur enim cuncta que norunt usque ad ipsam seminum corpulen-
tiam. Neque enim vel tale aliquid iam homo erat tunc in prima
illa sex dierum conditione factus erat. Datur quidem de seminibus
ad hoc dissimile rerum nonnulla similitudo propter ea que in eis futura
+ congesta sunt. Verumtamen prius ante omnia visibilia semina sunt ille
cause. sed non intelligunt. Quid ergo faciam nisi quantum possum
salubriter moneam ut scripturam dei videat et tunc factum hominem
quando deus cum factus est dies fecit deus celum et terram. De quo
alio loco scriptura dicit qui vivit in eternum creavit omnia simul.
et tunc cum iam non simul sed suis quibusque temporibus creatis fecit
eum de limo terre et coniugem eius esse mulierem tunc nec isto modo

eos illo sexto die factos, nec tamen eos illo sexto die non factos intel-
ligere scriptura permittat. Forte ergo anime eorum sexto illo die facte
erant tunc et ipsa imago dei recte intellecta in spiritu mentis eorum
tunc, postea corpora conformaverunt. Sed neque hic credere eadem scriptura
permittit. Primo propter illam operum consummationem que non
in deo que possit intelligi, si deficit aliquid tunc non causaliter
conditum quod postea visibiliter conderetur. Deinde quia sexus
ipse masculi et femine nisi in corporibus esse non potest. Quod si
quisquam sexum intellectum et actionem tamquam utrumque sexum
in anima una accipiendum putavit, quid faciet de escis que ad
escam dedit in ipso die de lignorum fructibus que nisi
homini habenti corpus non utique congrua est. Nam et hanc escam
figurate si quisquam accipere voluerit, recedit a proprietate rerum gestarum
que primitus in huiusmodi narrationibus omni observatione fun-
danda est. Quomodo ergo inquid loquebatur eis quod nondum
audiebant nec intelligebant, quia nec erant qui verba perciperent.
Possum respondere, sic eos allocutum deum quemadmodum Christus
nos nondum natos etiam longe post futuros, nec tamen nos
sed etiam omnes eos qui futuri sunt post nos omnibus cum dicebat
quos suos futuros videbat, ecce ego vobiscum sum usque in consumma-
cionem seculi. Sicut deo notus erat propheta cum dixit priusquam
te formarem in utero novi te. sicut decimatus est levi cum esset
in lumbis abrahe, cum tamen non ita et ipse abraham in adam
et ipse adam in primis operibus mundi que deus creavit omnia simul.
Sed verba domini per os carnis eius, et verba dei per ora prophetarum
temporali corporis voce proferuntur et omnibus sillabis suis cum sonitus
temporum motus sumunt atque consumunt. Cum ergo deus dicebat
faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram et habeat
potestatem piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et omnis
terre et omnium reptilium que repunt super terram, et crescite et
multiplicamini et implete terram et dominamini eius. et habete
potestatem piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et omnis
terre et omnium reptilium que repunt super terram, et ecce dedi vobis
omne pabulum seminale seminans semen quod est super omnem
terram et omne lignum fructiferum quod habet in se fructum seminis
seminalis quod erit vobis ad escam, ipso sermone eius ante omnem
aeris sonum ante omnem vocem carnis et nubis vocem in illa
summa eius sapientia per quam facta sunt omnia, non quasi hu-
manis auribus insonabat, sed rebus factis vero faciendarum
causas inserebat et omnipotenti potencia futura faciebat

No
No

hominem quem suo tempore formavit in tempore tanquam in semine vel tan-
quam in radice habebat quando condebat unde incipiunt saecula
Creaturae quippe aliae creaturas alias quodam tempore quadam causis
praecedunt Ille autem omnia quae fecit non solum excellentia qua
etiam causarum effector est verum etiam eternitate praecedit Sed de
hoc opportunioribus deinde scripturarum locis fortassis plenius dicendum
Nunc de homine quod coeptum est teneamus ea moderatione servata ut
in profundis scripturis sanctis magis perquiramus diligentiam requirendi
quam affirmandi temeritatem Ieremiam cum noverat deus
prius quam eum formaret in utero dubitare fas non est ap-
tissime quippe dicit Priusquam te formarem in utero novi te
Ubi autem illum nosset antequam formasset ita et si nostrae infirmi-
tati assequi vel difficile vel impossibile est Utrum in aliquibus
propinquioribus causis sicut Levi in lumbis abrahe decimatus
est An in ipso adam in quo genus hominum tanquam radicaliter
institutum est et in eo ipso utrum iam cum de limo formatus
esset An tunc causaliter in his operibus factis quae creavit omnia
simul An vero ante omnem potius creaturam sicut elegit et prae-
destinavit sanctos suos ante mundi constitutionem an potius in omnibus
praecedentibus causis sive quas commemoravi sive quas non com-
memoravi Priusquam in utero formaretur non arbitror scrupulosius
illius quaerere oportere dummodo teneamus constet ex quo ei tunc
parentibus editus in illo egisse vitam propriam qua gratiam dispens-
atoris accessum posset vivere sive male sive bene Antea vero
in illo non solum prius quam in utero formaretur sed etiam nec
illi formatus antequam natus Neque enim habet illam contentionem
apostolica illa sententia de geminis in rebecce utero nondum agentibus
aliquid boni aut mali Nec tamen frustra est scriptum
nec infantem mundum esse a peccato cuius sit unius diei vita
super terram et illud in psalmo Ego in iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis mater mea me alit in utero Et quia in adam
omnes moriuntur in quo omnes peccaverunt Nunc autem hoc modo te-
neamus quemlibet parentum merita tenantur in prolem generationem
gratia dei antequam nascatur quemque sanctificet nec iniquitate
esse apud deum nec bonum mali ne agere quemquam quod ad propriam
personam pertineat antequam natus est Illam quam sententiam qua
nonnulli putant alibi peccasse magis animas et
pro diversitate meritis peccatorum in diversa corpora esse detrusas
apostolice non convenire satis tamen aptissime dictum sit

egisse nondum natos sive boni seu mali At per hoc alia
questio est suo loco retractanda quid de peccato parentum
parentum in quibus non dum fuerunt genus humanum contraxit universa pro-
pagatio Nichil tamen talium meritorum habere potuisse hominem ante
quam de terra pulvere fictus esset antequam suo tempore viveret
nulla questio est Dic enim esau et iacob quos non dum
natos dixit apostolus nichil egisse boni aut mali non possumus
dicere traxisse aliquid meriti de parentibus sed nec ipsi parentes egis-
sent aliquid boni nec mali nec genus humanum peccasse in
Adam si ipse non peccasset adam ~~non aut peccasset adam~~ non
autem peccasset adam nisi iam suo tempore viveret quo posi-
to ita frustra peccatum eius seu recte factum requiritur cum
adhuc in rebus sunt creatis temporaliter conditus nec vita
propria iam vivebat nec in parentibus sic vivebat erat sed in illa
enim prima conditione mundi cum deus creavit omnia simul homo
factus est qui esset futurus velut causaliter hominis nec actio
creati Sed aliter in verbo dei ubi ista non facta sed eterna
sunt Aliter in elementis mundi ubi omnia simul facta futura sunt
Aliter in rebus que secundum causas simul creatas iam non simul
sed suo quoque tempore creantur in quibus adam iam formatus
ex limo et dei flatu animatus sicut fenum exortum aliter in seminibus
in quibus rursus quasi primordiales causae repetuntur de rebus
ducte que secundum causas quas primum condidit extiterunt velut
herba exorta semine et herba semen in quibus omnibus iam facta modos
et actus sui temporis acceperunt que ex occultis atque invisi-
bilibus rationibus que in creatura causaliter latent in manifestas
formas naturasque prodierunt sicut herba exorta super terram et homo factus
in animam vivam et cetera huiusmodi sive fruteta sive animantia
ad illam operationem dei pertinentia qua usque nunc operatur Sed
quemadmodum in grandi quam exierunt de illis primordiis temporum
in quibus creato mundo cum factus est dies antequam
in manifesto proferrentur suis quibusque ... visita sunt
enim prima illa opera dei cum simul omnia crearet in suo modo Si 13
perfecta non essent ea procul dubio postea adderentur que illis perficiendis
deessent nisi quedam universitatis perfecta ex utrisque constaret
conditione ipsum tamen tamquam primordia perfecta essent quarum
si ita esset illa perfecta sic perficientur cum suis quibusdam temporibus

in manifestissimas formas actusque procedunt. profecto aut nihil
ex eis postea per tempora fiet quod cristus ipse suo iam quasi tempore
operatur deus non cessat operari Nunc autem quia iam et consummata
quodam modo inchoata sunt ea ipsa que quantitatibus evolvenda temporibus
primitus deus omnia simul creavit cum faceret mundum consummata quidem
quia nil habent illa in naturis propriis quibus suorum cursus temporum
agunt quod in istis causaliter factum sit inchoata non quia quedam
erant quod semina futurorum per seculi tractum ex occulto in manifestum
locis propriis extendenda Comprimis etiam scripture verba satis ad hoc
admonendum insignitum ingerit si quis in eis vigilet Nam
et consummata ea dicit et inchoata. nisi enim consummata essent
non diceret Et consummata sunt celum et terra et omnis compositio
eorum et consummavit deus in die vi° opera sua que fecit et
requievit deus die vii° ab omnibus operibus suis que fecit
et benedixit deus diem viium et sanctificavit eum. rursus quoque nisi
inchoata essent non ita sequeretur quia ibi illa die requievit
deus ab omnibus operibus suis que inchoavit facere Hic ergo si quis
requirat quomodo consummavit et quomodo inchoavit. neque enim alia
consummavit alia inchoavit. sed eadem ipsa utique a quibus in die
vii mo requievit. ex hiis que supra disputavimus clarum est Con-
summasse quippe ista intelligimus deum cum creavit omnia simul
ita perfecte ut nil ea adsint in ordine temporum creandum esset quod
non hic iam ab eo in ordine causarum creatum esset Inchoasse
autem ut quod hic prefixerat causis postea impleret effectis Sic in-
formavit deus hominem pulverem terre vel limum terre hoc est de
pulvere et limo terre et inspiravit sive sufflavit in eius faciem
spiritum vite in animam vivam non tunc predestinatus hic est ante se-
culum in prescientia creatoris neque tunc causaliter tunc vel consummate
inchoatus vel inchoate consummatus. Hic enim a seculo in rationibus
primordialibus cum simul omnia crearentur sed creatus in tempore suo visi-
biliter in corpore invisibiliter in anima constans ex anima et corpore
Iam ergo videamus quomodo eum fecit deus primum de terra corpus
eius postea etiam de anima videbimus si quid videbimus. quod enim
manibus corporalibus finxerit hominem de limo nimium carnalis cogitatio est ita
ut si hoc dixisset scriptura magis eum qui scripsit translato
verbo usum credere debemus. quam deum talibus membrorum linea-
mentis determinatum qualia videmus in corporibus nostris Denique
enim est manus tua gens disperdidit et duxisti populum tuum
in manu forti et in brachio excelso Sed pro potestate et virtute
dei positum hunc membri nomine quis usque adeo desipit ut non
intelligat Nec id audiendum est quod nonnulli putant ideo
precipuum dei opus esse hominem quia cetera dixit et facta sunt

hominem autem ipse fecit. sed ideo potius quia hominem ad suam ymaginem
fecit Nam illa que dixit et facta sunt ideo sic scriptum est quia per
verbum eius facta sunt sicut per hominem homini potuit dici verbum quod
temporaliter cogitatur in voce profertur Non sic autem loquitur deus nisi
cum per creaturam corporalem loquitur. sicut abrahe sicut moysi. sicut
per nubem de filio suo Ante omnem vero creaturam nisi esset ipsa
creatura eo verbo dictum est. quod in principio erat deus apud deum
et quia omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nichil
utique et homo per ipsum factus est. Hec enim celum verbo fecit quia
dixit et factum est scriptum est tamen et opera manuum tuarum sunt
celi et de hoc mundo quod de fundo mundi scriptum est. quoniam ipsius est
mare et ipse fecit illud et aridam manus finxerunt. Non ergo hic
in honore hominis deputetur velud cetera deus dixit et facta sunt hec
autem ipse fecit verbo autem cetera Sed hinc excellit in homine quia deus
ad ymaginem suam hominem fecit. propter hoc quod ei dedit mentem intel-
lectualem qua preest pecoribus Unde iam superiori loco disseruimus In
quo honore positus si non intellexit ut bene agat eisdem ipse pecoribus
quibus prelatus est comparabitur sic enim scriptum est. homo in honore
positus non intellexit comparatus est pecoribus insensatis et similis
factus est illis Nam et pecora deus fecit. sed non ad ymaginem
suam. Nec dicendum est hominem ipse fecit pecora vero iussit et facta
sunt. et hoc enim. et illa per verbum suum fecit. per quod facta sunt omnia
sed quia idem verbum et sapientia eius est virtus dei manus est non
visibile membrum sed efficiendi potentia Nam hec eadem scriptura que
dicit quod deus hominem de limo terre finxit. dicit etiam quod be-
stias agri finxit de terra quando eas cum volatilibus celi adduxit
ad adam ut videret quid ea vocaret Sic enim scriptum est Et finxit
deus adhuc de terra bestias de terra ipse formavit. quid hic homo
excellentius in hac re nisi quod ipse ad ymaginem dei creatus est
Nec tamen secundum hoc corpus sed secundum intellectum mentis de quo post
loquemur quamquam et in ipso corpore habeat quandam proprietatem que hoc
indicet quod erecta statura factus est ut hoc ipso admoneretur
non sibi terrena esse sectanda velud pecora. quorum voluptas omnis
ex terra est Unde in alvum cuncta pecora prona atque prostrata sunt
Congruit ergo corpus eius animo rationali non secundum liniamenta
figurasque membrorum sed potius id quod in celum in celum erectum
est ad intuenda que corpore ipsius mundi superna sunt sic anima
rationalis in ea debet erigi que in spiritualibus natura maxime excel-
lunt ut que sursum sunt sapiat non que super terram Sed Etas
quo enim fecit deus de limo terre utrumque repente in etate perfecta
hoc est virili atque iuvenili. an sicut nunc usque format in uteris matrum
Neque enim alius hoc facit. quam ille qui dixit. priusquam te formarem
in utero novi te ut illud tantum proprium habuerit adam quod terra non

ex parentibus natus est. sed factus extra. eo tamen modo ut in perficiendo
et per etates augendo hy tempora numero compleantur quos nature humani
generis attributos videmus. Cum potius hoc fecit quod deum et
omnipotentem et sapientem posse ac facere congruebat. Ita enim certas
temporum leges generibus et qualitatibus rerum in manifestum ex
abdito producendis attribuit ut eius voluntas sit super omnia. Potentia
quippe sua numeros creature dedit non ipsam potentiam eisdem numeris alligavit.
Nam spiritus eius ita faciendo mundo superferebatur non corporalibus
locis. sed excellentia potestatis. Quis enim nescit aquam certum tempo-
rum curriculum radicibus vitis venit duci in saginam ligni illius atque
in eo sumere qualitatem qua in uvam procedat paulatim erumpentem
vinum fiat maturumque dulcescat quod adhuc fervescat expressum
et quadam vetustate firmatum ad usum bibendi utilius io-
cundiusque proveniat. Num ideo deus lignum quesivit aut terram aut
has temporum moras cum aquam miro compendio vertit in vinum
et tale vinum quod ebrius et conviva laudaret. Numquid adiutorio
temporis eguit conditor temporis. Nam et certis dierum numeris suorum cuiusque
generum accommodatis omnis natura serpentum tale sit formatur vestitur
roboratur. Numquid expectati sunt hy dies nisi in dracone virga
converteretur de manu moysi et aaron. Nec istum cum fit contra
naturam fit nisi nobis quibus aliter nature cursus innotuit non autem deo cui
hoc est natura quod fecit. Sed merito queri potest causales ille
rationes quas mundo indidit cum primo simul omnia creavit
quomodo sint institute utrum ut quemadmodum videmus cuncta nascen-
tia vel fructu vel animalia in suis conceptionibus atque incrementis
suorum pro diversitate generum diversa spacia peragerent temporum an quem-
admodum creditur factus adam sine ullo progressu incrementorum in vi-
rilitate continuo formarentur. sed cur non utrumque illa credimus habuisse
ut hoc ex eis futurum esset quod factori placuisset. Si enim illo modo dixeri-
mus incipiet contra eas factum esse non solum etiam illud de aqua
vinum. sed et omnia miracula que contra nature usitatum cursum fiunt
Si autem isto modo multo erit absurdius istas ipsas cotidianas
nature formas et species contra illas primordiales omnium nascentium causales
rationales suorum temporum peragere spacia. Restat ergo ut ad utrumque modum
habiles create sint sive ad istum quo usitatissime temporalia transcur-
runt sive ad illum quo rara et mirabilia fiunt sicut deo facere
placuit quod tempore congruat. Verumtamen sic factus est
homo quemadmodum ille prime cause habebant ut fieret primus homo
quem non ex parentibus nasci quia nulli precesserant. sed de limo formari
oportebat secundum causalem rationem in qua primitus factus fuerat. Nam
si aliter factus est non eum deus in illorum sex dierum operibus fecerat
in quibus factus cum dicitur ipsarum causarum utique fecerat deus quibus erat
suo tempore homo futurus et secundum quam fieret ab illo fa-
ciendus qui et consummat inchoata propter perfectionem causarum

rum et [illegible] seminanda propter ordinationem temporum Si ergo in illis
primis rerum causis quas mundo primitus creator inseruit non
tantum posuit quod de limo formaturus erat hominem sed etiam quem-
admodum formaturus utrum sicut in materno utero an in forma
iuvenili procul dubio sic fecit ut illic praefixerat Neque enim contra
dispositionem suam faceret Si autem tantum ibi posuit possibilitatem
ut homo fieret quoquo modo fieret ut et sic et sic posset id
est id quod ibi esset causa et sic et sic posset Unde autem ipsum
modum quo erat facturus in sua voluntate servavit eum mundi
constitutioni contexuit manifestum est non sic esse factum hominem contra
hoc erat in illa prima conditione causarum quia ibi erat etiam sic fieri
posse quamvis non ibi erat ita fieri necesse esse. Hic enim non erat
in conditione creaturae, sed in beneplacito creatoris cuius voluntas rerum
est necessitas Nam et nos pro captu infirmitatis humanae iam in ipsis
rebus tempore exortis possumus nosse quid cuique naturale sit
quod experiendo percepimus, sed utrum etiam futurum sit ignoramus
Est quippe in natura huius ubi gratia iuvenis ut senescat. sed
utrum etiam hoc sit in dei voluntate nescimus Sed nec in natura
esset nisi in Dei voluntate esset qui condidit omnia Et utique
occulta ratio est senectutis in corpore iuvenili vel iuventutis
corpore pueri Neque enim oculis cernitur sicut ipsa in pueritia pueritia
iuventus in iuvene, sed alia quadam notitia colligitur inesse in na-
tura quiddam latens quo educuntur in promptum numeri occulti vel iuven-
tutis a pueritia vel senectutis a iuventute Occulta est ergo ista
ratio qua fit ut hoc esse possit. sed oculis mentis non corporis occulta
Utrum autem hoc etiam necesse sit omnino nescimus et illam quamquam fit nec
esse possit esse in natura ipsius corporis novimus Illam vero qua
fit ut necesse sit in constitutum est illic non esse, sed fortassis in mundo
est nisi necesse sit istum hominem senescere Si autem nec in mundo
est in deo est hoc enim necessario futurum est quod ipse vult et ea vere
futura sunt quae ipse praescivit Nam multa secundum inferiores
causas futura sunt. sed si ibi aliter quam ita sunt. et in praescientia dei
necesse futura sunt. sicut ibi sunt nisi qui praescit falli non potest
Nam futura dicitur senectus in iuvene, sed tamen futura non
est si ante moriturus Hoc autem ita erit sicut se habent aliae esse
sive in mundo contextae sive in Dei praescientia conservatae Nam secundum
quasdam futurorum causas moriturus erat Ezechias cui deus addidit
xv annos ad vitam id utique faciens quod ante constitutionem mundi
se facturum esse praesciebat et in sua voluntate reservabat Non ergo
id fecit quod futurum non erat. hoc enim magis erat futurum quod se
facturum esse praesciebat nec tamen illi anni additi recte dicerentur
nisi ad aliquid adderentur quod se aliter in aliis causis habuerat
Secundum ergo aliquas causas inferiores iam vitam finierat secundum
autem illas quae sunt in voluntate et in praescientia dei qui ex aeternitate
noverat quid illo tempore facturus erat. et hoc vere futurum

erat tunc erat finiturum. Iterum quando finivit ista quae et per ordinem creanti
concessum est creata sunt omnium creaturarum nisi tali creatori concedi oporteret
ille utique praesciebat tamquam primaria filii non poterit et idem quod prae-
sciebat initio futurus erat. Si vero simplicius omnium futurorum causae mundo
vi insitae sunt cum ille factus est dies quando creavit deus omnia
simul non aliter Adam factus est cum de limo formatus est sicut
est credibilius. Nam perfecte in aetate qua erat in illis causis
ubi deus hominem in sex dierum operibus fecit. Ibi enim erat non
solum ut sic fieri posset verum etiam ut ita eum fieri necesse esset.
Tam enim non facit deus contra causam quam sine dubio volens
praestituit quam contra voluntatem suam non facit. Si autem non omnes
causas in creatura primitus condita praefixit, sed aliquas in sua voluntate
servavit non sunt quidem illae quas in sua voluntate servavit ex istarum
quas condidit necessitate pendentes. Non tamen possunt esse contrariae quas
in sua voluntate reservavit illis quas in sua voluntate constituit
quia dei voluntas non potest sibi esse contraria. Istas ergo sic condidit
ut ex illis esse illud cuius causae sunt possit, sed non necesse
sit. Illas autem sic condidit ut ex eis esse necesse sit hoc quod ex istis
fecit ut esse fecit possit. Solet itaque quaeri utrum animale
corpus primo homini formatum sit e limo quale nunc habemus an
spirituale quale resurgentes habebimus. Quamquam enim in hoc illud mu-
tabitur. Seminatur enim corpus animale, resurget corpus spirituale.
Tamen quid primum homini factum sit ideo disceptatur quia si aliter
factum est non hic recipiemus quod in illo perdidimus, sed tanto
melius quanto spirituale animali praeponendum est quando erimus aequales
angelis dei. Sed angeli possunt aliquibus ex iustitia praeferri. Numquid
et domino? De quo tamen dictum est paulominus ab angelis minu-
isti propter carnis infirmitatem quam sumpsit ex virgine formam
servi accipiens in qua moriens nos a servitute redimeret. Sed
quid hinc dicimus disseramus non enim est obscura apostolica
sententia de hac re qui cum voluisset adhibere testimonium
quo probaret esse corpus animale non tantum de suo vel de cuiusque
quam hominis corpore quod in praesenti videbatur, quam de hoc ipso
scripturae huius loco recoluit et adhibuit dicens si est corpus
animale est et spirituale sicut scriptum est. Factus est primus homo
Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.
Sed non primum quod spirituale est sed quod animale, postea spirituale.
Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis.
Qualis terrenus tales et terreni, qualis et caelestis tales et cae-
lestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus et imaginem
eius qui de caelo est. Quomodo ad hoc dicit propter imaginem ergo cae-
lestis hominis nunc ex fide portamus, hoc autem in resurrectione
quod terreni imaginem autem terreni hominis ab ipso exordio
humani generis induimus. Hic occurrit alia quaestio quomodo

renovemur si non ad hoc proprium revocamur quod in adam primus homo
quamquam etsi multa non in pristinum sed in melius renovet abusive re-
cum statu quia que erant antea renovantur. Unde ergo ille filius
mortuus erat et revixit perierat et inventus est. Unde illi perstitu-
tur stola prima si non immortalitatem recepit quam perdidit immortalitatem
si corpus habuit animale. Neque enim animale corpus sed spirituale erit
cum corruptibile hoc induerit incorruptionem et mortale hoc immorta-
litatem. Nonnulli hac angustia coartati ut et illa constet sententia
qua exemplum de animali corpore hic est dictum ut dictum factus
est primus homo adam in animam viventem. et illa renovatio
receptio quoque immortalitatis absurde dicatur in pristinum futura id est
scilicet quod adam perdidit putaverunt quidem primo hominem fuisse corpus
animale sed dum in paradiso constitutus est eum fuisse mutatum sicut
nos quoque resurrectione mutabimur. Hoc capitulum libri geneseos
non commemorat. Sed ut possint utraque testimonia scripturarum
inter se consentire sicut illud quod de animali corpore dictum est sive
illa que de renovatione nostra plurima in sanctis libris reperiuntur. Hoc tamen
necessario coniecerunt accidisse. Et si ita est frustra conamur paradisum
et illas arbores earumque fructus praeter figuratam significationem accipe-
re ad rerum gestarum proprietatem. Quis enim credat iam illis mori
cibos ex arborum pomis in morbidis(?) et spiritualibus corporibus necessarios
esse potuisse. Veruntamen aliud non possum invenire melius
eligimus paradisum spiritualem intelligere quam vel putare non reno-
vare hominem tum totiens scriptura hoc commemorat vel eum existi-
mare recipere quod non ostenditur amisisse. Huc accedit et ipsa
una tollerunt[illegible] videtur enim sibi multa testimonia de-
Certo ergo sine morte mortalis sed morte fuisse nisi peccasset 26
animale. Unde quidam non enim morte corporis si corpus
fuerit sed morte anime quia fecit iniquitas. Nam credunt
enim post corpus animale extiturum fuisse de hoc corpore ad regnum
sicut qui nunc sunt sancti qui iam dormierunt et in fine seculi
mortalia eadem membra immortalia recepturi. ut videlicet mors
corporis non de peccato accidisse videatur sed nature sicut animalium
quorumlibet. Verum hanc rursus apostolus occurrit et dicit Corpus
mortuum est propter peccatum spiritus autem vita est propter iustificationem.
Si autem spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis
suscitabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in nobis
Ac per hoc mors etiam corporis de peccato. Si ergo non peccasset
Adam nec moreretur corpore. ideoque immortale haberet et corpus 21
Certo modo ergo immortale si animale sed rursus non indeficit
quoniam eius corpus in paradiso mutatum propterea [illegible] ex animali
fieret spirituale nichil impediret si non peccasset ut post paradisum

uitam quam si iuste obediens permansisset acciperet carnis corpus
mutatum in uitam eternam ubi iam cibis corporalibus non egeret
Quomodo ergo necesse est propter hoc iam cogi figurate non proprie paradi-
sum intelligere quia non posset mori corpus nisi peccato
Verumtamen quod non moreretur etiam corpore nisi peccasset apte
quippe dicit apostolus corpus mortuum est propter peccatum. Animale
tamen posset esse ante peccatum et post uitam iustitie cum deus
78 vellet fieri spirituale. Quomodo ergo inquiunt renouari dicimur
si non hoc recipimus quod perdidit primus homo in quo omnes
moriuntur. Hoc plane recipimus secundum quendam modum et non reci-
pimus secundum quendam modum. Non itaque immortalitatem spiritualis
corporis recipimus quam nondum habuit homo sed recipimus iustitiam
ex qua per peccatum lapsus est homo. Renouabimur ergo a uetustate
peccati non in pristinum corpus animale in quo fuit Adam sed in
melius corpus spirituale cum efficiemur equales angelis dei apti
celesti habitationi ubi esca que corrumpitur non egebimus. Renouamur
ergo spiritu mentis nostre secundum ymaginem eius qui creauit nos quam
peccando Adam perdidit. Renouamur autem etiam carne cum hoc
corruptibile induet incorruptionem ut sit spirituale corpus in quod
nondum mutatus est sed mutandus erat Adam nisi mortem etiam
corporis animalis peccando meruisset. Denique non ait apostolus
corpus quidem mortale propter peccatum sed corpus mortuum propter peccatum. Illud
mortale et immortale quippe ante peccatum et mortale secundum aliam et immortale secundum
aliam causam dici poterat. id est Mortale quia mori poterat. immortale
quia poterat non mori. Aliud est enim non posse mori sicut quasdam
naturas immortales creauit deus. Aliud est autem posse non mori
secundum quem modum primus homo creatus est immortalis quod ei pre-
stabatur de ligno uite non de constitutione nature. A quo ligno separatus
est cum peccasset ut posset mori qui nisi peccasset posset non
mori. Mortalis ergo erat conditione corporis animalis immortalis
autem beneficio conditoris. Si enim corpus animale utique mortale
quia et mori poterat. Neque enim immortale quia mori omnino
non posset erit nisi spirituale quod nobis futurum promittitur in resurrectione.
Ac per hoc illud animale et ob hoc mortale quod propter iustitiam
spirituale fieret et ob hoc omni modo immortale factum est propter peccatum
non mortale quod et antea erat sed mortuum quod posset non fieri
si homo non peccasset. Quomodo ergo corpus nostrum dicit apostolus
mortuum cum adhuc de uiuentibus loquatur nisi quia iam ipsa
conditio moriendi ex peccato parentum inesset in prole. Animale est enim
et hoc corpus sicut et primi hominis fuit. sed hoc iam in ipso
animalis genere multo est deterius. habet enim necessitatem moriendi
quod illud non habuit. Quamuis enim restabat ad hoc ut in

ut in animatam et spiritale factum plenam in immortalitate perciperet nec cibo
corruptibili egeret tamen si iuste viveret homo et in spiritalem qualitatem
corpus eius mutaretur non iret in mortem Si in nobis autem etiam iuste vi
ventibus corpus mortuum est propter peccatum qua necessitate ex illius primi hominis
peccato venientes non mortale sed mortuum corpus habemus dicit apostolus quia
in adam omnes moriuntur. Item dicit sicut est veritas in ihesu deponere 30
nos secundum priorem conversationem veterem hominem eum qui corrumpitur
secundum concupiscentias deceptionis. Hic est sensus adam per peccatum vetus
Vide ergo quod sequitur Renovamini spiritu mentis vestre. et induite vos
novum hominem. qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis
Ecce quod perdidit adam propter peccatum Hinc renovamur secundum id quod
amisit adam id est spiritum mentis nostre. secundum autem corpus quod seminatur
animale et resurget spirituale in melius renovabimur quod nondum fuit
Adam. Dicit etiam apostolus Expoliantes vos veterem hominem cum actibus
eius induite novum qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem eius
qui creavit eum. Hanc ymaginem in spiritu mentis impressam perdidit
Adam per peccatum quam recipimus per gratiam iusticie non spirituale atque
immortale corpus in quo ille nondum fuit et in quo erunt omnes
sancti resurgentes a mortuis Hoc enim premium est illius meriti quod amisit
Proinde illa stola prima aut ipsa iusticia est unde lapsus est
Aut si indumentum corporis significat immortalitatis etiam fuit ille sic amisit
cum propter peccatum ad eam pervenire non potuit Dicitur enim et amisisse
uxorem et amisisse honorem quem speratus non accepit illo quo non spera
bat offenso Sed hinc gerunt formam corporis animale fuerunt non tamen
ante peccatum sed iam in paradiso constituti quamvis interiore homine fuerint
spiritales secundum ymaginem eius qui creavit eum quod amisit peccando
Sunt etiam corporis mortem quam non peccando meruerunt. et in corporis
spirituale commutationem Nam et si intus alie vixerit non possumus dici
ad hoc ipsum renovari Quibus enim dicitur renovamini spiritu mentis vestre hii
eis dicitur ut spirituales fiant Quod si ille nec ipsa mente fuit quomodo nos
renovamur ad id quod numquam fuit Apostoli autem et omnes iusti animale
utique corpus adhuc habebant sed tamen spirituales intus vivebant re-
novati. sed in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit eos
non ideo tamen iam peccare non poterant si consentirent iniquitati.
Nam et spirituales possunt cadere in temptationem peccati. audiat apostolum ubi ait
fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales
estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis intendens teipsum ne et
tu tempteris. Hoc dixi ne quisquam iudicet impossibile esse quod peccavit
Adam si spiritualis erat mente quamvis animalis esset corpore
Que cum ita sint. tamen ad hunc sententie confirmationem sed expectamus
quo nunc etiam certa scriptura nostrum intellectum non impediat. Sequitur
questio de anima valde difficilis in qua multi laboraverunt nobisque
laborandum reliquerunt Sed enim quia non omnium omnia legere
potui qui de hac re secundum scripturarum veritatem aliquid liquido

nimieque dubium prevenire potuit · sive quia tanta questio est ut eciam
qui eam valide sentiunt non intelligant aliis qualis ipse sim · Fateor
neminem michi adhuc persuasisse quod sic sciam de anima ut nichil amplius
requirendum putem · utrum autem invenire etiam aliquid inventurus sim et diffi-
niturus ignoro · quod autem potero pro conatu meo deus adiuvet sequenti
volumine explicare conabor etc.

Liber 7us

Et finxit deus hominem pulverem de terra · et insufflavit in faciem
eius flatum vite et factus est homo in animam viventem · hec verba
scripture nobis et in principio superioris libri consideranda proposuimus
et de ipso homine facto maxime quia de eius corpore quantum satis
diximus quod secundum scripturas visum est disseruimus / Sed quia
de anima humana non parva questio est ad hunc eam librum dif-
ferendam putavimus nescientes quantum nos dominus adiuturus esset
recte loqui cupientes · Illud tamen scientes nisi quantum ille ad-
iuvisset recte non esse locuturos · Recte autem vacat atque sinit
nichil audacter refellendo nichil temere affirmando dici ad hoc
dubium est utrum sit ne sit contrarium fidei sive sciencie christiane · Quod
autem docet perspicue vel veritatis racione aptissima vel scripturarum aucto-
ritas certissima sine cunctatione asserendo · At primum videamus illud quod
scriptum est flavit vel sufflavit in faciem eius flatum vite
Nonnulli codices habent spiravit vel inspiravit in faciem eius
sed cum greci habeant enephisesen non dubitatur flavit vel suf-
flavit esse dicendum · Tunc habemus autem in superiore sermone de manibus
dei cum homo de limo formatus cogitaretur · Quid ergo nunc dicendum
est · nisi eo quod scriptum est sufflavit deus · ut quia sicut nec manibus
corporis finxit ita nec faucibus labiisque sufflavit · Verumtamen verba
hec scripture in hac questione difficillima plurimum nos quantum opinor
adiuvant · Nam cum quidam ex his verbis crediderint aliquid esse animam
de ipsa substancia dei · id est eiusdem nature cuius ille est · hinc idea putantes · quia cum
homo sufflat aliquid de se ipso emittit inflatum · paranda sunt arma
venenis huius inimica fidei catholice reprobare sentenciam · Nos
enim credimus dei naturam atque substanciam · que in trinitate creditur a multis
intellecta a paucis omnino esse incommutabilem · porro autem animam
sive in melius sive in deterius commutari posse quis ambigit · Hac
per hoc sacrilega opinio est eam et dei unius credere cuius esse substancie ·
Quid enim hoc modo aliud quam et ille commutabilis creditur · Quod
ergo itaque est et intelligendum neque ullo modo dubitandum · quod vera
fides habet animam sic esse a deo tamquam rem quam fecit non tamquam
eius nature cuius ipse est sive genuit sive quo modo protulerit ·
Et quo modo igitur scriptum est sufflavit in faciem eius · et factus
est homo in animam vivam · si non anima dei pars est hic dei
anima substancia · Immo vero ex verbo satis apparet ita non esse · Cum
enim sufflat anima utique subiacente sibi corporis natura motus
et de illa non de se ipsa flatum facit · Nisi forte ista tanta tardi-

sunt ut nesciant de ipso recepto aere quem de isto aere circumfuso ducimus
et reddimus sed etiam flatum cum voluntate sufflamus Quod si etiam
non ex hoc aere qui forinsecus adiacet accepto et reddito. sed et ex ipsius
corporis nostri natura que est sufflando aliquid emittimus. non eadem natura
est corporis et anime. quod et ipsi utique consentiunt quia ipse etiam sit alia
anime substantia que corpus regit et movet aliud flatus quem regendo et mo-
vendo facit de corpore sibi subdito non de se ipsa cum corpus est sub-
ditum. Cum itaque longe distantibus in corporali modo si tamen anima re-
gat subditum corpus et deus subditam creaturam cur non potius intel-
ligatur de subiecta sibi creatura fecisse deus animam in ea quod suf-
flasse dictus sit cum distantibus ipsa anima quamvis corpori suo non
ita dominetur ut deus universitati quia tamen eius motu non de sua
substantia facit fecit posse consistentibus dici nec ipsum dei flatum esse
animam hominis. sed deo sed deum sufflando animam fecisse in homine
Sed ne putetur meliora que fecit verbo quam que fecit flatu
. quia et in nobis melius est verbum quam flatus intuendum est etiam
secundum supradictam rationem cur animam ipsam flatum dei dicere
dubitemus dum modo intelligatur non esse dei natura atque substantia
Sed et ipsum sufflare quod est flatum dare facere. quod ante flatum
facere sit animam facere cum anime substantia sive. cogitavit quod per ysaiam
dicit dominus Spiritus enim procedit a me et flatum esse ego feci. Non
non quemlibet flatum corporum cum dicit sequentia docent. cum enim
dixisset omnem flatum ego fecit. et ipse peccatum inquit parvulum
contristavi eum. et ipse percussi eum Quid ergo est flatum ego
fecit Si ergo diceremus deum tanquam corporei mundi huius animam
cum ipse mundus esset tamquam corpus unius animantis recte non
eum diceremus sufflando fecisse animam hominis nisi corpoream de
isto aere subiacente vel ex corpore suo non tamen quod fecisset
dedisset quod sufflando et de se ipso dedisse putare debemus Sed
ita de subiecto sibi aere corpus sicut anima de corpore huius dei re Omnibus
vero. quia non tantum modo mundi corpus deo esse subditum dicimus
Sed illum esse supra omnem creaturam sive corporalem sive spiritualem
nec de se ipso nec de corporeis elementis credendum est animam fecisse suf-
flando Utrum autem ex eo quod omnino non erat id est ex nihilo an
ex aliqua re que iam ab illo facta spiritualis erat. Si anima non dum
erat videto querere prius Si enim deum aliquid ad hoc ex nihilo adhuc
non credimus postquam creavit omnia simul et ob hoc consummatis
omnibus operibus requievisse credimus que inchoavit facere non est quod
deinde facere ex nihilo fecit non video quemadmodum intelligimus ad hoc
eum ex nihilo animas facere Quod dictum est eum in illis quidem operibus
primorum vi dierum fecisse illum diem occultum At si hic pacimus
credere opus spirituale atque intellectualem naturam id est in unitate angelice
et mundum id est celum et terram atque in illis iam existentibus naturis
rationes creasse futurarum aliarum naturarum non ipsas naturas Alioquin
si iam ibi create essent sicut erant future non adhuc essent future
Quod si ad hoc ita est nondum erat in conditis rebus anime

humane illa natura, et tunc esse cepit cum eam deus sufflando fecit
atque indidit homini. Sed non ideo questio est sublata quia queritur adhuc
utrum eam naturam que anima dicitur et antea non erat ex nichilo tamen
tamquam ipse flatus eius non ex alia substancia subiacente factus
sit sicut de flatu dicebamus que fecit anima ex corpore suo; sed omnino
ex nichilo tunc flatus sit factus cum deus flare voluit et de eo
hominis factus sit anima. An vero iam erat aliquid spirituale quodcumque
illud erat quod nondum erat anime natura erat atque ex hoc factus
sit flatus anime sicut nec corporis humani natura iam erat antequam
eam deus de limo terre vel pulvere formasset. Non enim caro hu-
mana erat pulvis aut limus. Sed tamen aliquid erat, unde
illa fieret que nondum erat. Nam quod credibile est in primis
illis sex dierum operibus deum condidisse non solum futuri corporis
humani causalem racionem verum etiam materiam de qua fieret id est
terram de cuius limo vel pulvere fingeretur anime autem solam ibi con-
didisse racionem secundum quam fieret non etiam quandam propriam que
materia de qua fieret. Si enim quiddam incommutabile esset anima
nullo modo eius quasi materiem querere deberemus. Nunc autem
mutabilitas eius satis indicat eam nunc vitiis atque fallaciis
deformem reddi formari autem virtutibus veritatis atque doctrina, sed
in sua iam natura qua est anima sicut etiam caro in sua natura
qua iam caro est et salute decoratur et morbis vulneribusque fe-
datur. Sed sicut hec excepto quod iam caro est in qua natura
vel proficit in pulchritudinem vel deficit ut deformis sit habuit etiam
materiem id est terram de qua fieret ut omnino caro esset sic fortasse
potuit et anima antequam ea ipsa natura fieret que anima dicitur
cuius vel pulchritudo virtus vel deformitas vicium est habere aliquam
materiam pro suo genere ~~de qua caro facta est erat aliquid quamvis~~
spiritualem que nondum esset sicut terra de qua facta est erat aliquid
quamvis non erat caro. Sed enim terra iam implebat infimam mundi
partem antequam de ipsa corpus hominis fieret consummans universitatem totius
mundi. ut etiam si nulla ex ea fieret caro animantis cuiusquam sed
tamen sua mundi fabricam molemque compleret secundum quam dicitur
mundus celum et terra. At vero spiritualis illa materies si fuit
ulla unde anima fieret vel si est ulla unde anime fiunt. quid
ipsa est quod nomen quam speciem quem usum in rebus conditis
tenet. vivit an non. si vivit quid agit. Quid confert
universitatis effectibus beatamne vitam gerit aut miseram aut
neutram vivificat aliquid an ab hoc etiam opere vacat. et in
quodam secreto universitatis ociosa requiescit sine ullo sensu
motu quoque vitali. Si enim nulla prorsus adhuc vita erat quomodo
esset vite future. quedam incorporea nec vita materies aut
sensum est aut minus latet. Si enim iam vivebat nec beate nec
misere quomodo racionalis erat. Quod si tunc racionalis facta
est irracionalis ergo vita materies erat anime racionalis. id est humane.
Quid ergo inter illam et pecoris animam distabat. An racionalis

erat iam possibilitate non divinam facultate. Si enim credimus infantis
animam iam utique animam, iam utique animam hominis nondum cepisse
uti ratione et tamen eam rationalem iam non dubitamus, cur credatur
sic in illa materie de qua facta est anima quiete fuisse motum
etiam sentiendi. Sic in ista infantuli que iam de anima est hominis
quietus est adhuc motus ratiocinandi. Nam si iam vita erat
vita de qua facta est hominis anima rationalior quo facta est, et ideo
non iam illa materies huius, sed ista illius defluxio est. Nam materies
alia rerum formatur prius; tamen adeo sine dubitatione formatur. Sed ergo
si tunc quoque in aliqua beatitudine fuit, adeo inde defluxio anima
humana posset intelligi, nec sic credenda erit esse cepisse, iam co
actu interiorum suorum in exiguo spacium cepit agere vitam de anima
facta est animans carnis et eius sensibus velud nuncijs utens
atque in seipsa se vivere sentiens sua voluntate intellectu media.
Si enim aliquid utrum illa defluxione formate carnis deus
inspiravit tamquam sufflando animam, faciens id, cuius bene non nullo
modo movetur aut mutatur aut amittit aliquid eorum a deo hic
defluxit unde anima fit, non est enim corpus nisi tamquam exalando
mittatur. Si autem anima irrationalis materies est quadam modo de qua
fit anima rationalis, id est humana, nisi rursus quod etiam ipsa irrationalis
unde fiat, quia et ipsam non facit nisi creator omnium, nunc ex an-
illam de materia corporali. Cur non ergo et istam? Nisi forte quod
velud gradatim fieri concedit compendia deum posse facere quisquam
negabit quod adhibeatur in ipsa, si corpus est materies anime
irrationalis, penultimo corpus est materies anime rationalis, quod necesse
neminem sanum censere sentire nisi qui et ipsam animam non nisi
ignem aliquod corporis putavit. Deinde timendum est ne quedam
translacio fit anime a pecore in hominem posse credatur quod
veritati fideique catholice omnino contrarium est. Si concesserimus
irrationalem animam veluti materiam subiacere unde rationalis anima
fiat, sic enim fiat nisi si hec in melius commutata erit hominis,
illa quoque in deterius commutata fit pecoris. De quo ludibrio
quorundam philosophorum etiam eorum posteri erubuerunt nec eos hoc sensisse
sed non recte intellectos esse dixerunt. Et credo ita esse, velud
si quisquam etiam de scripturis nostris hoc sentiat, ubi dictum est: Homo
in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis et
similis factus est insipientibus illis. Aut in illud legitur: Ne tra-
dideris bestiis animam confitentem tibi. Neque enim omnes heretici scripturas
catholicas legunt, nec ob aliud sunt heretici nisi quod eas non
recte intelligentes suas falsas opiniones contra earum veritatem
pertinaciter asserunt. Sed quoquo modo se sicut vel non sic habeat
opinio philosophorum de revolucionibus animarum, catholice tamen fidei
non convenit credere animas pecorum in homines aut hominum in pecora
transmigrare. Fieri autem homines moribus pecoribus similes et ipsa
res humane clamat et scriptura testatur. Unde est illud: equus

commemoram homo in honore positus non intellexit comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus est illis. Sed in hac vita utique non
post mortem. Proinde ne talibus bestiis nolebat in potestatem dari animam
suam qui dicebat ne tradideris bestiis animam confitentem tibi. Quales
tandem dominus significavit ubi dicit eos indutos vestitu ovium intus
autem esse lupos rapaces vel ipsi diabolo et angelis eius. Nam
ille diabolus est et leo et draco. Quid enim afferunt argumenti philosophi qui
putant animas hominum in pecora vel pecorum in homines post mor-
tem posse transire? Hoc certe quod morum similitudo ad id trahat ve-
lud avaros in formicas rapaces in milvos feroces ac superbos
in leones sectatores autem immunde voluptatis in sues et si qua similia.
Hec quippe asserunt nec attendunt per hanc rationem nullo modo fieri
posse ut pecoris anima post mortem in hominem transferatur. Nullo
modo enim porcus similior erit homini quam porco et tamen man-
suescunt leones canibus vel etiam ovibus fiunt similiores. Cum
igitur ~~a pecoribus~~ a pecorum moribus pecora non recedunt et que
aliquantulum ceteris dissimilia sunt similiora suo generi quam humano
longeque plus ab hominibus quam a pecoribus differunt numquam
erunt hominum anime ille si ea que similiora sunt trahunt. Si al
hic argumentum falsum est quomodo et illa ista opinio quando
quidem nichil aliud afferunt quo etiam si non vera saltem verisimilis
videatur. Unde plerique et ipse credidimus quod etiam eorum posteri
sectatores illos homines qui hoc primis in suis libris posuerunt
in hac vita potius intelligi voluisse quadam perversitate morum
et turpitudine homines pecorum similes fieri ac sic quodammodo in pecora
commutari ut sic hoc dedecore obiecto eos a cupiditatum perversitate revocarent.
Nam et illa que sibi meminisse attendisse ut quidam quasi recordarentur quod
in quorundam animalium corporibus fuerint aut falsa narrant aut hodi-
ernis fictionibus demonum in eorum animis factum est. Si enim contingit in
fallaci memoria quod recordetur se homo fuisse quod non fuit aut
egisse quod non egit. Quid mirum si quodam dei iusto iudicio
sinuntur demones in cordibus etiam vigilantium tale aliquid posse.
Manichei autem qui se christianos putant vel putari volunt
in hac opinione translationis vel revolutionis animarum eo sunt
illis gentium philosophis vel si qui alii heretici. Nam sic putant
deteriores et detestabiliores quod illi anime naturam a dei natura
discernunt. Isti autem cum aliud nichil dicunt esse animam quam
ipsam substantiam dei atque id omnino quod deus est non trepidant
eam tam turpiter commutabilem dicere ut nullum sit herbe vel vermi-
culi genus ubi eam non asserunt esse vel quo revolvi non
posse mirabili affirmetur insania. Cum tamen si remotis ab alio
sio vero ab profundissimarum questionibus quas carnali corde volutantes
necesse est nisi in opiniones falsas noxias monstruosasque la-
bantur et prolabantur. Unde illud firmissime teneant quod anima
rationali sit in nullis disputationibus ambagibus naturalis et

vacat id est esse animam incommutabilem et incorruptibilem tota
eorum multiformis fabula repente dilabitur quam in suis vanis
ac sacrilegis cordibus non imp. de dei turpissima mutabilitate finxe-
runt. non est igitur materies anime humane nec anima mundialis
Terrenum ergo est unde anima flatu dei facta est. Dum corpus aliquid
erat terrenum quantumlibet et humidum nullo modo. hec enim prius caro
facta est. Nam quod aliud factum est hinc quam terra humida nec
humore solo anima facta credenda est. quasi caro de terra et anima
de aqua. Nimis enim absurdum est in hoc putare animam hominis
unde facta est caro piscium et volucrum. Ergo fortassis ex aere. hoc
enim elemento etiam flatus competit. Sed videtur non dei. Unde
supra diximus hi patrissent quorum putant se animam mundi tamquam
tamquam maximi elementi deum credunt. ut ita eam flavit de
aere corporis sui sicut flat homo de suo. cum vero deum esse constet
supra omne mundi huius corpus et supra omnem spiritum quem condit
incomparabili omnino distantia. quomodo id recte dici potest. An
forte quanto magis deus presens est creature cum pa-
singulari tanto magis potest ex aere flatum facere qui anima hominis
esset. Sed cum anima non sit corporea quicquid enim ex mundi
corporeis elementis fit corporeum sit necesse est in quibus mundi
elementis etiam aer iste numeratur nec ex ipso celesti quod ignis
elemento facta anima dicitur credi oportet. omne quippe corpus
in omne corpus posse mutari non desunt qui asserant. Dum
corporeum autem aliquid sive terrenum sive celeste in animam conver-
sionem incorpoream nec scio quem sensisse scio nec fides habet.
Deinde hoc non est contemnendum quod medici non dicunt tan-
tum etiam se probare affirmant quamvis omnis caro terrenam solidi-
tate in promptu gerat. habet tamen in se et aeris aliquid quod et
pulmonibus continetur et a corde per venas quas arterias vocant
diffunditur et ignis non solum fervidam qualitatem cuius sedes
in iecore et cerebro est verum etiam lucidam quam velut elique-
at subvolare dicunt in excelsum cerebri locum tamquam in celum
corporis nostri unde et radii emicant oculorum. et deinde ex me-
dio velud quodam centro non solum ad oculos sed etiam ad sensus ce-
teros tenues fistule deveniunt ad aures usque et ad nares
ad palatum lingue propter audiendum atque gustandum. ipsum quoque
tangendi sensum. qui per totum corpus est. ab eodem cerebro dirigi dicunt
per medelam cervicis et eam que continetur ossibus quibus dorsi
spina constituitur ut inde se tenuissimi rivuli qui tangendi sensum
faciunt per cuncta membra diffundat. Cum ergo hiis quasi nunciis
accipiat anima quicquid eam corporalium non latet. Ipsa vero
ipsorum adeo aliud quiddam est ut cum velit intelligere vel divina
vel deum vel omnino etiam se ipsam suas quas considerare virtutes
ut aliquid inde certi comprehendat. ab hac ipsarum quoque

oculorum luce se exercitat eamque ad hoc negotium non tamen nullo impe-
dimento esse sentiens se in optimum mentis attollat quo excedere quae
aliquid est. Cum eius generis summum non est sic nisi huic quod
ex oculis emicat quo illa non admirat nisi ad corporeas formas
colores que sentiendos hinc quia ipsa immobilia longe dissimilia cunctis
generibus corporum quae non nisi intellectu atque ratione conspiciat quia
multum carnis sensus apparuit. Cum natura ipsius non est quintuplex hu-
mane anime natura nec terrea nec aquea nec de aere nec
de igne quidem.   Sed tamen subtilioris corporis sunt nam hic est hu-
dam quidam etiam quo in carnis usu est qualitate. subtiliore
corporis naturam administrat, id est per lucem et aerem. Nulla enim sunt huius
corporis vel sensus in corpore est vel ab anima pertinens corporis
motus. Sicut qui prius esse debet nosse quam facere. ita sentire prius
est quam movere. Anima igitur quoniam res est incorporea corporis quod
incorporeo vicinum est sicut est ignis vel potius lux et aer primitus
agit. Et per haec cetera quae crassiora sunt corporis sicut humor et
terra. Unde carnis corpulentia solidatur quae magis sunt
ad patiendum subdita quam praedita ad faciendum. Non ergo inaniter videtur
dictum factus est homo in animam vivam quia movetur. sed quia sentire
cepit in corpore. Quod est animatae vivacitatis certissimum carnis
indicium. Nam movetur et arbusta non tamen extrinsecus impellitur
velud cum ventis agitatur, sed illo motu quo intrinsecus agitur
quicquid ad incrementum speciem que arboris pertinet quo dimittitur sive
in radicem sive in ea quibus constat herbe nate vel ligni.
Nichil enim horum sine eius interno motu. Sed iste motus non est per-
tinens qualis ille quo sensum copulatur ad corporis administrationem sicut
in animalibus quae quae notat scriptura animam vivam. Nam et nobis
nisi inesset etiam ille motus non crescerent nostra corpora nec illos
capillos que produceret. Sed si hic solum esset in nobis sine sensu
motuque illo spontaneo non diceretur homo factus in animam vivam.
Proinde quia pars cerebri anterior unde sensus omnis distribuuntur
ad frontem collocata est atque in facie sunt ipsi velud organa sen-
tiendi excepto tangendi sensu qui per totum corpus diffunditur
qui tamen etiam ipse ab eadem anteriori parte cerebri ordinitur hic intra
speciem quae retrorsum producitur atque cervicem ad medullam spineam
de qua loquebamur paulo ante deducitur. Unde habet utique sensum
in tangendo et facies sicut totum corpus exceptis sensibus videndi
audiendi olfaciendi gustandi qui in sola facie praelocati sunt
ideo scriptum arbitror quod in faciem dei insufflavit homini
flatum vitae cum factus est in animam vivam. Anterior quippe
pars posteriori merito praeponitur. quia illa ducit illa sequitur et
ab ista sensus ab ista illa motus est sicut consilium praecedit actionem
Et quoniam corporis motus qui sensum sequitur sine intervallo temporis
nullus est agere aut intervalla temporis spontaneo motu nisi per
adiutorium memorie non valemus ideo tres tamquam ventriculi

cerebri demonstrant. Hunum anterius ad faciem a quo omnis sensus
alterum posterius ad cervicem a quo motus omnis. tertium inter utrumque in quo
memoriam vigere demonstrant. ne cum sensum sequitur motus non connectat
homo quod faciendum si fuerit quod fecit oblitus. Hec illi certis indi-
ciis probata esse dicunt quando et ipse partes aliquo affecte morbo
evidenter defecissent officia vel sentiendi vel movendi membra vel motus
corporis reminiscendi satisque quid valerent singule declararunt eisque
adhibita curatio cui rei reparande proficeret exploratum est. Sed
anima in istis tamquam in organis agit. Nichil horum est ipsa sed
vivificat et regit omnia et per hec corpori consulit. et huic vite
in qua factus est homo in animam vivam. Unde ergo
sit ipsa id est quasi velud materies deus hunc flatum fecit que anima
dicitur. Utrum quasi inchoate corpore de aere. sic enim deus omnem cre-
aturam sit anima omni corpoream creaturam nature dignitate pre-
cellit per lucem tamen et aerem qui in ipso quoque mundo precellentia
sunt corpora magisque habent faciendi prestantiam quam patiendi
corpulentiam sicut humor et terra tamquam ea que spiritui similiora
sunt corpus administrat. Nunciat enim aliquid lux corporea cui
autem nunciat non hoc est quod illa et hoc est anima cui nunciat
non illa que nunciat et cum afflictiones corporis moleste sentit
actionem suam qua illi regendo adest turbato eius temperamento
impediri offenditur. et hec offensio dolor vocatur. Et aer qui nervis
infusus est paret voluntati ut membra moveat non tamen ipse vo-
luntas est. et illa pars media motum membrorum nunciat ut memo-
ria teneatur non ipsa memoria est. Denique cum hec eius tamquam
ministeria vitio quolibet seu perturbatione omnino deficiunt deficientibus
nunciis sentiendi et ministris movendi tamquam non habens cur assit
abscedit. Si autem non ita deficiunt ut in morte assolet turbatur
eius intentio tamquam conantis redintegrare labentia nec valentis.
Et in quibus rebus turbatur medicis cognoscitur que pars instrumentorum intempe-
sit ut si potuerit medicina succurratur. Namque aliud esse ipsam aliud
hec eius corporalia ministeria vel vasa organa vel si quid aptius
dici possunt hinc evidenter elucet quod plerumque se vehementi co-
gitationis intentione avertit ab omnibus presentibus patentibus recteque
valentibus multa posita nesciat. Et si maior intentio est dum
ambulabat repente subsistat avertens utique imperandi nutum a mini-
sterio motionis qua pedes agebantur. Si autem non tanta est
cogitationis intentio ut figat ambulantem loco sed tamen tanta
est ut partem illam cerebri mediam nunciatricem corporis motus
non vacat ante obliviscitur aliquando et unde veniat et quo eat
et transit improvidens illud quo tendebat natura sui corporis pre-
na sed sua in aliud advocata. Anima per istas corpo-
celi corporeas quasdam particulas id est lucis et aeris que prime
excipiunt nutum anime vivificantis eo quod incorporee n e-
propinquiores sunt quam humor et terra ut ad eas proximum mi-
sterium tota moles administret. Utrum deus de celi corporis

et suspenso celo corpori vinculi miscuit aut admiscuit An et ipsam
e limo ut carnem fecit non est ad rem pertinens questio Verumtamen que
corporis mutari posse in animam credere absurdum est Quod obti-
net illud audiendum quod quidam putaverunt quintum quoddam esse
corpus Unde sit anime quod nec terra nec aqua sit nec aer nec
ignis sive iste sit turbulentior atque terrenus sive ille celestis purus
et lucidus. sed nescio quid aliud quod careat usitato nomine
sed tamen corpus sit Si enim qui hoc sentiunt hoc dicunt corpus
quod nos vocamus qualibet longitudine latitudine altitudine
spatium loci occupante Neque hoc et animam nec modesta credenda est
Quamquam enim tale est nisi multa non dicam ingenii magis sui
parte lineis dividi vel circumscribi potest Quod anima per patet
nullo modo posse nosse tales lineas que per longitudinem secari ne-
queunt quales in corpore non possunt reperiri nichilominus novit
nec ipsa aliquid tale esse credit cum se nesciat non possit etiam
quod non cognoscat invenit. tum enim se querit novit quod se querit
quod nosse non posset. si se non nosset Neque aliunde se querit
quam a se ipsa. tunc ergo querentem se novit. et omne quod mo-
net totum novit tum itaque se querentem novit. totam se novit
ergo et totam se novit neque enim et aliud aliquid. sed se ipsam
totam novit Quod ergo adhuc se querit se querente se novit
neque enim si nesciret se posset querentem se nosse neque enim si
nesciret se posset querentem se scire se. sed hoc in presenti Quod autem
de se querit quid antea fuit vel quid futura sit querit. De-
sinat ergo nunc mens se suspicari esse corpus Quia si aliquid
tale esset talem se nosset que magis se novit quam celum
et terram que per sui corporis oculos novit. omitto dicere
quia id eius quod etiam pecora habere intelliguntur vel celi vola-
tilia cum habitacula sua sive nidos repetunt que ceperunt Ima-
gines enim rerum corporalium nullo modo contingunt corpori simile
est Et utique hoc potius corpori esse simile debet unde corporearum
rerum similitudines formantur At si hoc corpus non est. quia
necesse est eas similitudines corporum illic non solum inveniri
verum etiam innumerabiles pro arbitrio figurari quanto magis
alia quedam in suo corpore esse animam simul putant Si autem corpus
esse dicunt a qualibet ratione omne quod est id est omnem naturam
atque substantiam non quidem admittenda est locutio non non inveniamus
quo loqueremur ea que corpora non sunt a corporibus distinguimus
non tamen nimis est de nomine laborandum Nam et nos dicimus
quidquid anima est non esse horum quatuor notissimorum elementorum
que manifesta sunt corpora. sed neque hoc esse quod denique
Quod sit aut non de melius quia anima vel spiritus vite sede
ne additur vite. quia et ille aer purior dicitur spiritus quam
quam et animam etiam aerem appellaverunt etiam non posset

invenire nomine quo ipse distinguitur naturam que nec corporis nec
dei est nec vita sine sensu qualis potest credi in arboribus nec vita
sine rationali mente qualis est in pecoribus. sed vita nunc minor
quam angelorum et futura quod angelorum si preceptis sui creatoris
secundum vixerit Unde sit autem id est de qua velut materia facta sit vel de quo
perfecta beata que natura defluxerit Vel utrum omnino ex nichilo facta
sit etiam si dubitatur et queritur. illud tamen minime dubitandum est
et si aliquid antea fuit unde facta esse quod fuit et eam nunc
adeo factam non animam vivam sit. aut enim nichil fuit aut hoc quod
est quando fuit. sed illam quam querebamus quasi eius materiam
Unde facta est iam satis retractavimus Nunc si omnino non fuit
querendum est quo modo possit intelligi quod talis eius ratio fuisse
dicebatur in primis vi dierum operibus ubi fecit deus hominem
ad ymaginem suam quod non secundum animam non recte intelligitur
Verendum est enim ne tamen dicamus non ipsas rerum naturas atque substantias
que future erant. sed dum creasset dum creasset omnia simul sed causarum futura-
rum quasdam tales rationes potentem mania quedam dare que sunt non re ea
les causales secundum quas iam possit dici deus fecisse hominem ad
ymaginem suam cum corpus nondum de limo finxerat
animam flando finxerat et corporis quidem humani etiam si fuit aliqua
occulta ratio que futurorum erat in se formaturus erit et materies de
qua formaretur id est terra de qua in qua in dei potentia illa ratio tamquam
in semine latuisse anime autem faciende id est flatus faciendi qui esset
anima hominis que ibi iacta temporalis primitus condita est cum
dixit deus faciamusque hominem ad ymaginem et similitudinem nostram
quod non secundum animam recte intelligi non potest si nulla causalis natura
non dicitur sed non hec ratio nisi erat non incitata nondum ymagi-
ne dei. Si autem iam in creatura erat hoc est in hiis que per
omnia creavit deus. in qua creatura erat utrum corporali vel spirituali
Si in spirituali agebat ne aliquid in corporibus mundi seu celestibus
seu terrestribus. et erat in ea hec ratio ante quam homo in
sua propria natura conderetur sicut in ipso homine iam propria ducere
vitam latet consuetudo que id est ratio generandi que non operatur
nisi per concubitum atque conceptum an et illa natura creature spiritualis
in qua latens erat hec ratio nichil agebat sui operis et non quod
erat. an non contineret rationem future anime humane vel futurarum
animarum tamquam in seminibus ipsis esse non possent. sed in alia
creata uita propria vivere sicut generandi ratio non potest esse insi-
ta in aliquibus corporibus perfectis que naturis Parens ergo ane
creature que non in existat insitum tamen vero eam deus formandam

homini facit. Neque enim et ex homine feminam vel feminis vel ipsis
iam plus creat et format nisi deus per sapientiam attingentem ubique propter
suam munditiam ita ut nichil inquinatum in eam incurrat. Quae pertendit
a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Sed ne-
scio quemadmodum possit intelligi adhuc tamen creaturam nescio quam
spiritualem quae in diebus conditionibus per illos sex dies factis non com-
memoratur cum deus hominem fecisse sexto die dictus est quem
nondum in propria natura fecerat. sed ad huius rationem tali in illa
creatura quae commemorata non est. Magis enim debuit ipsa
commemorari quae sit consummata creatura non ad hoc esset sine
sine causa praecedente rationem faciendam. An forte in illius diei
natura quam primitus condidit si spiritus intellectualis dies ille
recte accipitur. hanc faciendae animae hominis rationem deus inseruit
cum sexto die fecit hominem ad ymaginem suam tamquam si coniungens
perficiens sicut cum post illos septem dies faceret non inde corporis
eius talem rationem in natura terrae et animae quam in natura
illius diei creasse credatur. Sed quid aliud dicitur cum hoc dici-
tur nisi angelicum spiritum quasi parentem esse animae si sic in illo
est humanae creandae praecondita ratio sicut in homine futurae
prolis sicut ipsi corporum genitoribus humanorum parentes hominis
animarum angeli, creator vero animarum et corporum deus.
Sed corporum ex hominibus, animarum ex angelis. Aut parentes cor-
poribus corporis ex terra et parentes animae ex angelica natura nisi
rationes earum tales praefixerat quando primitus fecit hominem in his
quae sunt omnia creavit. deinceps iam homines ex hominibus
corpus ex corpore animam ex anima. Durum est hic angelis autem
gloriosum filiam esse dicere animam sed multo durius caeli corpo-
quanto magis et terrae. Multo minus in qualibet corporali creatura
temporalis animae ratio praecondita cum faceret deus hominem ad
ymaginem et similitudinem suam antequam eum suo tempore de limo
formatum flatu animaret non absurde creditur animam talem in
natura angelica condidisse. Illud ergo videamus utrum forsitan
verum esse possit quod certe humanae opinioni tollerabilius in-
videtur deum in illis primis operibus quae simul omnia creavit
animam etiam humanam creasse quam suo tempore membris ex limo
formati corporis inspiraret cuius corporis in illis conditis rebus
simul rerum creasset causaliter secundum quam fieret cum faciendum esset
corpus humanum. Nam neque id quod dictum est ad ymaginem
suam nisi in anima neque illud quod dictum est masculum
et feminam nisi in corpore recte intelligimus. Credatur ergo si
nulla scripturarum auctoritas seu veritatis ratio contradicit hominem ita
factum in sexto die ut corporis quidem humani ratio causalis in elementis

anima vero quam ipse crearet sed primitus condita est deus et
creata latet in operibus dei venit eam suo tempore sufflando hoc est
inspirando formato ex limo corpori inserere. Sed hic rursus non sper-
nenda oritur questio. si enim iam facta erat anima et latebat ubi
ei posset esse melius quam ibi quid ergo fuit ut etiam innocenter
vivens insereretur vite huius carni in qua peccando ipsum qui eam
creavit offenderet Unde eam merito sequeretur laboris erumpna
dampnationis cruciatus An illud dicendum quod ad corpus
administrandum voluntate propria sua inclinata in qua vita corporis
quam iuste et inique vivere posset hoc haberet quod eligeret vel premium
de iusticia vel de iniquitate supplicium. ut non aperte illi fine
dei contrarium qua dicit neodum natos nichil egisse seu boni seu
mali Illa quippe inclinacio voluntatis ad corpus nondum est
actio iusticie vel iniquitatis de qua racio reddenda est in iudicio
de retribuendo unicuique secundum ea que per corpus gessit sive bonum
sive malum Cur ergo iam non et illud creditur quod dei nutu
ad corpus venit ubi si vellet secundum eius preceptum agere mereretur
accipere vite eterne atque angelorum societatem. si contempneret pe-
nas iustissimas haberet sive laboris diutissimi sive ignis eterni
An quia hoc ipsum deo volenti obtemperasse iam utique bona
actio est erit et quomodo neodum natos nichil egisse boni vel mali.
Etenim si ita sunt fatebimur etiam non in eo quod rerum animas primitus
creatum nisi esset prescientia future operis sui et iusti vel iniqui
Neque enim quippe incredibile est eam potuisse propria voluntate incli-
nari ad corporis vitam si se ita inveniret decernat peccaturam esse
proponeret nisi iuste supplicio eterno puniretur. Iuste summe creator
laudatur in omnibus qui fecit omnia bona valde. neque enim
ex hiis tantum laudandus est quibus prescientiam dedit. cum recte lau-
detur etiam quia pecora creavit quibus est natura humana pre-
stantior que in ipsis peccantibus Natura quippe hominis excellentior
est non iniquitas qua se tempore voluit male utendo libero
arbitrio quid tamen si non haberet in natura rerum magna excellentia
cogitandum est quippe homo iuste vivens etiam si prescius futurorum
et ibi videndum est excellentia voluntatis bone qua non impe-
ditur ad recte vivendum et deo placendum quod ignarus futurorum
cum ex fide hoc creatum quominus nolit esse in rebus conditur
dei bonitati quamquam aut penas non sit eam lucem pro peccatis mereatur
est equitati Si ad hoc sit anima ut mittatur in corpus queritur
sit utrum si noluerit compellatur Sed melius creditur hoc naturaliter
velle id est in ea natura creari ut velit. sicut naturale est nobis
velle vivere bene male autem vivere iam non est nature. sed proprie
voluntatis. quam iuste pena consequitur. Frustra ergo iam queritur
ex qua veluti materia facta sit anima si recte intelligi potest

in illis primis operibus facta cum factus est dies. Dicit enim illa que
non erant facta sunt. Sic et hoc inter illa quod et si materies alia forma-
bilis fuit et corporalis et spiritualis non tamen ipsa instituta nisi a deo ex
quo sunt omnia. que quidem formationem suam non tempore sed ori-
gine precedet sicut vox cantum. quid enim convenientius materia spirituali facta anima con-
gruentius creditur. Si autem aliquem non vult tam existimare factam
nisi cum formato corpori est spirata ipse videat quid respondeat
cum queritur unde facta sit. Aut enim ex nichilo deinceps est deum
aliquid facere vel facere post illam consummationem operum suorum. et
debet invenire quomodo expediet vi die factum hominem ad ymaginem
dei. quod nisi secundum animam recte intelligi non potest. in qua natura
rationalis creata facta sunt. Aut non de nichilo sed de aliquo iam
existente factam dicit esse animam et laborabit inquirendo que na-
tura illa sit utrum corporalis an spiritualis secundum eas questiones
quas supra versavimus in mente. Inveniet quoque illam molestiam ut ad hoc querat
in qua subsisterent creaturarum in vi diebus primitus conditarum talem illa
racionem fecit anime quam vel de nichilo vel de aliquo fa-
ciat quam si eo modo dimittere noluit ut dicat vi die etiam
de limo factum esse hominem. sed hoc recapitulando postea comme-
moratum videat de muliere quid dicit. quia masculum et feminam
fecit eos et benedixit eos. Tamen si et ipsam eo die factam esse
dicere voluerit attendat quod asserit vi° die facta vola-
tilia que adducta sunt ad adam cum scriptura omne volatile
quinto die creatum insinuet. Item vi die ligna facta etiam que in
paradiso plantata sunt. cum eadem scriptura hec creature genera tertio
diei tribuit. Ipsa etiam verba consideret quod sit eiecit adhuc de terra
omne lignum pulchrum ad aspectum et bonum ad escam tamquam illa que
tertio die terra eiecerat non essent pulchra ad aspectum et terra ad escam
cum in his sex operibus que deus fecit omnia bona valde.
Et etiam finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia vola-
tilia celi. tamquam illa non fuerint omnia. que primo producta erant
vel post in illa producta erant. Neque enim dictum est finxit
deus adhuc de terra ceteras bestias agri et cetera volatilia celi quasi
que minus vel terra vi vel aliqua v die produxit. Sed omnes
bestias inquid et omnia volatilia. Nec non et illud cogitet quem-
admodum deus et vi diebus fecit omnia. primo ipsum diem secundo
firmamentum. tertio speciem maris et terre atque ex terra herbam et lignum
quarto luminaria et sidera quinto aquarum animalia. Sexto terre
et postea dicitur. cum factus dies fecit deus celum et terram
et omne viride agri cum utique cum factus est dies non fecit nisi
ipsum diem. quo etiam omne viride agri fecit antequam esset
super terram et omne fenum antequam exoriretur. tunc enim fenum

tum exortum est non ante quam exoriretur quemadmodum vero dixerim non scripturae
verba renotaret meminerit etiam scriptum esse qui vivit in eternum
creavit omnia simul. Et videat quemadmodum simul facta dici possunt
quorum creatio spatiis temporalibus distat non horarum tantum sed etiam
dierum. Caveat quoque audere quomodo utrumque sit verum quod consummavit
videri potest et dictum in die vii ab omnibus operibus suis regimenis
se quod Genesios dicitur liber. et usque nunc cum operari quod dominus
dicit. respiciat etiam quod dicta sunt consummata quomodo eadem dicta
sunt inchoata. Huius enim omnibus divinae scripturae testimoniis
quia esse verum nemo dubitat nisi infidelis aut impius
ad illam sententiam ducti sumus ut diceremus deum ab exordio
seculi primitus simul creasse omnia simul. quaedam cum conditis
iam ipsis naturis quaedam praecognitis causis sicut non solum praesentia
verum etiam futura fecit omnipotens et ab eis factis requievit omnipotens
ut sic eorum deinceps ad ministratione atque regimine crearet etiam
ordines temporum et temporalium qui et consummavit ea propter omnium generum
terminationem et inchoavit propter seculorum propagationem ut propter
consummata requiesceret propter inchoata usque nunc operaretur. Sed
si possunt haec melius intelligi non solum non resisto verum etiam
faveo. Nunc tamen de anima quam inspiravit homini suf-
flando in eius faciem nihil confirmo nisi quia ex deo sic est ut non
sit substantia dei et sit incorporea id est non sit corpus sed spiritus. non de
substantia dei genitus nec de substantia dei procedens. sed factus a deo
nec ita factus ut in eius naturam ulla corporis vel irrationalis
animae verteretur. Ac per hoc de nihilo et quod sit immortalis secundum
quendam vitae modum quem nullo modo potest amittere secundum quendam
non mutabilitatem qua potest vel deterior fieri vel melior non immerito
etiam mortalis possit intelligi. quia veram immortalitatem solus
ille habet de quo proprie dictum est qui solus habet immortalitatem. cetera
quae in hoc libro disceptando locuti sumus ad hoc valeant legenti
ut cernat quemadmodum sine affirmandi temeritate quaerenda sunt
quae non aperte scriptura loquitur aut si quaerendi modus iste non
placet quemadmodum ipsum quod sentiat. nisi si me potius docere non
abnuat. si autem non potest aequo animo nobiscum discamus mutuum
requirat etc. **Sequitur liber octavus.**

Et plantavit deus hominem in eden ad orientem et posuit ibi
hominem quem finxerat. Non ignoro de paradiso multos multa
dixisse. Tres tamen de hac re quasi generales sunt sententiae. Una eorum
qui tantum corporaliter paradisum intelligi volunt. alia eorum qui spiritualiter
tantum. tertia eorum qui utroque modo paradisum accipiunt alias
corporaliter alias autem spiritualiter. Breviter ergo ut dicam tertiam mihi fa-
teor placere sententiam. Secundum hanc suscepi nunc loqui de pa-
radiso quod dominus donare dignabitur. ubi homo factus de limo

quod utique corpus humanum est in paradiso loci collocatum intelligi voluit
quemadmodum ipse adam et si aliud aliquid significat secundum id quod eum formam
futuri dixit apostolus. homo tamen in propria natura expressus accipitur
qui vixit certo numero annorum et propagata prole numerosa mortuus est
sicut moriuntur ceteri homines. etiam si non sicut ceteri ex parentibus natus
sed sicut primitus oportebat ex terra factus est. ita et paradisus in quo
eum collocavit deus nichil aliud quam locus quidam intelligatur
terra scilicet ubi habitaret homo terrenus. Narratio quippe in hiis libris
non genere locutionis figuratarum rerum est sicut in cantico canticorum
sed omnino gestarum sicut in regnorum libris et huiusmodi ceteris. Sed
quia illic ea dicuntur que vite humane usus notissima habet
non difficile immo promptissime primitus accipiuntur ad litteram ut deinde
ex illis quid etiam futurarum rerum ipse geste figuraverint exsculpatur
Ubi autem quia dicuntur ea que usitato nature cursu intuen-
tibus non occurrunt nolunt ea quidam proprie sed figurate dicta intelligi
atque ex illo loco volunt incipere historiam id est rerum gestarum
narrationem ex quo dimissi de paradiso adam et eva concubuerunt atque
genuerunt. quasi vero usitatum nobis sit illud quod enim tot annos
vixerunt vel quod enoch translatus est vel quod grandeva
et sterilis peperit et cetera huiusmodi. Sed alia est inquiunt narratio
factorum mirabilium et alia institutarum creaturarum. Illic enim ea ipsa
insolita ostendunt alios esse tamquam naturales modos rerum aliorum
miraculorum que magnalia nominantur hic autem ipse insinuantur institute
nature quibus (?) Et ideo insolita et ipsa quia prima
Nam quid tam sine exemplo et sine pari factum quam in rerum inchoa-
tarum conditione quod mundus. Numquid ideo credendum est deum non
fecisse mundum. quia non facit mundos. aut non fecisse solem
quia non facit soles. et hoc quidem non de paradiso sed de ipso homine
primitus debuit respondere. Nunc vero cum ipsum sic credunt
a deo factum sicut alius nullus factus est cur paradisum nolunt
ita factum credere quemadmodum nunc vident silvas fieri. Ad illos
quippe loquor qui auctoritatem harum litterarum sequuntur. Nam quidam
non proprie figurate paradisum intelligi volunt. Nam qui omnino
adversantur hiis litteris alias cum eis aliter egimus et agimus quamquam et hic
in hoc ipso opere nostro quantum valemus ita defendamus ad litteram
ut qui non velit insanire propter animi pravitatem vel hebetem
credere ita descripta. nullam tamen inveniunt rationem unde falsa
esse convincant. Isti vero qui fidem habent hiis divinis litteris et
volunt paradisum ad litteram ~~karitate~~ proprietate intelligi locum scilicet
amenissimum fructuosis nemoribus opacatum eundemque et ma-
gnum et fonte magno fecundum cum videant nonnulla hu-
mana opera tota ac tanta in virecta plus satis occulto opere
dei imitari quemadmodum credant ipsum hominem ita factum
quemadmodum numquam viderunt. Aut si et ipse figurate

intelligendus est qui genuit Cayn et abel et seth quamvis et ipsa signi-
ficativa fuerint nec etiam homines ex hominibus nati. De proximo ig-
itur attendant istum presumptores qui tendant et conentur nobiscum
cuncta que primitus gesta narrantur in expressionem proprietatis accipe-
re. Cur enim parum caveat intelligentibus quod ista etiam signa
figurata commoneant sive ipsarum spiritualium rerum vel affectionum sive
etiam futurarum. Sane si nullo modo possunt salva fide veritatis
ea que corporaliter hic nominata sunt etiam corporaliter accipi. quid aliud
manet nisi ut ea potius figurate dicta intelligamus quam scripturam
sanctam impie culpemus. Porro autem si non solum non impediunt
verum etiam solidius asserunt divini eloquii narrationem hic etiam corporaliter
intellecta nemo erit utarbitror tam infidelis pertinacia qui cum
ea secundum regulam fidei exposita proprie induci malit in pristina
remanere sententia si forte illi visa fuerant non nisi figurate pos-
se accipi. Nam et ego contra manicheos qui has litteras veteris
testamenti non aliter quam oportet accipiendo errant sed omnino non
accipiendo et detestando blasphemant duos conscripsi libros re-
centi tempore conversionis mee cito volens eorum confutare delira-
menta vel erigere intentionem ad querendum in litteris quas oderunt
christianam et ewangelicam fidem. Et quia mihi tunc non occurrebant
omnia quemadmodum possent proprie accipi magisque non possent accipi
videbantur aut vix posse atque difficile ne retardarer quid
figurate significent ipsa que ad litteram invenire non potui quanta
valui brevitate atque perspicuitate explicavi ne vel
multa lectione vel multa disputationis obscuritate deterriti in manus
ea sumere non curarent. Memor tamen quid maxime voluerim
nec potuerim ut non figurate sed proprie primitus cuncta intellige-
rentur nec omnino desperans etiam sic posse intelligi id ipsum
in prima parte secundi libri ita posui. Sane quisquis vo-
luerit omnia que dicta sunt secundum litteram accipere id est non aliter
intelligere quam littera sonat et potuerit evitare blasphemias et omnia
congruentia fidei catholice predicare non solum ei non est invidendum
sed precipuus multumque laudandus intellector habendus est. Si
autem nullus exitus datur ut pie et digne deo que scripta sunt
intelligantur nisi figurate atque in enigmate proposita ista cre-
damus habentes auctoritatem apostolicam a quibus tam multa de libris
veteris testamenti solvuntur enigmata modum quem tenuimus quem
intendimus adiuvante illo qui nos petere querere et pulsare adhortatur
omnes istas figuras rerum secundum catholicam fidem sive que ad
hystoriam sive que ad prophetiam pertinent explicemus non preiudica-
tes meliori diligentiorique tractatui sive per nos sive per alios quibus dominus
revelare dignatur. Hec tunc dixi. Nunc autem quia voluit
dominus ut ea diligentius intuens atque considerans non frustra
opinarer existimare etiam me posse secundum
propriam litteram non secundum allegoricam significationem hec scripta esse
monstrare per ea que superius volumina ostendimus secundum

et que sequuntur de paradiso presentem . Plantavit ergo deus paradisum
in delitiis hoc est in eden ad orientem et posuit ibi hominem quem finxerat
sic enim scriptum est quia sic factum est Deinde recapitulat ut hoc
ipsum quod breviter posuerat ostendat quemadmodum factum sit hoc est quemadmodum
paradisum deus plantavit et illic hominem quem finxerat constituerit sic
enim sequitur Et eiecit adhuc deus omne lignum pulchrum ad aspectum
et bonum ad escam. non dixit et eiecit deus aliud lignum vel
ceteri ligni. sed eiecit inquid adhuc omne lignum pulchrum ad aspectum
et bonum ad escam Iam ergo tunc produxerat terra omne lignum et
pulchrum ad aspectum et bonum ad escam hoc est tertio die Nam sexto
die dixerat Ecce dedi vobis omne pabulum seminale seminans semen
quod est super omnem terram. et omne lignum fructiferum quod
habet in se fructum seminalis seminis quod erit vobis ad escam
Nam ergo aliud est quod et dedit aliud nunc dare voluit non opinor
sed cum ex his generibus sint ista ligna in paradiso que iam ter-
tio die produxerat ad hoc ea produxit in tempore suo quia tunc
sic quod scriptum est ea produxisse terram talis factum erat in ea
hoc est quod tunc ea produxerit virtute latentis acceperat qua virtute
fit ut etiam nunc talis terra proferat in manifesto in tempore suo
Verba ergo dei vi die dicentis Ecce dedi vobis omne pabulum
seminans semen quod est super omnem terram. et cetera non sonabili
vel temporali voce prolata verba sunt sed sic in verbo eius creandi
potentia Dicta autem hominibus quod sine temporalibus sonis deus
dixit non nisi per temporales sonos potuit futurorum enim erat ut
homo iam de limo formatus et flatu dei animatus et quicquid
ex illo humani generis extitisset uteretur eis ad escam que sic
terram exoritura erant ex illa virtute quam indiderat quam terra iam
acceperat tunc futuri tales rationes in creatura quidem tamen
extitissent loquebantur media atque intima veritate quam nec
oculus vidit nec auris audivit sed spiritus eius prebenti utique
revelavit Illud plane quod sequitur et lignum vite in medio
paradisi et lignum scientie dinoscendi bonum et malum diligentius
considerandum est ne cogat in allegoriam non ista ligna fuerunt
sed aliud aliquid nomine ligni significet Denique est enim de
sapientia lignum vite est omnibus amplectentibus eam Et ipsa
cum sit ierusalem eterna in celis et in terra civitas qua illa significetur
condita est Et sarra agar sarra agar quamvis duo testamenta
significent civitates tamen adam etiam mulieres due Et enim xpus
per lignum passionis sacramento speciali nos irrigans erat inde et
petra que aquam sitienti populo ligno percussa manavit de qua
dicitur Petra autem erat xpus Aliud quam erant illa omnia
significaverunt sed tamen ipsa corporaliter fuerunt Et quando ab narratore
commemorata sunt non erant illa figurata locutio sed earum rerum
expressa narratio quarum erat prefigurata prolocutio Erat ergo
et lignum vite quemadmodum et petra xpus nec sine mysterio

verum spiritualem corporali proprietate voluit hominem deus in paradiso
vivere Erat ei quidem in lignis ceteris alimentum in illo autem sacramentum
quid significans nisi sapientiam de qua dictum est lignum vite est am-
plectentibus eam quemadmodum de christo dicitur petra manans est
sitientibus eum Recte quippe appellatur quod ad eam significandum
precessit ipse est agnus qui immolatus in pascha tamen et illud non
tantum dicendo significabatur sed etiam faciendo Neque enim agnus ille
non erat agnus plane agnus erat et occidebatur et manducabatur
et tamen eo non facto aliud etiam quiddam significabatur Non sicut ille vi-
tulus saginatus qui in minori filio revertenti in epulas occisus est
Ibi quippe ipsa narratio figurata est non figura rerum signo
gestarum Non enim hoc evangelista dominum narrasse narravit sed
quod narravit evangelista etiam factum est dominum scilicet talia locutum
fuisse Christus autem dominus narravit parabola fuit de qua nequaquam
exigitur nisi etiam ad litteram facta monstrentur que sermone proposita
sunt Christus est lapis unctus a iacob et lapis reprobatus
ab edificantibus qui factus est in caput anguli Sed illud
etiam in rebus gestis factum est hoc autem tantum in figuris predictum
Illud quippe scripsit narrator rerum preteritarum hoc pronunciator
tantummodo futurarum Sic et sapientia id est ipse christus lignum vite
est in paradiso spirituali quo misit de cruce latronem Creatum est autem
quod eam significaret lignum vite et in paradiso corporali quia
hoc illa scriptura dicit que suis temporibus res gestas narrans
per hominem corporalibus insensibilibus continuit factum et in corpore
viventem ibi constitutum narravit Aut si quisquam putaverit
animas cum corpore excesserint locis corporalibus insensibilibus contineri
cum sint sine corpore afferat sententiam suam Non deerunt
qui faveant ut etiam illum divitem sitientem in loco utique corporali
fuisse contendant ipsamque animam omnino esse corpoream propter
ardentem linguam et stillam aque de lazari digito concupitam
pronunciare non dubitent cum quibus ego de tam magna questione
in illa temeritate confligo Melius est enim dubitare de occultis
quam litigare de incertis Illum quippe divitem in ardore
penarum et illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendos
esse non dubito sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni
et ille sinus abrahe illa lingua divitis ille digitus
pauperis illa sitis tormenti illa stilla refrigerii vix fortasse
a mansuete querentibus a contentiose autem certantibus nunquam invenitur
Cito tamen respondendum est ne nos profunda ista questio et multo
sermone indigens tardet. Si corporalibus locis anime continentur
etiam exeuntes corporibus. potuit ille latro in eum introduci para-
disum ubi fuerat corpus primi hominis ut a pictore scripturarum
loco. Si nulla necessitas flagitaverit etiam de hac re quod vel

quaeramus vel arbitremur utrumque per manus Nunc quod sapientia
non sit corpus et ideo nec lignum nec dubito nec dubitari aliquem
puto potuisse autem per lignum id est per corpoream creaturam
tamquam sacramento quodam significari sapientiam in paradiso corporali
ille credendum non existimat qui vel tam vel multa in scripturis
rerum spiritualium corporalia sacramenta non videt vel hominem primum
cum eiusmodi aliquo sacramento vitam non debuisse tolendi(?)
apostolus dicat etiam hoc quod de muliere dixit cum constat ei factam
esse de latere eius propterea relinquet homo patrem et matrem et adhae-
rebit uxori suae et erunt duo in carne una Sacramentum magnum
esse in Christo et in ecclesia Mirum est autem et nimis(?) sicut quem-
admodum velint homines paradisum figurate dictum et nolint etiam
figurate factum quasi credunt sic de Agar et Sarra et sic de
Ysmahel et Ysaac hoc quoque et facta et tamen etiam figura-
ta cur non credunt lignum vitae et verum etiam aliquod lignum fuisse
et tamen sapientiam figuratam esse non video Illud quoque addo quod quamvis
corporalem cibum tale non illam arborem praestitisse qua corpus hominis
sanitate stabili firmaretur non sicut ex alio cibo sed nescio qua inspi-
ratione salubritatis occulta perfecto enim hoc usitatus panis aliquid
tamen amplius habet quod una collyride Helias ab indigentia
famis dierum quadraginta spatio vendicatur An forte dubitamus per
aliquem arboris cibum cuiusdam altioris significationis gradum deum
hominem praestitisse ne corpus eius vel infirmitate vel aetate in deterius
mutaretur aut in occasum etiam laberetur cum ipse etiam cibo
humano praestitit tam mirabilem statum ut in fictilibus va-
sculis farina et oleum deficientes reficerent nec deficerent Iam
hic de quibus contentiosiores quaestionem existat et dicat deum in terris
minus miracula talia facere debuisse in paradiso an non debuisse
Quasi vero non vel de pulvere hominem vel de latere viri mulierem maius
ibi miraculum fecit quam quod sit mortuos suscitavit Sequitur
et lignum scientiae dignoscendi boni et mali Prorsus
et hoc lignum erat visibile et corporale sicut arbores ceterae Quod
vero lignum esset non dubitandum sed cur hoc nomen acceperit re-
quirendum Mihi autem etiam atque etiam consideranti dici non potest quantum pla-
ceat illa sententia non fuisse illam arborem cibo noxiam neque enim
qui fecit omnia bona valde in paradiso instituerat aliquid
mali sed malum fuisse homini transgressionem praecepti Oportebat
autem ut homo sub domino deo positus alicunde prohiberetur ut ei pro-
merendi dominum virtus esset illa oboedientia quam possum verissime
dicere solam esse virtutem omni creaturae rationali agenti sub dei
potestate primumque esse et maximum vitium tumoris ad ruinam
sua potestate velle uti cuius vitii nomen est inoboedientia Non esset
ergo unde se homo dominum habere cogitaret atque sentiret nisi
ei aliquid iuberetur Arbor itaque illa non erat mala sed
appellata est scientiae dignoscendi bonum et malum quia si ipse post

prohibitum esset si illa homo ederet nulla erat praecepti futura transgressio
in qua homo per experimentum poenae disceret quid interesset inter obe-
dientiae bonum et inobedientiae malum. Proinde ex hoc non in figura dic-
tum sed vere quoddam lignum accipiendum est cui non de fructu vel po-
mo quod inde nasceretur sed ex ipsa re nomen impositum est quae
illo contra vetitum tacto fuerat secutura. Et flumen autem egrediebatur
de Eden quod irrigabat paradisum et inde divisum in quatuor
partes. Et unius nomen est Phison. Hoc est quod circuit totam
terram Evilat ubi est aurum. Aurum autem illius terrae bonum et ibi est
carbunculus et lapis prasinus. Et nomen flumini secundo Geon. Hoc est
qui circuit totam terram Ethiopiae. Flumen autem tertium Tigris. Hoc est quod
fluit contra Assyrios. Flumen autem quartum Eufrates. De his autem
fluminibus quid amplius satagam confirmare quam quod vera sint
flumina nec figurate dicta, quae non sint quasi tamen modo aliquid
nomina ipsa significet terrarum et regionibus per quas flumina no-
tissima sunt et omnibus fere gentibus diffamata quinimmo cum his
quoniam constat ea propria esse. Nam duobus eorum nomina
vetustas mutavit sicut Tibris flumen dicitur qui prius Albula
vocabatur. Geon quippe est qui nunc dicitur Nilus. Phison autem
ille dicebatur quem nunc Gangem appellant. Duo vero cetera Tigris
et Eufrates antiqua etiam nomina tenuerunt. Nos ergo admoni-
tos quoque sentimus ad proprietatem litterae accipere non in eis figuratam
locutionem putare sed res ipsas quae ita narrantur et esse et aliquid
etiam figurare. Non quia non possit parabola locutionis assumi
aliquid de re quam non esse quoque constaret sicut de illo dominus
loquitur qui descendebat ab Ierusalem in Iericho et incidit in latrones.
Quis enim hoc non sentiat et plane videat esse figuratum? Verum
duae civitates quae ibi nominatae sunt hodie quoque in locis propriis de-
monstrantur. Sed hoc modo acciperemus et quatuor haec flumina si cetera
quae de paradiso narrantur non proprie sed figurate accipere nulla
necessitas cogeret. At nunc cum propria esse res ipsas intelligere
ratio nulla prohibeat cur non potius auctoritatem scripturae simpliciter
sequimur in narratione rerum gestarum res vere gestas prius intellec-
tas tunc deinde quidquid aliud significent perscrutantes? Nisi forte move-
bimur quod de his fluminibus dicitur aliorum esse fontes notos aliorum
autem prorsus incognitos et ideo non posse accipi ad litteram quod
ex uno paradisi flumine dividuntur cum potius credendum sit quoniam
locus ipse paradisi a cognitione hominum est remotissimus inde
quatuor aquarum partes dividi sicut fidelissima scriptura testatur
sed ea flumina quorum fontes noti esse dicuntur alicubi isse
sub terras et post tractus prolixarum regionum locis aliis erupisse
ubi tamquam in suis fontibus nota esse perhibentur. Nam hoc solere
nonnullas aquas facere quis ignorat? Sed ibi hoc scitur ubi
non diu sub terras currunt. Exibat igitur flumen de Eden id est de loco
deliciarum et irrigabat paradisum id est ligna omnia pulchra

atque fructuosa que deinde diversis regionibus illius spacia bat
Et sumpsit deus hominem quem fecit et posuit eum in paradiso ut
operaretur et custodiret et precepit dominus deus ade dicens ab omni
ligno quod est in paradiso escam edes de ligno autem cognoscendi
bonum et malum non manducabitis de illo. Qua die autem ederitis
ab eo morte moriemini Cum superius breviter dixisset eum plantasse
paradisum et quod constituisse hominem ibi quem finxerat recapitulavit
ut narraret quomodo paradisus constitutus sit Nunc ergo et illud reca-
pitulando commemoravit quemadmodum deus posuit ibi hominem quem
fecit Videamus itaque quid sit quod dictum est ut operaretur
et custodiret Et quid operaretur et quid custodiret Numquid
forte agriculturam deus voluit operari primum hominem an non credi-
bile quod eum ante peccatum damnaverit ad laborem Ita sane
arbitraremur nisi videremus cum tanta voluptate animi agricolari
quosdam ut eis magna pena sit inde ad aliud avocari Quid-
quid ergo deliciarum habet agricultura tunc utique longe amplius erat cum
nichil accidebat adversum vel terra vel celo. non enim erat laboris
afflictio sed exhilaratio voluntatis cum ea que deus creaverat
humani operis adminiculo letius feraciusque provenirent Unde creator
ipse uberius laudaretur qui anime in corpore animali constitute rationem
dedisset operandi ac facultatem quantum animo volenti satis esset
non quantum invitum indigentia corporis cogeret Quod enim maius
mirabiliusque spectaculum est aut ubi magis cum rerum natura hu-
mana ratio quodammodo loqui potest quam cum positis seminibus
plantatis surculis translatis arbustulis insitis malleolis tamquam
interrogatur que vis radicis et germinis quid possit quidve non
possit Unde possit unde non possit quid in ea valeat nu-
merorum invisibilis interior potentia quid extrinsecus adhibita
diligentia atque in ipsa consideratione perspicere quia neque qui plantat
est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus quia
et illud operis quod accedit extrinsecus per illum accedit quem
nichilominus creavit et quem regit atque ordinat invisibiliter deus
Hinc iam in ipsum mundum velut in quandam magnam arborem
rerum oculus cogitationis attollitur atque in ipso quoque gemina operatio
providentie reperitur partim naturalis partim voluntaria Naturalis
quidem per occultam dei administrationem qua etiam lignis et herbis
dat incrementum voluntaria per angelorum opera et hominum Secundum
illam primam celestia superius ordinari inferiusque terrestria lu-
minaria sideraque fulgere diei noctisque vices agitari aquis terram
fundatam interlui atque circumlui aerem altius superfundi arbusta
et animalia concipi et nasci crescere et senescere occidere
et quicquid aliud in rebus interiore naturali motu geritur
In hac autem alia signa dari doceri et disci agros coli societa-
tes administrari exerceri artes et quecumque alia sive in superna societate
aguntur sive in hac terrena atque mortali ita ut bonis con-
sulatur et per nescientes malos Atque in ipso homine eadem gemina

[illegible] Primo circa corpus naturale scilicet eo motu
quo fit quod crescit quod senescit voluntarium vero quo illi admovetur
ad integumenta concubitusque consulitur Similiter circa animam naturaliter
agit ut vivat ut sentiat voluntate vero discat ut consentiat
Sicut autem in arbore id agit agricultura forinsecus ut id proficiat
quod geritur intrinsecus ita in natura Sicut extrinsecus medicina
ita secundum animam ut anima beatificetur intrinsecus doctrina ad
ministrat et extrinsecus quod autem ad arborem colendi negligentia
hoc ad corpus medendi incuria hoc ad animam discendi segnitia
et quod ad arborem humor inutilis hoc ad corpus victus exitia-
bilis hoc ad animam persuasio iniquitatis Deus itaque super omnia qui
condidit omnia et regit omnia omnes naturas bonas creat et
omnes voluntates iustas ordinat quid ergo abhorreat a vero
si credamus hominem in paradiso ita constitutum ut operaretur
agriculturam non labore servili sed honesta animi voluptate Quid
enim hoc opere innocentius vacantibus et quid plenius magna
consideratione prudentibus Ut custodiret autem quid est an ipsum
paradisum Contra quos Nullus certe vicinus metuebatur inva-
sor nullus limitis perturbator nullus fur nullus aggressor
quomodo ergo intelligo sicut corporalem paradisum ab homine corporaliter
custodiri Sed neque scriptura dixit ut operaretur et custodiret
paradisum Dixit autem ut operaretur et custodiret quod quidem
si de Greco diligentius ad verbum exprimatur ita scriptum est
Et sumpsit dominus Deus hominem quem fecit et posuit eum in para-
diso operari eum et custodire Sed utrum ipsum hominem
posuit operari hoc non sensit qui interpretatus est ut operaretur
an eundem paradisum operari id est ut homo paradisum operaretur
ambigue sonat et videtur magis exigere locutio non ut diceretur
operaretur paradisum sed in paradiso Verumptamen ne forte
sic dictum sit ut operaretur paradisum sicut similiter dictum est nec
erat homo qui operaretur terram eadem quippe locutio est operari
terram que operari paradisum ambiguitatem istam ad utrumque
tractemus Si enim non est necesse ut accipiamus paradisum
custodire sed in paradiso Quid ergo in paradiso custodire
Nam quid operari in paradiso iam ut visum est diffinivimus
an ut quod operaretur in terra per agriculturam in se ipso custo-
diret per disciplinam id est ut sicut ei ager obtemperat colenti se ita
et ipse precipienti domino suo ut sumpto precepto obedientie
fructus non spinas inobedientie redderet Denique quia simili-
tudinem ipse tulit paradisi in se ipso custodire subditus noluit
similem accepit agrum dampnatum accepit Spinas inquit et tribu-
los pariet tibi Ge. 3. Si et illud intelligamus ut in paradiso
operaretur et paradisum custodiret operari quantum paradiso poss

sic supra diximus per agriculturam custodire autem non adversus improbos et
inimicos qui nulli erant. Sed fortassis bestias. Quomodo istud autem
comparare? Numquid enim bestie iam in hominem seviebant, et non per peccato
non fieret? Ipse quippe bestiis omnibus ad se adductis sicut post commemo-
ratum nomina imposuit. Ipse etiam vi die lege verbi dei cum
omnibus quas cibos acceperat. Quod si erant iamque timebantur in bestiis
quonam pacto posset unus homo illud munire paradisum? Neque
enim exiguus locus erat quem totus fons irrigabat. Custodire
quippe ille debebat ut posset paradisum tali et tanta maceria com-
munire ut eo serpens non posset intrare. Sed mirum si priusquam
communiret omnes serpentes inde posset excludere. Proinde intellectum
ante oculos cur pretermittimus? Positus quippe est homo in
paradiso ut operaretur eundem paradisum, sicut supra disputatum
est, per agriculturam non laboriosam sed deliciosam et mentem
prudentis magna atque utilia commonentem; custodiret autem eundem
paradisum ipse sibi ne aliquid admitteret quare inde mereretur expelli.
Denique accepit preceptum ut sit per quod custodiat paradi-
sum, id est quo conservato non inde proiciatur. Recte enim non dicitur
quis custodisse rem suam qui sic egit ut amitteret eam, etsi
alteri salva sit qui eam vel invenit vel accipere meruit.
Est alius in his verbis sensus quem puto non immerito preponendum
ut ipsum hominem operaretur deus et custodiret. Sicut enim operatur
homo terram, non ut eam faciat esse terram, sed ut cultam
atque fructuosam, sic deus hominem multo magis quam ipse
creavit ut homo sit, eum ipse operatur ut iustus sit, si
homo ab illo per superbiam non abscedat. Hoc est enim apostatare
a deo quod initium superbie scriptura dicit: Initium enim superbie
hominis apostatare a deo. Ita ergo deus est incommutabile
bonum, homo autem et secundum animam et secundum corpus mutabilis
res est; nisi ad incommutabile bonum quod deus est conversus
substiterit, formari ~~nisi~~ ut iustus beatusque sit non potest. Ac
per hoc deus idem qui creavit hominem ut homo sit, ipse operatur
hominem atque custodit ut etiam bonus beatusque sit. Ita ergo ut
terra, sicut dictum est, homo operari terram que iam terra erat ut
ornata atque fecunda sit, ita dictum est deus operari hominem
qui iam homo erat ut pius sapiensque sit eumque custo-
dire quod homo sua potestate in se quam illius supra
se delectatus dominationemque eius contempnens tutus esse non
possit. Proinde nullo modo vacare arbitror sed nos
aliquid et magnum aliquid admonere quod ab ipso divini
libri huius exordio ex quo ita ceptus est: In principio

fecit deus celum et terram. usque ad hunc locum nullus quem posuit
est deus dominus. sed tantum deus. Nunc vero ubi ad id ventum est ut homo
in paradiso constitueret eumque per preceptum operaretur et custodiret
ita scriptura locuta est Et sumpsit deus dominus hominem quem fecit
posuit eum in paradiso operari eum et custodire Non quod superioribus
creaturis dominus non esset deus. sed quia hoc nec ipsis angelis
nec ipsis aliis que creata sunt sed ipsis hominibus scribebatur ad eius
admonendum quantum ei expediat habere deum dominum hoc est sub eius
dominatione obedienter vivere quam licentiose abuti propria potestate
impressum hoc primus peccavit voluit [illegible] ubi ventum est ad eum in paradiso
collocandum operandum et custodiendum, ubi non dixit sicut et cetera omnia
superius et sumpsit deus hominem quem fecit sed dixit. Et sumpsit
dominus deus hominem quem fecit et posuit eum in paradiso [illegible]
paradiso operari eum ut ipse esset et custodire ut tutus esset
ipsius utique dominatione sua que non est illi sed nobis utilius.
Ille quippe nostra servitute non indiget nos vero dominatione illius
indigemus ut operetur et custodiat nos Et ideo verus est solus
dominus quod non illi ad suam sed ad nostram utilitatem salutemque
servimus Nam si nobis indigeret eo ipso non verus dominus esset cum
per nos eius adiuvaretur necessitas. sub qua et ipse serviret. Merito
ergo et ille in psalmo Dixi inquit domino deus meus es tu quoniam
bonorum meorum non eges Nec ita sentiendum est. quod diximus
nos illi ad utilitatem nostram salutemque servire tamquam aliud ali-
quid ab illo expectemus quam eum ipsum qui summa utilitas
et salus nostra est. sic enim eum gratis secundum illam vocem dili-
gimus Michi autem adherere deo bonum est Neque enim tale aliquid
est homo ut factus deserente eo qui fecit possit aliquid agere
bene tamquam ex seipso sed tota actio sua bona est ad eum converti
a quo factus est et ab eo iustus pius sapiens beatusque semper
fieri et non recedere sic a corporis medico sanari et abire quia medicus
corporis operarius fuit extrinsecus serviens nature intrinsecus operanti
sub deo qui operatur omnem salutem Gemino illo opere providentie
de quo supra locuti sumus / non ergo se debet homo ita ad deum
convertere ut cum ab eo fuerit iustus abscedat. sed ita ut ab illo perficiatur
Eo quippe ipso cum ab illo non discedit eius sibi presentia iusti-
ficatur et illuminatur et beatificatur operante et custodiente deo dum
obedienti subditoque dominatur Neque enim ut dicebamus sic operatur
homo terram ut culta ac fecunda sit qui cum fuerit operatus
abscedit relinquens eam aratam vel satam vel rigatam vel si quid
aliud manente opere quod factum est cum operator abscesserit
ita deus operatur hominem iustum vel iustificando eum ut si ab-
scesserit maneat in abscedente quod fecit sed potius sicut

aer presente lumine non factus est lucidus sed fit quia si factus
esset non fieret. sed etiam absente lumine lucidus maneret sic ho-
mo deo sibi presente illuminatur absente autem continuo tenebratur a quo non
locorum intervallis sed voluntatis aversione disceditur Itaque ille
operetur hominem bonum atque custodiat qui incommutabiliter bonus
est Semper ab illo fieri semper perfici debemus inherentes ei et in
ea conversione que ad illum est permanentes De quo dicitur michi
autem adherere deo bonum est. et cui dicitur fortitudinem meam ad te
custodiam Ipsius enim sumus figmentum non tantum ad hoc ut homines
simus sed ad hoc etiam ut boni simus Nam et apostolus cum fidelibus
et ab impietate conversis gratiam qua salvi facti sumus com-
mendaret Gratia enim inquit salvi facti estis per fidem et hoc non
ex vobis. sed dei donum est. non ex operibus ne forte quis ex-
tollatur Ipsius enim sumus figmentum creati in christo ihesu in
operibus bonis que preparavit deus ut in illis ambulemus Et
alibi cum dixisset. cum timore et tremore vestram salutem ipsorum
operamini ne sibi putarent tribuendum tamquam ipsi se facerent iustos
et bonos continuo subiecit Deus enim est qui operatur in vobis
Sumpsit ergo dominus deus hominem quem fecit et posuit eum
in paradiso operari eum hoc est operari in eo et custodire eum
Et precepit dominus deus ade dicens. ab omni ligno quod est
in paradiso ad escam edes de ligno autem cognoscendi bonum
et malum non manducabitis de illo. qua die autem ederitis ab eo
morte moriemini Si aliquid mali esset lignum illud unde pro-
hibuit hominem deus eius ipsius mali natura videretur venenatus
ad mortem Cum vero ligna omnia in paradiso bona plantaverat
plantaverat qui fecit omnia bona valde nec ulla ibi natura
mali erat quia nusquam est mali ulla natura quod diligentius
si dominus voluit disseremus cum de illo serpente ceperimus dicere
ab eo ligno quod malum non erat prohibitus est ut ipsa per se
precepti observatio bonum illi esset et transgressio malum Nec me-
lius potuit et diligentius commendari quantum malum sit sola in-
obedientia cum ideo reus iniquitatis factus est homo quia eam
rem tetigit contra prohibitionem quam si non prohibitus tetigisset
sed non utique peccasset Nam qui dicit verbi gratia noli tangere
hanc herbam si forte venenosa est et mortem prenunciat si te-
tigerit Sequitur quidem mors contemptorem precepti Sed etiam si nemo
prohibuisset atque ille tetigisset nichilominus utique moreretur
Illa quippe res contra salutem vitamque eius non esset sive
vetaretur sive non vetaretur Item quisque prohibet
eam rem tangi que non quantumlibet tangenti sed illi qui
prohibuit obesset velud si quisquam in alienam pecuniam misisset

mali prohibitus ab eo tamquam causa illa pena ideo esset prohibito pertin-
-ama prohibenti potius esse dampnosa sicut tamen vero illud tangere quod
nec tangenti obesset si non prohiberetur nec tanquam aliquid quantumcumque
libet tangeretur tangere prohibitum est nisi ut ipsius per se bonum obediencie
et ipsius per se malum inobediencie monstraret. Denique aptate
nichil aliud appetitum est nisi non esse sub dominacione dei quoniam
illud admissum est in quo ne admitteretur sola deberet iussio
dominantis attendi que si sola attenderetur quid aliud quam dei vo-
luntas humane voluntati preponeretur. Deinde quamvis tamen
iussit videtur faciendum est assumente quod iussit. et tunc forte
videndum est quomodo recte nisi iusserit. Sed tunc non tamen iussionis
sumus non dominus respiciamus si hec ipsa magna est utilitas
hominum quod deo sunt iubendo deus utile facit quicquid iubere
voluerit de quo metuendum non est ne iubeat quod inutile esse
possit. Nec sibi nisi voluntas propria non grandi ruine pondere
super hominem cadat si eam voluntati superioris extollendo de-
-ponat hoc expertus est homo contempnens preceptum dei et hoc ex-
-perimento didicit quod inter esset inter bonum et bonum per obediencie
malum eciam inobediencie id est superbie et contumacie et perverse imitacionis
dei et noxie libertatis. hic autem in quo ligno accidere potuit ex
ipsa rem iam sortitum est nomen accepit malum enim nisi
experimento non sentiremus quia nullum esset si non fecissemus.
Neque enim ulla natura mali est sed amissio boni hoc nomen accepit.
Bonum quippe incommutabile deus est. homo autem constitutus ad
eius naturam in qua eum deus condidit pertinet bonum est quidem
sed non incommutabile ut deus. commutabile autem bonum quod est li-
cet incommutabile bonum melius bonum fit cum bono incommutabili
adheserit amando atque serviendo rationali et propria voluntate.
Ideo quippe et hoc magnum bonum non est quia et hoc accepit ut
possit summum bonum bonis adherere. ne cetera quod si noluerit bono
se privat et hoc ei malum est unde per iusticiam dei eciam cruciatus
consequitur. Quid enim tam iniquum quam ut bene sit desertori
boni. Neque enim ullo modo sic potest ut ita sit. sed aliquando amissi
superioris boni non sentitur malum cum habetur quod amatum
est et inferius bonum. sed divina iusticia est ut qui voluntate
amisit quod amare debuit amittat cum dolore quod amavit
dum naturarum creator ubique laudetur. adhuc enim est bonum quod
dolet amissum bonum. Nam nisi aliquod bonum remansisset in
natura nullus boni amissi dolor esset in pena. ceterum autem
sine mali experimento placet bonum id est si antequam boni amissionem
sentiat eligat tenere ne amittat sic homines preferendus est.
Sed hoc nunc quedam singularis laudis esset in illo puero

c̄briet̄ qui ex gn̄e isrl̄ factus emanuel nobiscum deus reconciliauit
deo hom̄ et dei homo mediator dei̅ et hominum apud deum caro ap̄ nos deus
verbum caro inter nos deum et nos de illo p̄pheta quippe dixit . priusq̄
puer sciat bonum aut malum contempnet maliciam vt eligat bonum. Illud
quod nescit aut contempnit aut eligit nisi quia hic duo sentiuntur aliter
per prudentiam boni aliter per experientiam mali. Per prudentiam boni malum scitur
et si non sentitur. Tenetur enim bonum ne amissione eius sentiatur malum
Item per experientiam mali scitur bonum quia quid amiserit sentit cui de
bono amisso male fuit. Priusquam ergo sciret puer per experientiam aut
bonum quo careret aut malum quod boni amissione sentiret contempsit
malum ut eligeret bonum. i. noluit amittere quod habebat ne sentiret
amittendo quod amittere non debebat. Singulare exemplum obediencie ipse
qui non venit facere voluntatem suam sed eius a quo factus est. Sicut
per primi inobedienciam peccatores constituti sunt multi ita per unius obe-
dienciam iusti constituuntur multi. quia sicut in Adam omnes moriuntur ita
et in christo omnes viuificabuntur. Frustra autem nonnulli caute ob-
tusi sunt cum requirunt quomodo potuit appellari lignum cognoscendi
boni et mali antequam in eo transgressus esset homo preceptum atque
ipsa experientia cognosceret quid interesset bonum quod amisit et malum
quod admisit lignum enim tale nomen accepit ut ea secundum prohibitionem
non tacto caueretur quod ea contra prohibitionem tacto sentiretur. Neque
enim quia inde contra preceptum manducauerunt ideo factum est illud
lignum cognoscendi boni et mali. Sed utique etiam si obedientes
essent et nihil inde contra preceptum usurpassent id recte vocaretur
quod ibi eis accideret si eis usurpassent. Quemadmodum si vocaretur
ea arbor saturitatis. et inde possent homines saturari. numquid
si nemo accessisset. ideo nomen illud esset incongruum cum quando
cum accederent et saturarentur tunc probarent quam hoc recte arbor
illa vocaretur. Et quomodo inquiunt intelligeret homo quod ei dice-
batur lignum cognoscendi boni et mali cum ipsum malum quid
esset omnino nesciebat hoc qui sapiunt parum attendunt. Quemad-
modum enim nonnullis notis fere pleraque intelliguntur ignota nisi etiam
verba rerum que non sunt cum in loquendo interponuntur nullus aliquo
auditor hoc enim quod omnino non est nichil vocatur. Et has duas
sillabas nemo non intelligit qui latine audit et loquitur. Unde
nisi cum sensus intuetur id quod est uel eius priuacione quid est
non sit agnoscit. Sic et inane cum dicitur intuendo corporis plenitu-
dinem per priuacionem eius tamquam contrarium quid dicatur inane intelligimus
sic audiendi sensu non solum de uocibus. verum et de silentio iu-
dicamus. Sic ex vita que inerat homini posset eius tamquam contrarium
i. vite priuacionem quod mors vocatur. Et ipsam causam qua perderet quod
amabat i. quodlibet factum suum quo fieret ut amitteret vitam quocumque
similis appellaretur. Quemadmodum latine cum dicitur peccatum vel
malum tamquam signum eius intelligeret quod mente discerneret. Nos
enim quo intelligimus cum dicitur resurrectio quam nunquam experti sumus.
Nonne quia sentimus quid sit viuere et eius rei priuacionem
vocamus mortem. Unde reditum ad id quod sentimus resurrectionem

appellamus et si quo alio nomine in qualibet lingua idipsum appellatur
menti utique signum insinuatur id est voce loquendo contraria privatione agnoscat quod
etiam sine signo cogitaret. Mirum enim est quemadmodum rerum quas habemus
amissarum etiam expertam naturam deprehendit. Contrariis enim docuit peccata de-
vitorem mortis nisi ipsius sensus mente contrarius periculo precipitii adhesisset ab alto
sio si enim fuit ex alto iacere immutatus contrarius quod ex quodam tempore
incipit. Sed tamen antequam aliquid huiusmodi expertus sit. Ac per hoc illi
primi homines iam multa erant dulcius quam perfecto amittere dubita-
bant idque ipsum quibuslibet modis vel primis pergentem deum in se intel-
ligere poterat. Nec aliter eis posset persuaderi peccatum nisi persuaderetur eis ex
illo facto non esse morituros. Propterea enim illud quod habebant et se habere
gaudebant non amissuros. Unde suo loco loquendum est. Advertant itaque
si quos movet quomodo potuerint intelligere inexperta nominante vel minante
deum. et videant nos omnium inexpertarum nomina non nisi ex contrariis que
iam novimus si privationum sunt aut ex similibus si specierum sine ulla
esse dubitationis agnoscere. Nisi forte aliquos movet quemadmodum lo-
potuerant vel loquentem intelligere qui non didicerant vel crescendo inter lo-
quentes vel aliquo magistro quasi magnum fuit deum loqui eos doce-
re quos ita fecerat ut hoc possent etiam ab hominibus discere si esset a quibus.
Merito sane queritur utrum hoc preceptum viro tantum dederit deus an etiam
femine. Sed nondum narratum est quemadmodum facta sit femina. An forte
iam erat facta, sed hoc quemadmodum gestum sit quod prius erat gestum postea
recapitulando narratum est. Verba enim scripture sic se habent. Et precepit dominus
deus Ade dicens. Non dixit precepit eis. Deinde sequitur Ab omni ligno
quod est in paradiso esce edes. non dixit edetis. Deinde adiungit De
ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis. De illo
iam hic tamquam ad ambos pluraliter loquitur pluraliter preceptum terminat dicens
Qua die autem ederitis ab eo morte moriemini. An sciens quod ei fac-
turus erat mulierem ita precepit ordinatissime ut per virum preceptum
domini ad feminam perveniret quam disciplinam servat apostolus in ecclesia
dicens Si quid autem discere volunt domi viros suos interrogent. Item
queri potest quomodo nunc deus locutus sit ad hominem quem fecit iam certe
sensatum ac mente preditum ut audire et intelligere loquentem valeret. Neque
enim aliter preceptum ipse utique primus homo posset accipere quo transgressor
reus esset nisi hoc acceptum intelligeret. Quomodo ergo illi locutus est deus
Utrum intus in mente secundum intellectum id est ut sapienter intelligeret
voluntatem dei ac preceptum sine ullis corporalibus sonis vel corporalium
similitudinibus rerum. Sed non existimo primo homini locutum deum.
Talia quippe scriptura narrat ut potius credamus sic esse deum locutum
homini in paradiso sicut etiam postea locutus est patribus sicut deum la-
brahe et sicut Moysi id est in aliqua specie corporali. Hinc est quod audierunt
vocem ambulantis in paradiso ad vesperam et absconderunt se. La-
tentius itaque magnum neque tenendum speramus ut intueamur quantum
passimus quantum ipse adiuvare dignatur opus divine providentie
bipertitum quod superius cum de agricultura loqueremur transitoria
quadam occasione perstrinximus ut inde iam inciperet legentis animus

hec assuescite conceptui quod adiuvat plurimum ne quid indignum de ipsa
substantia sentiamus. Deumque itaque ipsum summum verum unum atque summe
solum Deum Patrem et Filium et Spiritum et Spiritum sanctum id est Deum verbum eius
et utriusque spiritum trinitatem ipsam neque confusam neque separatam Deum eum
qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem quem nemo
hominum vidit nec videre potest nec locorum vel infinito spacio continetur
nec temporum finito vel infinito volumine variatur. Neque enim in eius
substantia que deus est quod brevius sit in parte quam in toto sicut
necesse est esse hiis que in locis sunt aut fuit in eius substantia
quod iam non est vel erit quod nondum est sicut est in naturis
que possunt temporis mutabilitatem pati. Hic ergo in commutabili eternitate
vivens creavit omnia simul ex quibus currerent tempora et implerentur
loca temporalibusque et localibus rerum motibus secula volverentur
in quibus rebus quedam spiritualia quedam corporalia condidit formans
materiam quam nec alius nec nullus sed omnino ipse informem ac
formabilem instituit ut formationem suam non tempore sed origine
preveniret. Spiritualem autem creaturam corporali preposuit que spiritualis tantum
per tempora mutari posset corporalis autem per tempora et loca. Exempli
enim gratia per tempus movetur animus vel reminiscendo quod oblitus
erat vel discendo quod nesciebat vel volendo quod nolebat. Per
loca autem corpus vel a terra in celum vel a celo in terram vel ab oriente in occidente vel si quid aliud alio modo simile. Omne autem
quod movetur per locum non potest nisi et per tempus simul
moveri at non omne quod movetur per tempus necesse est
etiam per locum moveri. Sicut ergo substantiam que movetur per tempus
et locum precedit substantia que tantum per tempus, ita etiam precedit
illa ipsam que nec per locum nec per tempus. Ac per hoc sicut per tempus
et locum movet corpus. ipse tantum per tempus motus conditus
spiritus. ita per tempus movet conditum spiritum ipse nec per tempus
nec per locum motus conditor spiritus. Sed spiritus creatus movet seipsum
per tempus et per tempus ac locum corpus. Spiritus autem creator
movet seipsum sine tempore ac loco movet conditum spiritum per
tempus sine loco movet corpus per tempus et locum. Capitulum XXI. Quo-
circa quisquis intelligere conatur quomodo eternus vere eternus et vere
immortalis atque incommutabilis Deus ipse nec per locum nec
per tempus motus moveat temporaliter et localiter creaturam suam
non eum puto posse assequi nisi prius intellexerit quemadmodum
anima hoc est spiritus creatus non per locum sed tantum
per tempus motus moveat corpus per locum et tempus. Si enim
quod in seipso agitur capere nondum potest quanto minus illud
quod supra est. Affectu quippe anima carnalis sensuum con-
suetudine etiam seipsam cum corpore per locum moveri putat
dum id per locum movet. Que si posset diligenter inspicere
cardines membrorum corporis sui quemadmodum articulatim
dispositi sint quibus initia motionum nutantur inveniret ea
que per spatia locorum moventur nisi ab eis que loco fixa
sunt non moveri. Non enim movetur solus digitus nisi manus

fixa sit. Genus articulo velud in moto cardine moveatur. Sic tota
palma ab articulo cubiti, cubitus ab articulo humeri. Sic humerus
a scapula commovetur stantibus quoque cardinibus quibus motus innititur
id per loci spacium quod movet. Sic plante in talo est articulus
quo stante moveatur. Sic crus in genu et totus pedis in coxa
et nullius membri motus omnino est quem voluntas moveat nisi ab
ab aliquo articulari cardine cuius initium immobile primo
figit ut ab eo loci spacio non moveatur agi valeat quod movetur a
Denique nec ambulando pes levatur nisi alius fixus totum corpus
ferat donec ille qui motus est a loco unde promovetur ad locum quo fit
in modo articuli sui cardini innitatur. Porro si in corpore nullum
membrum voluntas per locum movet nisi ab eo membri articulo
quem non movet cum et illa que fixa sunt ut moveantur corporeas
habeant quantitates suas quibus occupent spacia locorum, quanto
magis ipse anime nutus cui membra deserviunt ista ut alia moveantur alia
figantur unde id quod movetur innitatur cum anima non sit
natura corporea nec localis spacio corporis impleat sicut aqua
utrem sive spongiam, sed miris modis ipso incorporeo nutu com-
mixta sit vivificando corpori quo etiam imperat corpori quadam
intentione non mole, quanto magis inquam nutu ipse voluntatis
eius non per locum movet ut corpus per locum moveat. Quod to-
tum per partes movet nec aliquas loco movet nisi per illas
quas loco non movet. Quod si intelligere difficile est utrumque
credatur et quod creatura spiritualis non per locum mota moveat
corpus per locum et quod deus non per tempus motus moveat
creaturam spiritualem per tempus. Quod si de anima quisque non vult hoc
credere quod quidem sine dubio non solum credere verum etiam intelligere
si tamen posset pertinet ad incorpoream cogitationem, certe non facile occur-
rat quod per locum non moveatur que per loci spacia non distenditur.
Quicquid autem per loci spacia distenditur corpus est. At per hoc
consequens est ut anima que locum moveri non putetur si corpus esse
credatur. Sed ut dixi etiam si de anima hoc quisque non vult crede-
re non nimis urgendus est. Sublimem vero deum nisi credat nec per tempus
nec per locum motum nondum perfecte incommutabilem credit. Verum
quia omnino incommutabilis est illa natura trinitatis et ob hoc utique a-
ut ei aliquid coeternum esse non possit ipsa apud se ipsam et in se
ipsa sine ullo tempore ac loco. Movet tamen per tempus et loco
sibi subditam creaturam naturas creans bonitate voluntates ordi-
nans potestate ut in naturis nulla sit que non ab illo sit in volun-
tatibus autem nulla bona sit cui non presit nulla mala sit qua
bene uti non possit. Sed quia non omnibus naturis dedit volun-
tatis arbitrium, ille autem quibus dedit potiores ac superiores
sunt illo nature que non habent voluntatem subdite sunt necesse
est illis que habent et hoc ordinatione creatoris qui ita malignum punit
punit voluntatem malam ut nature privat dignitatem. Cum ergo
omne corpus et omnis anima irrationabilis non habeat voluntatis

arbitrium: subdita ita sunt eis naturis que perdite sunt arbitrio
voluntatis Nec omnibus omnia sed sic distribuunt iusticia creatoris
Ergo dei providentia regens atque ministrans universaliter creaturam et
naturas et voluntates Naturas ut sint voluntates autem ut non infru-
ctuose bone nec impunite male sint subdidit primitus omnia sibi
Deinde creaturam corporalem creature spiritualem irrationalem rationali ter-
restrem celesti femineam masculine minus valentem valentiori indi-
gentiorem copiosiori In voluntatibus autem bonas et excelsas non ipsas
fruentibus et ipsi hoc patiatur voluntas quod ex iussu dei fecit bona
sive per se ipsum sive per malam in rebus dumtaxat que naturaliter
sunt malis voluntatibus subdite id est in corporibus Nam in se ipsis
male voluntates habent interiorem penam suam eandem ipsam ini-
quitatem suam Ac per hoc sublimibus angelis deo subditis fru-
entibus et deo beate servientibus subdita est omnis irrationabilis
creatura omnis voluntas vel iusta vel prava ut hic deo subditis
vel deo subditi agant quod nature ordo posset in omnibus in bene
illo cui subiecta sunt omnia Proinde illi in illo veritatem in co-
mmutabilem viderunt et secundum eam suas dirigunt voluntates
sunt ergo illi participes veritatis eternitatis voluntates eius semper
facientes sine tempore et loco moventur autem eius impiis etiam
temporali illo non temporali motu Nec ita ut ab eius contempla-
tione resiliant aut deficiant sed simul et illum sine loco et
ac tempore contemplantur et eius iussionibus missa per creaturam mone-
tes se per tempus corpus aut per tempus et locum quantum eorum
congruit actioni Et ideo deus bipertito providentie sue opere preesse
universe creature Naturis ut fiant voluntatibus ut sine ullo iussu
vel permissu nichil faciant Natura quidem universitatis corporalis
non administratur extrinsecus corporali Neque enim est extra eam ullum
corpus Alioquin non est universitas Intrinsecus autem administratur
incorporali deo id agente ut omnino sit natura quia ex ipso et per
ipsum et in ipso sunt omnia Partes vero eiusdem universitatis et intrin-
secus incorporali administrantur vel potius fiunt ut non sunt et ex-
trinsecus corporali quo se melius habeant sicut alimentis agricultura
medicina et quecumque etiam adornatum sunt ut non solum salubriora ac
fecundiora verum etiam decentiora sint Spiritualis creata natura
sancta atque beata sit angelorum quantum attinet ad se ipsam quo sit
sapiens quo sit non nisi intrinsecus corporali administratur Intus ei quippe
loquitur deus miro et ineffabili modo neque per scripturam corporalibus
instrumentis affixam neque per voces corporalibus auribus insonantes
Neque per corporum similitudines quales in spiritu imaginaliter fiunt
sicut in sompniis vel in aliquo excessu qui grece dicitur extasis
Et nos eo verbo iam utimur pro latino Verum etsi ea visione
ignaris minus fiat quam sunt ea que animo per sensus corporis innu-
ntiantur quia simile est eis ita ut vix sit discernere absentes aut
omnino non possit aut certe vix et rarissime possit et quia eorum

e quam illud quod in ipsa incommutabili veritate mens rationalis
et intellectualis intuetur cuique liquet de his omnibus iudicat in illa
que extrinsecus fiunt arbitror esse diiudicanda. Creatura ergo spiritualis
et rationalis et intellectualis perfecta et beata qualis angelorum est. sic deo
quantum attinet ad ipsam quo sit sapiens atque beata sit non nisi
intrinsecus admonetur eternitate veritate caritate creatoris. Extrinsecus
vero si admonari dicenda est eo sub fortasse solo admonetur quod
se invicem vident et de sua societate gaudent in deo et quod per ipsas
etiam in ipsis omnibus creaturis undique gratias agit laudatque cre-
atorem. Quod vero aliquid attinet ad creature angelice actionem per quam
consulitur rerum generibus maximeque humano providentia dei prospicit
ipsa extrinsecus admonetur et per illa visa que similia sunt corporibus
et per ipsa corpora que angelice subiacent potestati. Hec enim ita sint
tum deus omnipotens et omnia tenens incommutabili eternitate veri-
tate. voluntate. semper idem movet per tempus creaturam spiritualem. movet
etiam per tempus et locum creaturam corporalem ut eo motu naturas quas
intrinsecus administret per voluntates sibi subditas quas
et per corpora sibi subditas atque illis voluntatibus subdita que per tempus
tempus et locum. movet eo tempore et loco. cuius ratio in ipso deo vita
est. sine tempore et loco. Cum ergo tale aliquid deus agit non debemus
opinari eius substantiam qua deus est temporibus locisque mutabilem aut
per tempora et loca mobilem. sed in opere divine providentie ista co-
gnoscere non illo opere quo naturas creat. sed in illo quo intrinsecus
creatas etiam etiam extrinsecus administrat. cum sit ipse nullo locorum
vel intervallo vel spatio incommutabili excellentique potentia etiam
interior omni re. quia in ipso sunt omnia. et exterior omni re. quia
ipsa est super omnia. Item nullo tempore vel intervallo vel spatio
in incommutabili eternitate. et antiquior est omnibus quia ipse est idem
post omnia. Quia ergo cum audimus dicente scriptura. et precepit
dominus deus ade. Ab omni ligno quod in paradiso est escam edes rũ
de ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo
qua die autem ederitis ab eo morte moriemini. Si queramus quomodo
ista locutus sit deus. modum quidem ipse a nobis proprie comprehendi quo
non potest. Certissime tamen tenere debemus deum aut per suam substantiam
loqui aut per subditam sibi creaturam. Sed per substantiam suam non loqui
nisi ad creandas omnes naturas. Ad spirituales vero atque intellectuales
non solum creandas. sed etiam illuminandas. cum iam possunt capere
locutionem qualis est in verbo eius. quod in principio apud deum erat
et deus erat verbum per quod facta sunt omnia. Illis autem qui eam
capere non possunt cum loquitur deus non nisi per creaturam
loquitur. aut tantum spiritualem sive in somnis sive in extasi in
similitudine rerum corporalium aut etiam per ipsam corporalem dum
sensibus corporis vel alie species apparent vel insonant voces. Si er-
go adam talis erat ut posset capere illam locutionem dei que mentibus

angelicis per propriam substantiam non dubitandum est quod deus incommutabilis per
tempora moveat interno et ineffabili modo non motus est ipse per tempus
eique utile ac salubre preceptum veritatis impressit nisi que transgressori
pena debetur ea ipsa ineffabili veritate insinuavit sic audiuntur
vel videntur omnia bona precepta in ipsa incommutabili sapientia que sanctas
se transfert in animas ex aliquo tempore cum ipsius nullus sit motus
in tempore. Si autem ad quemcumque modum adam visus non ei ad hoc opus
esset altius creature superioris et sapientioris auctoritas per quam cognosceret
dei voluntatem atque iussionem sicut nobis prophete sicut ipsis angelis cur
ambigamus per aliquam eiusmodi creaturam esse locutum deum talibus
vocum signis que intelligere posset. Illud enim quod post peccata scriptum est
cum peccassent eos audisse vocem domini dei ambulantis in paradiso
quia non per ipsam dei substantiam sed per subditam creaturam ei factum
est nullomodo dubitat qui fidem catholicam sapit. Ad hoc enim et
aliquanto latius de hac re disserere volui quia nonnulli heretici pu-
tant substantiam filii dei nullo assumpto corpore per seipsam esse visibilem.
Et antequam corpus ex virgine acciperet missum et patribus apparuisse
tamquam de deo solo patre dictum sit quem nemo hominum vidit nec videre
potest. quia filius visus est ante acceptam servi formam etiam per propriam
substantiam suam. Tam impia vanitas procul a catholicis mentibus repellenda
est. Sed hoc plenius alias si domino placuerit disseremus. Nunc terminato
isto volumine id quod sequitur quomodo sit mulier ex viro facta late tractata
in consequentibus expandendum est etc. **Sequitur liber Nonus.**

Et dixit dominus deus Non est bonum esse hominem solum faciamus
ei adiutorium simile ipsi. Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias
agri et omnia volatilia celi et adduxit illa ad adam ut videret quid
vocaret illa. Et omne illud quodcumque vocavit adam animam vivam
hoc est nomen eius. Et vocavit adam nomina omnibus pecoribus
et omnibus volatilibus celi et omnibus bestiis agri. Ipsi autem adam
non est inventus adiutor similis illi. Et immisit deus extasim
in adam et obdormivit. Et accepit unam costarum eius et adim-
plevit carnem in locum eius. Et edificavit dominus deus costam quam
accepit de adam in mulierem et adduxit eam ad adam. Hoc nunc os ex
ossibus meis et caro de carne mea. Hec vocabitur mulier quia ex viro
suo sumpta est. Et propter hoc relinquet homo patrem et matrem et agglu-
tinabitur ad uxorem suam et erunt duo in carne una. Si aliquid
admoneamus lectorem que libris consideratis superioribus atque conscripta sunt non
debemus in hoc diutius immorari. quod finxit adhuc deus de terra omnes
bestias agri et omnia volatilia celi. Cum enim dictum sit et ad hoc
de ipsa prima conditione creaturarum sex diebus consummata in qua causaliter
condita sunt omnia simul et inchoata nisi deinde ad effectus suos
tempore procederent iam quantum potuimus in precedentibus intimavimus. Et
si quid hic alius enodandum putat tamen diligenter attendat illa omnia
que in hac sententia attendimus. Et si probabiliorem videre potuit
excogitare sententiam non solum resistere non debemus sed congratulari.
Si quem vero movet quia non dixit finxit deus adhuc de terra

inquid omnes bestias agri et omnia volatilia celi. videntur duobus modis
esse intelligenda. Aut tacuisse nunc eum de finxit volatilia celi. que
et talia possunt occurrere ut non de terra utrumque accipiatur deum finxisse
sed tantummodo bestias agri et volatilia celi etiam tacente scriptura
intelligamus unde finxit velud qui sciamus in persona tamquam aliud
vocatione congregationem aquarum esse perfecta ut terra universaliter sit appellata
simul cum aquis quemadmodum appellata est in illo psalmo ubi celestibus lau-
dibus terrestres ad terram facta est conversio sermonis et dictum est Laudate dominum
de terra dracones et omnes abyssi. Nec postea dictum est Laudate
dominum de aquis. ibi enim sunt omnes abyssi que tamen de terra laudant
deum. Etiam ibi reptilia et volatilia pennata que nichilominus
de terra laudant deum. Secundum istam universalem appellationem terre secundum
quam etiam de toto mundo dicitur deus qui fecit celum et terram sive
de arida sive de aquis quecumque creata sunt de terra creata recte
intelliguntur. Nunc iam videamus quid accipiendum sit quod dixit
deus Non est bonum esse hominem solum faciamus ei adiutorium
secundum ipsum. Utrum temporalibus vocibus ac sillabis sonantibus hoc dixerit
deus an ipsa ratio incommutabilis est que in verbo dei principaliter erat
ut sic femina fieret quam rationem etiam tunc suscipiebat creatura cum dixit
et dixit deus fiat. Si autem illud quod primitus omnia condebantur
in mente ipsius hominis hoc dixit deus sicut loquitur quibusdam suis
dicam quid loquatur in me dominus deus. An a deo hac re ipsi homini
in ipsa homine per angelum facta est revelatio in similitudine hominis
corporum quam imaginis creatura spiritualis utrum in sompnis aut in extasi.
ita sicut enim hoc solent an a deo alio modo fit revelatio prophetis.
illud est Et dixit michi angelus qui loquebatur in me. Unde
eorum tractatum nostra ipsa sermonis sit de quibus hoc filius meus per
dilucide. Et unde ergo exemplis omnibus fuerit ad liquidum comprehendere
non valemus. Verumptamen certissime teneamus
et per corporali voce vel temporali expressa similitudine hoc dixisse dominum
non enim per substantiam suam sed per aliquam creaturam suo
dixisse creaturam. Sicut in libro precedente tractavimus subditam
est deus etiam peccata sicut nunc alias capite albo sicut lenta alias
inferiore parte corporis sicut ambulans alias aliter atque aliter non semper
illas visiones hominibus per substantiam que ipse est. sed per creaturam subdita
que tamen enim per verbum et per similitudines corporis formans veritatem
corporalia quod noluit ostendisse ac dixisse. certissimum est eas quod substantia
trinitatis in commutabilis eterna nec per tempora nec per locorum motus
mo et per tempora et per locorum mane vel facilis cedunt vel etiam
excellentis intelligunt. Non ergo iam queramus quo istud dixit
deus. sed potius intelligamus quid dixit adiutorium quippe
homini si in ipsum fuisse faciendum eterna ipsa ratio habet per quam

creata sunt omnia. et in illa hic audit qui per me cognoscit quod ex-
creatum sit Si autem queritur ad quam rem fieri oportuit hoc adiutorium
nichil aliud probabiliter occurrit quam propter filios procreandos sicut adiutorium
semini terra est. ut virgultum ex utroque nascatur. hoc enim etiam in prima
rerum condicione dictum erat Masculum et feminam fecit eos et benedixit e-
os deus dicens Crescite et multiplicamini et implete terram et
dominamini eius Que ratio condicionis et coniunctionis masculi et
femine atque benedictionis nec post peccatum hominis ac penam defecit.
Ipsa enim est secundum quam terra nunc hominibus plena dominantibus
eius Quamvis enim iam emissi de paradiso convenisse et genuisse
commemorentur tamen non video quid prohibere potuit ut essent etiam
eis honorabiles nuptie in paradiso et thorus immaculatus hoc
deo prestante fideliter iusteque viventibus eique obedienter sancteque ser-
vientibus ut sine ullo inquieto ardore libidinis sine ullo labore
ac dolore pariendi fetus ex eorum semine gignerentur non ut mori-
entibus parentibus filii succederent. sed in illis qui genuissent in
aliquo forme statu manentibus et ex ligno vite quod ibi planta-
tum erat corporalem vigorem sumentibus et illis qui gignerentur ad
eundem perducerentur statum donec certo numero impleto si iuste omnes
obedienterque viverent tunc fieret illa mutatio ut sine ulla morte alia
corpora conversa in aliam qualitatem eo quod ad omnem nutum regenti
se spiritui deservirent. et solo spiritu vivificante sine ullis alimentis
corporalibus sustentata viverent et spiritualia vocarentur potuit hoc
fieri si non precepti transgressio mortis supplicium mereretur Nam et hii
qui hoc fieri potuisse non credunt nichil aliud quam consuetudinem nature
post peccatum penamque currentis attendunt Non autem de
eorum genere nos esse debemus qui non credunt nisi quod videre
consueverunt Quis enim dubitet hanc obedienti et pie viventi
prestare potuisse quod diximus Cum non dubitat vestibus
israelitarum mirandum esse quiddam in suo genere statum suum per annos
per tota vetustate detrita peragere Cur ergo non coierunt nisi cum
exissent de paradiso Cito responderi potest Quia mox facta muliere
priusquam coirent facta est illa transgressio cuius merito in morte
destinati etiam de loco ipsius temporis expulsi felicitatis extiterunt
non enim scriptura tunc expressit quantum intersit inde eos fuisse
et ex eis natum Cain Potest etiam dici quia nondum deus
iusserat ut coirent. cur enim non ad hanc rem divina expectaretur
auctoritas ubi nulla concupiscentia tamquam stimulus inobedientis carnis
urgebat Ideo autem hoc non iusserat deus quia secundum suam
prescientiam disponebat omnia in qua et eorum casum procul dubio
presciebat Unde iam mortale genus propagandum esset humanum
Aut si ad hoc adiutorium gignendi filios non est facta
mulier viro ad quod ergo adiutorium facta est Si que simul his

operaretur, etiam nondum erat labor ut adiumento indigeret. Et si opus
esset melius adiutorium masculus fieret. Sic et de solatio dici potest. Sed soli-
tudinis fortasse taedebat. Quanto enim congruentius ad convivendum ac col-
loquendum duo amici pariter quam vir et mulier habitarent. Quod si oportebat
alium iubendo alium obsequendo pariter vivere ne contrariae voluntates pacem
cohabitantium perimerent, nec ad hoc retinendum ordo defuisset quo prior
unus alter posterior maxime si posterior ex priore crearetur sicut femina
creata est. An aliquis dixerit ex costa hominis Deum feminam tantum non
etiam masculum. Si ibi si vellet facere potuisse. Et ideo propterea non invenio
ad quod adiutorium facta sit mulier viro si pariendi causa subtrahitur.
Nam si parentes filiis suis cedere ex hac vita oportebat ut
ita omne humanum genus per decessiones et successiones certa nume-
rositate impleretur, poterant etiam homines genitis filiis perfectaque hu-
manam officii iustitiam hinc ad meliora transferri, non per mortem sed
per aliquam commutationem aut in illud simul in qua receptis corporibus fiet sancti
sicut angeli in celis, aut si illam dici non oportet in omnibus
simul in seculi fine aliquam inferiorem quam illa erit, que tamen haberet
meliorem statum quam vel hoc corpus habet vel illa etiam qua primitus
facta sunt nunc ex hinc tre multis ex nunc carne. Neque enim arbitrandum
est Helyam vel sic esse iam sic erunt sancti quadam parte operis
Dic denuo pariter acceptum sunt, vel sic quemadmodum sunt homines
qui ex ista vita nondum emigraverunt. De qua ille tamen non morte
sed translatione migravit. Sciremus itaque aliquid melius hic quam in
hac vita posse quamvis nondum hoc quod ex hac vita gesta
in fine futurum est. Pro nobis enim meliora providerunt ne sine nobis
perfecti perficerentur. Aut si quispiam putat hoc alium viro non potuisse
si dixisset uxore filios quos procreassent, tradit enim non scripsisse
quia hic septimum non dixit quamvis et detectabatur eius nec
dixit quod Enoch genuit cum filios genuit Deo placens non
mortuus sed translatus est. Cur ergo et Adam et Eva si iuste vi-
verent caste filios procreassent non eis possent translatione non
morte succedentibus cedere. Nam si Enoch et Elias in Adam mor-
tui sunt, etiam redituri ad hanc vitam, et quod tam diu dilatio
est mortem. Nunc tamen in alia vita sunt ubi ante resurrectionem
carnis antequam animale corpus in spirituale mutetur, nec morbo
nec senectute quasi iustius atque probabilius primis in illis
hominibus praestaretur sine ullo suo peccatum ne parte perito mundibus
ut in meliorem aliquem statum filiis genitis cederent. Vel seculo
finito cum posteritate sanctorum in angelicam formam non per
mortem, sed per Dei virtutem multo felicius mutarentur.
Non itaque video ad quod adiutorium mulieri facta sit viro
si gignendi causa subtrahitur. Que mirabilium quod subtrahatur
ignoro. Unde enim magnum magis quam honoris mutuo apud Deum

fidelis et pia virginitas. Hoc nisi quia isto iam tempore continendi
ab amplexu cum ex omnibus gentibus adimplendo sanctorum numero lar-
gissima copia suppetat. percipiende prolis voluptatis libido non
sibi vendicat quod iam sufficiente prole necessitudo non postulat.
Denique utriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis
recte excipit honestate nuptiarum ut quod sanis esse possit of-
ficium sit egrotis remedium. Neque enim quia in adulteria malum est. id-
circo bonum vel quo in coniugiis copulatur non est bonum. Immo
vero non propter illud malum culpabile est hoc bonum sed propter hoc bonum
veniale est illud malum. Tamen id quod bonum habent nuptie peccatum
esse numquam potest. Hoc autem tripartitum est. Fides. proles. sacramentum.
In fide attenditur ne preter vinculum coniugale cum altera vel altero con-
cumbatur. In prole ut amanter suscipiatur. benigne nutriatur. religiose
educetur. In sacramento autem ut coniugium non separetur. et dimissus
aut dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. Hec est tamquam regula nup-
tiarum. qua vel nature decoratur fecunditas vel incontinentie regitur
pravitas. Unde quia satis disseruimus in eo libro quem de bono
coniugali nuper edidimus et continentiam vidualem et excellentiam
virginalem pro suorum graduum dignitate distinximus diutius hic
stilus noster non est occupandus. Nunc enim querimus cui adiutorio
mulier facta sit et eas ad gignendos filios misceri sibimet in
paradiso non liceret. Quidam enim hoc sentiunt forte peccatum esse omnem
concubitum putant. Difficile est namque ut dum puerili homines
deserunt vitia non in contraria currant. Etenim sic ex phor-
reus avarus fit profusus. aut ex horrens luxuriam fit avarus
aut inquietus fit cum pigritiam reprehendit aut cum inquietudinem
piger. aut cum reprehensus audisse cepit audaciam suam ad timi-
ditatem fugit aut cum timidus non esse conatur temere abrupto
vinculo fit temerarius. Dum non ratione sed opinione errata me-
tuunt. ita dum nesciunt homines quod in adulteriis et fornicati-
onibus Deus iure damnaverit. etiam tempora per tandem coniugale con-
bitum detestantur. Quod cum non faciunt. sed tenere fecundi-
tate carnis propter sinceram mortalitatis diminutionem data sentiunt
nec ipsi putant per illas homines potuisse concubitu nisi propter
peccatum quod ad inspiciant mortem gignendo reparasse successores.
Nec attendunt si recte pariunt successores qui moriuntur. multo
rectius potuisse qui non morerentur. Impleta enim terra genere humano
recte plus non nisi morientibus succedere quereretur. Ubi autem per
duos homines impleretur quod ipsi non gignendo officium societatis
implerent. An non ita quisquis cecus mente est ut non cernat
quanto terris ornamento sit genus humanum. etiam cum
in paucis recte laudabiliterque vivatur. quantumque valeat ordo rei publice
in eodem parcis etiam vinculum coercens etiam peccatores. Neque
enim tam depravati sunt homines ut non excellant talibus pecoribus
et volatilibus antecellant quorum tamen cum generibus homines

infimam mundi partem pro sui loci sorte decoraret quae nos considerare delectet
terrae atque ita sit ex eorum ut pariter unum eorum ornari potuisse si in istis
non morientibus impleretur Nam quia utique sublima est summa civitas angelorum
dea non certe quam duo copulaverunt vel morerentur Stante quippe immor-
talitate pro statum etiam in resurrectione sanctorum angelis futurum deo quemadmodum promissus
ait quod in resurrectione non nubent neque uxores ducent Non enim inci-
piunt mori. sed erunt equales angelis dei Sic non erunt implenda cel-
hominibus ita et eum propterea cognationis auctorem necessitudine et unitatis
vinculum maiorem quedam ex uno oportebat impleri propterea quod aliud
secundum ipsum quesitum est femineus sexus adiutor vel ubi sentitur generis
humani natura mulieribus terram fecunditas adiuvaret. Cum
vis honestius melius quam credatur ita fuisse tunc. Nostrorum corpus animale
constitutorum in paradiso. nondum mortis lege condempnatum ut non haberent
appetitum carnalis voluptatis. qualem habent nunc illa corpora. que de ex
mortis propagine ducta sunt Neque enim nichil est in eis sine cum deligo
probato consensit quamquam aliis non deputat sed editus morte moriemini
vel hic ipsum in eis illa fuerit dies quam apostolus gemens dicens Condelector
legi dei secundum interiorem hominem. video autem aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis mee et captivantem me in lege peccati
que est in membris meis. infelix ego homo. quis me liberabit de
corpore mortis huius Gratia dei per ihesum christum dominum nostrum Non
enim sufficeret ei si diceret quis me liberabit de hoc mortali corpore
sed de corpore inquit mortis huius Sic etiam illud Corpus quidem
mortuum est propter peccatum Nec ibi ait mortale sed mortuum quamvis utique
mortale sed moriturum Non ita credendum est fuisse illa corpora sed
aliud nondum spiritualia non tamen mortua id est que necesse esset ut mo-
rerentur quod ea die factum est qua lignum vetitum tetigerunt sed
in ipsis nostris corporibus quedam pro suo modo sanitas dicitur que si per-
turbata sit fuerit ut et letalibus morbis iam iusta dispensatur quo i-
perito medici morte imminente pronunciant mortale utique corpus
etiam tunc dicitur Sed aliud quamvis cum esset sanum quamdiu quam sine
dubio moriturum ita illi homines aliud quidem corpora gerentes sed
non moritura nisi peccassent accepturi autem angelicam formam
celeste ex qualitate mox inde prescriptum traxissent sunt eorum
membris velud ex egritudo letalis mortis ipsa concepta est mutat
ex illam qualitatem qua corporis sit dominabatur ut non dicerent
Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee
quia et si nondum spirituale corpus erat nondum tamen erat mortis
huius. Sequitur enim quia etiam nati sumus. sed omnis concepti in se
egritudine quidam inchoamus qua sumus necesse moriturum Neque
enim tam necesse est cum ipso morbo mori cum ydropicus vel
dissentericus vel elephanciosus factus fuerit quam eius quod hoc corpus
huic cepit in quo omnes homines nati sunt filii ire quod hic
non fecit nisi pena peccati Que cum ita sint cur non ita
credamus illos homines ante peccatum ita genitalibus membris ad
procreandos filios imperare potuisse sicut ceteris que in quolibet
opere omnia sine ulla molestia et quasi pruritu voluptatis

moreret[ur]. Si om[nium] creator omnip[oten]s ineffabil[ite]r ac laudabil[ite]r qui et in minimis
operibus suis magnus est apibus donavit ut per opera generacio[n]is fi-
lior[um] quemadmodum cere p[ro]lem honore[m]q[ue] mellis cur incredibile videat[ur]
primis hominibus talia fecisse corpora ut si non peccassent et morbum q[ue]n-
dam quo moriuntur contraxissent eo nutu imperarent membris
quibus fetus exoritur quo pedibus cum ambulatur ut non cum ardore
seminaret[ur] neque cum dolore pareretur. Nunc vero transgrediendo p[re]cepto
motum legis illius que repugnat legi mentis in membris contempti mort-
ifere meruit quem imperio ordinat continentia cohibet et refrenat ut
quemadmodum de peccato factum est supplicium sic de supplicio fiat me-
ritum. Factam itaque feminam viro de viro in eo sexu in ea forma
et distinctione membrorum qua femine note sunt que peperit Cain
et Abel et omnes fratres eorum ex quibus omnes homines nascerentur. in quibus
peperit etiam Seth per quem ventum est ad Abraham et ad populum Israel
gentemq[ue] omnibus iam notissimam gentibus. et per Noe filios omnes
gentes. quisquis dubitavit omnia conatur mutare que credimus lo-
geq[ue] a fidelium mentibus repellendus est. Cum ergo queritur ad quod adiu-
torium factus sit ille sexus viro diligenter quantum valeo cuncta
consideranti non nisi causa prolis occurrit. ut per eorum stirpem terra
impleretur et non eo modo tamen quo nunc p[ro]pagantur homines cum
inest peccati lex in membris repugnans legi mentis etiam si per
Dei gratiam virtutem superatur. Hic enim esse non potuisse credendum est
nisi in corpore mortis huius quod corpus mortuum est propter peccatum.
Et quid hac pena iustius est quam nisi ad omnem nutum finiat
corpus id est famulus famulantis anime sic domino suo detrectavit ipsa
fruire sine utriusque expendentibus creat deus corpus ex corpore animam
ex anima sive alio modo format animas non utique ad opus impossibile
nec iniquum propterea ut cum anima pietate deo subdita legem istam peccati
que in membris corporis inclusa huius primum homo accepit
in penam meruit ipsa per gratiam premium celeste proprietatis maiore gloria de-
monstrans quanta sit levis obediencie ponam vincere potuit superare
Sed quia enim adiutorio femina facta sit viro satis quantum existimo
requisitum est. Illud iam videamus quare sit factum quod adduxerit
ad Adam omnes bestias agri et omnia volatilia celi ut eis nomina
imponeret atque ita velud necessitas oriretur creandi ei feminam ex
eius latere cum inter illa aliud simile illi adiutorium non fuisset
inventum. Videtur enim mihi propter aliquam significationem propheticam factum
sed tamen factum ut res gesta confirmata et sic intelligencia libera re-
quirat. Quid est enim hoc ipsum quod volatilibus et bestiis et animan-
tibus non etiam piscibus atque omnibus natatilibus Adam nomina impo-
suit. Si enim lingue humane consulant et appellant omnia hec
quemadmodum eis homines loquendo nomina posuerunt. Non solum hec
que sunt in aquis et terris verum etiam ipsa terra aqua et celum et
que videntur in celo et que non videntur sed creduntur pro diversitate
linguarum gentium diversis nominibus appellantur. Unam sane linguam
primitus fuisse donec superbia turris illius post diluvium
edificate videntur per signorum sonos humanam dividerent societatem
cognoscimus aut alia illa lingua fuit quid attinet querere
illa certe tunc loquebatur Adam et in ea lingua si ad hoc

usque permanet sunt ille voces articulate quibus primus homo ani-
malibus terrestribus et volatilibus nomina imposuit Non igitur illo modo
credibile est in eadem lingua nomina pristina non ab homine sed diuinitus
instituta que deo docente homo postea didicerit. quod si ita factum esset
quare ita factum esset. quare ita factum esset peculiaribus mistica signo
separaret Sed credendum est paulatim cognitis pristinis quibus nomina im-
poneret. tunc autem omnia pecora et bestie et volatilia ad hominem adducta
ut eis ab se congregatis generatimque distinctis nomina imponeret quibus
cetera ipse paulatim et multo citius quam possibilibus si hoc factum non
esset posset nomina imponere quod fuit cause. nisi racio aliquid
significandi quod ad prenunciationem futurorum valet cum rei maxime ordo
narrationis eius invigilat Deinde unquid ignorabat deus nichil
tale se creasse in naturis aliud quod simile adiutorium posset esse homini
Aut opus erat ut hoc etiam homo ipse cognosceret et eo carius
datorem haberet uxorem quia quod in omni carne creata sub celo et de sub
aere sibi ipse inveniens in merito nichil eius simile inveniret Mirum
si hoc scire non posset nisi omnibus ad se adductis atque perspectis
Si enim deo credebat posset hoc ille eo modo dicere quo et preceptum
audivit quo et peccatum interrogavit atque iudicavit Si autem non cre-
debat profecto neque hoc scire poterat utrum ad eum cui ille omnino non
credebat adduxisset an forte in aliquibus ab illo remotioribus terrarum partibus
alia ei similia que non demonstrasset absconderit Non itaque arbi-
tror dubitandum hoc aliqua prophetice significationis gratia factum sed tamen
factum, Neque hoc opere suscepimus propheticarum enigmata perscrutari sed
rerum gestarum fidem ad proprietatem historie commendare. ut quod in-
possibile videtur vanis atque incredulis per eorum ipsi contra scripture
veritatis testificationis qua repugnare id convincitur minus quantum
deus adiuvat disserendo demonstrare neque impossibile esse neque quid
quod autem possibile quidem apparet nec habet ullam proprietatem repugnantie
sed tamen quasi superfluum vel etiam stultum ex quibusdam videri
potest hoc ipsum disputando demonstrare quod ideo non tamen rerum
gestarum naturali vel usitato ordine factum est ut in cordibus nostris fide-
lissima statim scripturarum omnia prolata quia stultum esse non potest
misticum esse credatur quemadmodum eius expositionem vel inquisitionem aut
alibi iam exhibuimus aut in opere aliud differimus Quando er-
go probi velit etiam aliud quod mulier de viri latere facta est. Verum
propter ipsius coniunctionis in commendanda hoc sit oportuisse credamus
Nunquid etiam ut dormienti fieret eadem ratio vel necessitas flagitabat
Et denique esse detracto in eius locum caro suppleretur Numquid
non potuit ipsa caro detrahi ut inde congruentius quod sit sexus in-
firmior mulier formaretur An vero tam multis additis costam
deus edificare potuit in mulierem et carnem pro spina non potuit
qui de pulvere hominem non fecit Aut si iam costa fuerat de-
tracta quecumque cur non alia pro ea reposita est Cur etiam non
dixit finxit aut fecit sicut in omnibus supra operibus Sed edifi-
cavit dominus deus illam costam non tamquam corpus humanum sed
tamquam domum Non est itaque dubitandum quin hec sint facta

et stulta esse non possint, ex aliquo signanda esse sed sancta futuri
seculi absque iam primordio generis humani prestito in ipsis suis operibus
interdum predicante ut eodem tempore servus suus sine per hominum similitudines
per somnium sive vel angelorum visionibus revelata atque conscripta et permittendo
rebus futuris et recognoscendis impleta testimonium perhibent quodammodo
magis quam in quibus apparet. Videamus ergo quod isto opere suscepimus
non secundum prefigurationem rerum futurarum sed rerum gestarum non intelle-
gentiam sed proprietatem rerum significationem quemadmodum hic accipi possit.
Et finxit igitur deus adhuc de terra omnes bestias agri et volatilia
unde iam quod visum est et quantum est disseruimus. Et adduxit
ea omnia ad adam ut videret quid ea vocaret. Cur non sic adduxit
deus ad adam nec carnali curiositate admirare nos oportet quod describi-
to ope divine prudentie in libro superiore tractavimus. Neque enim sicut
indagant atque adigunt venantes vel aucupantes ad retia 993
animantia capiunt ita sic fuisse credendum est aut vox aliqua
missionis desuper facta est eis verbis que rationales anime audien-
tes intelligere atque obedire assolent. Non enim sic acceperunt ut possent
bestie vel aves sed in suo tamen genere obtemperant deo non rationali vo-
luntatis arbitrio. Sed sicut movet ille omnia temporibus optimis non
ipse temporali motus per angelica ministeria que capiunt in verbo eius quid
quo tempore sit debeat et illo tempore non temporali modo movet
ipsa temporaliter ut in sibi que subiecta sunt iussa eius efficiant.
Omnis enim anima viva non solum rationalis sicut in hominibus verum
etiam irrationalis sicut in pecoribus et volatilibus et piscibus visis movetur
sed anima rationalis voluntatis arbitrio vel consentit visis vel
non consentit irrationalis autem non habet hoc iudicium. Pro suo tamen
genere atque natura visa aliqua tacta compellitur. Nec in potestate
ullius est anime que illi visa veniant sive in sensu corporis
sive in ipso spiritu intrinsecus quibus visis appetitus movetur cuius
libet animantis. Ac sic per ea visa per angelorum obedientiam deo mi-
nistrant. Pervenit iussio dei non solum ad solum nec solum
ad aves et pecora verum etiam que aqua que magis latet
sicut ad cetum qui conglutivit Ionam. Nec solum ad illa maiora
verum etiam ad vermiculum. Nam de rege Ninive iussio ut ra-
dicem cucurbite roderet percussimque umbraculo propheta remanerat. O-
cum hominem ordinavit deus sic eum instituens ut etiam carnem
peccati portans et multa suis usibus instituta subdita nec
tantum domesticas aves sed libere voluntatis carnalibus et ferinis
feras et saepe et mansuetas faceret eis innumerabiliter imparare preter vires
non corporis in eorum appetitus et dolores captatis paulatim
illectando premendo laxando quam mediamus aggressi eas exuunt
consuetudine et tamquam humanis moribus induunt quanto magis
hoc angeli possunt quam missione dei in ipsa eius quam semper
sine intuentur incommutabili veritate perspectam movetes per
temporis et locorum agilitatem mutabilium et visa quibus mo-
neantur et appetitus carnalis indigentie valeant efficere cuiusque
anime vive ut quia eam venire opus est nescientes adducant.

Nam ideo mulierem ipsam in illis formationibus quae institutae etiam edificatio
dicta est quemadmodum sit facta Natura quippe in illis causis data est quoniam
ex viri latere iam erat ut fieret modo tam consentaneum naturarum
angeli aut nullam omnino possunt creare naturam. Solus enim om-
nium naturarum sive magnarum sive minimarum creator est Deus, id est ipsa trini-
tas Pater et Filius et Spiritus sanctus. Aliud ergo quaeritur quod soporatus
sit Adam costa eius sine ullo dolore carnis a corporis compage detracta
sit. Hic enim fortasse dicit potuisse per angelos fieri conformare aut
vel edificare costam ut mulier esset, utrumque adeo non potuit nisi Deus
a quo universa natura subsistit, ut neque illud quod carnis supplementum
in corpore viri quod in locum costae successit carnem ab angelis factam
esse crediderim, sicut naturae ipsum hominem. Verum probabilis ratio quod
nulla sint angelorum opera nisi aliquid creetur. Sed non ideo creatores
sunt quemadmodum nec agricolas creatores segetum atque arborum dicimus.
Non enim qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incre-
mentum dat Deus. Ad hoc incrementum pertinet etiam in corpore hu-
mano quod esse dempto latere carne suppleta est, illo scilicet
opere Dei quo naturas substituit ut sint, quo ipsos quoque angelos
creavit. Opus itaque agricolae est ut aquam ducat cum rigat; non
autem opus eius est ut aqua per declivia prolabatur, sed illius qui
omnia in mensura et numero et pondere disposuit. Item opus agri-
colae est ut surculum avellat ex arbore terraeque mandet; at non
eius opus est ut succum eius cuius bibat ut germen emittat,
aut non aliquid quod eius solo figat quo radice stabiliat, aliud
in auras porrigat quo robur nutriat ramosque diffundat, sed illius
qui incrementum dat. Medicus quoque aegro corpori alimentum adhibet
et vulnerato medicamentum, primum non de rebus quas creavit, sed
quas creatas opere creatoris invenit. Deinde cibum vel potum praeparare
potuit et instituit emplastrum formare et medicamentum herbam
apponere. Num etiam ex his quae adhibet etiam operari et creare vires
vel carnem potest? Natura id agit interiore motu nobisque occultis-
simo. Cui tamen si Deus subtrahat operationem intimam qua eam sub-
sistit et facit, continuo tamquam extincta nulla remanebit. Certa
sed cum Deus omnem suam creaturam praesciento quodam suo opere providens
De quo in superiore libro locuti sumus et naturalibus et volun-
tariis motibus administrat creaturam, nam etiam angelos per quos
nec ipsorum voluntates non angelica obediunt Deo subdita eiusque
expedita ministeria naturalibus motibus de rebus subiectis tempera-
mentum instituere, ut secundum illas principales in verbo Dei non crea-
tas vel secundum illas in primis sex dierum operibus causales
rationes aliquid in tempore creetur more agricolandi vel medendi. Per
talia itaque ministeria Deo exhibuerunt angeli in illa mulieris
formatione quis audeat affirmare? Certissime tamen dixerim sup-
plementum illud carnis in costae locum ipsius fuisse et corporis et
animam conformationemque membrorum et omnia interiora quae omnia quantitas
erat quo illa et creatura et homo et femina esset non nisi in opere
Dei factum, quod Deus non per angelos sed per semetipsum operatus est
et non dimisit. Sed ita existimant operatum ut nec illarum aliquo-
rum nec ipsorum angelorum natura subsistat, si non operetur.

in hac terra hominum quemadmodum et angeli in hoc mundo quodammodo
agricolentur non utique hominum Nam profecto si remota hominum industria
fructiferi generis per cursus operantium nihil aliud nos terrenum quam
extra nasci arbores et herbas et ex certarum seminibus arboris itidem in terram
cadentibus Numquid enim innotesceret nobis quid valeret insertio ut
alterius generis lignum radice propria poma portaret aliena et colle secte
varietatem iam sua hec per agricolarum opera didicimus cum ipsi creatores
arborum nullomodo possent sed nec cursum deo tanti sunt quoddam
officium ministerium prebent Nec tamen enim quidquid per corporum opera
existit si hoc dei opere intima natura recto non haberet Eiusdem ergo
more si hominem ex costa hominis factam non noverimus quam tanti deo quem-
admodum angeli serviant ignoramus qui nec arborem ex arboris sur-
culo in robore alieno satam nosse possemus si illa deo tanti
quemadmodum agricole serviant Similiter responderimus Nullo tamen
modo dubitamus et hominem et arborem non nisi deum esse creato-
rem fideliter quoque credimus factam feminam ex viro nullo interveniente con-
cubitu etiam si forte costa hominis ministrata sit per angelos operi
creatoris sicut fideliter credimus etiam virum factum ex femina nullo
interveniente concubitu cum semen abrahe dispositum per angelos
in manu mediatoris Utrumque quidem infidelibus incredibile est fide-
libus autem cum ad rei geste proprietatem quod de christo factum est et
tamen ad figuratam significationem quod de eva scriptum est incre-
dibile factum est An vero sine coitu cum concubitu vir ex
femina fieri potuerit femina ex viro non potuit Et virginalis ute-
rus unde vir fieret habebat muliebre autem latus unde femina
fieret non habebat cum hic deus de famula nasceretur ibi de suo
famula formaretur poterat deus utique carnem de costa vel de ali-
quo membro coniugis tradere Sed quum posset ostendere in corpore
suo hic se iterum fecisse quod factum est ubi illus (?) in mulie-
re ostendit nihil prodesse quod factum est Quod
si queritur quomodo se haberet illa temporalis conditio in qua primum deus
hominem fecit ad imaginem et similitudinem suam vel quomodo se
et hoc dictum est masculum et feminam fecit eos Utrumque
iam illa ratio qua mundi primus operibus indidit atque con-
creavit deus id habebat ut sicut cum iam necesse esset ex
viri latere feminam fieri an hoc tantum haberet ut fieri posset non omni-
no ita fieri necesse esset non ibi iam conditum sed in deo erat
absconditum si hic queritur. Dicam quid michi videatur sine affir-
mande temeritate Quod tamen cum dixero confortasse predicent
ista considerantes quos iam perna (?) fidei imbuit etiam si nunc pri-
mitus ista cognoscunt Dubitandum non esse indicabo omnis iste
nature usitatissimus cursus habet quasdam naturales leges suas
secundum quas et spiritus vite qui creatura est habet quosdam appetitus
suos determinatos quodammodo quos et mala voluntas non
possit excedere et elementa mundi huius corporei habent diffinitam

nim qualitatem quam fecit quid unde quoque valeat vel non valeat quid
de qua re fieri possit vel non possit. Ex hiis velud primordiis rerum
omnia gignuntur suo quoque tempore exortus processusque sumunt fi-
nesque et decessiones pro cuiusque generis modo. Unde fit ut de grano tritici non
nascatur faba vel de faba triticum vel de pecore homo aut de
homine pecus. Super hunc autem motum cursumque rerum naturalem potestas
creatoris habet apud se posse de hiis omnibus facere aliud quam eorum quasi semi-
nales rationes habent non tamen id quod in eis non posuit ut de hiis
fieri vel ab ipso possit. Neque enim potentia temeraria sed sapientie virtute
omnipotens est et hoc de unaquaque re in tempore suo facit quod ante in ea
fecit ut possit. Alius ergo est rerum motus quo illa herba
sic germinat illa sic illa etas parit illa non parit homo loqui
potest pecus non potest. Horum et aliorum talium modorum rationes non tantum
in deo sunt sed ab illo etiam rebus creatis indite atque concreate. Ut
autem lignum de terra excisum aridum perpolitum sine radice ulla
sine terra et aqua repente floreat et fructum gignat ut per iuventutem
sterilis femina in senectute pariat ut asina loquatur et si aliquid
eiusmodi est dedit quidem naturis quas creavit ut ex
eis et hec fieri possent. Neque enim ex eis vel ipse faceret quod ex eis
fieri non posse ipse prefigeret quia seipso non est nec ipso potentior
verumtamen alio modo dedit ut non haberent in motu naturali
sed in eo quo ita creata essent ut eorum natura voluntati potentiori am-
plius subiaceret. Habet ergo deus in seipso absconditas quorundam fac-
torum causas quas rebus conditis non inseruit easque implet non
illo opere providentie quo eas administrat ut naturas quas ut vo-
luit condidit. Ibi est et gratia per quam salvi fiunt peccatores.
Nam quod attinet ad naturam iniquitate sua voluntate depravatam
recursum per semetipsam non habet sed per dei gratiam qua adiuvatur
et instauratur. Neque enim desperandi sunt homines in illa sententia qua
scriptum est Omnes qui ambulant in ea non revertentur. Dictum
est enim secundum pondus iniquitatis sue ut quod revertitur qui revertitur
non sibi tribuat sed gratie dei non ex operibus ne forte extollatur.
Ac per hoc istius gratie misterium apostolus absconditum dicit Non in mundo
in quo sunt abscondite causales rationes omnium rerum naturaliter
oriturarum sunt sicut absconditus erat levi in lumbis abrahe quando
et ipse decimatus est. sed in deo qui omnia creavit. Ac per hoc et
etiam omnia que ad hanc gratiam signandam non naturali
motu rerum sed mirabiliter facta sunt eorum etiam cause in deo
abscondite fuerunt. Quorum unum erat. quod ita mulier facta
est de latere viri et hoc dormientis que per ipsum firma facta est
tamquam eius osse firmata ille autem propter ipsam infirmus quia in loco
coste non costa sed caro suppleta est non enim hoc habuit prima rerum
conditio quando vi die dictum est masculum et feminam fecit eos
ut femina omnino sic fieret. sed tantum hoc habuit quia sic et fieri posset
ne contra causas quas voluntate instituit mutabili vo-
luntate aliquid fieret. Quod autem sic fieret ut omnino aliud futurum

non esset absconditum etiam modo cum primitus ecclesia claruit sed quod erat
absconditum in deo ut innotesceret principibus et potestatibus in celestibus per
ecclesiam multiformis sapientia dei probabiliter creditur per illud semen
cui repromissum est dispositum est per angelos in manu media-
toris sic omnia que ad ipsius seminis adventum vel prenunciandum
vel annunciandum in rerum natura preter usitatum nature cursum mira-
biliter facta sunt ministrantibus angelis esse facta ut tamen ubique
creator vel reparator creaturarum non sit nisi qui plantatorem et
rigatorem quoslibet nihil esse docet sed qui incrementum dat deus Ac per hoc etiam
illa extasis quam dominus immisit in adam ut soporatus obdormi-
ret recte intelligitur ad hoc immissa ut ipsius mentis per extasim parti-
ceps fieret tamquam angelice curie et intrans in sanctuarium dei intel-
ligeret in novissima Denique evigilans tamquam prophetia plenus
cum ad se adductam mulierem suam videret eructavit continuo
quod magnum sacramentum commendat apostolus Hoc nunc os ex ossi-
bus meis et caro de carne mea haec vocabitur mulier quoniam de viro sumpta
est propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne una Que verba cum primi hominis
fuisse scriptura ipsa testatur dominus tamen in evangelio deum dixisse
declaravit Ait enim non legistis quia qui fecit ab initio mascu-
lum et feminam fecit eos et dixit propter hoc dimittet homo pa-
trem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne
una ut hinc intelligeremus propter extasim que precesserat in adam
hoc eum divinitus tamquam prophetam dicere potuisse Sed iam iste huius
placet ut ea que sequuntur ab alio exordio versentur intentione
legentium etc.

Sequitur liber decimus

Iam quidem ordo ipse videtur exposcere ut de peccato primi hominis
disseramus Sed quia de carne mulieris quemadmodum facta sit scrip-
tura narravit tacuit autem de anima multo magis nos fecit in-
tentos ut de hoc diligentius inquiramus quo iam modo refelli
possint qui credunt animam de anima hominis sicut de carne carnem
fieri parentibus in filios utrumque transfundi seminibus Hinc enim primitus
ad hoc movetur ut dicant quod primam animam deus fecit sicut cum
sufflavit in faciem hominis quem de pulvere finxerat non ex illa iam
cetere tacent anime hominum sicut ex illius carne omnis etiam caro homi-
num quoniam adam prius formatus est Deinde eva et ille quidem habuit
corporis unde formatum est corpus videlicet pulverem terre animam
vero flatum dei At illa de illius latere unde non
dictum quod eam deus flando sic animaverit tamquam utrumque de
illo dictum sit qui iam fuerat animatus Aiunt enim taceri oportuit
inquiunt etiam de anima viri ut eam sicut possemus vitam divinitus
vel intelligeremus vel etiam crederemus Aiunt propter hoc ipsa scriptura
non tacuit ne animam quasi sic hominis carnem de altera factam
esse putaremus debent et de nullius anima non taceri ne putaretur
ex dimissa sed hoc verum non est quia propterea tacitum est inquiunt

quod in eius faciem flavit deus quia illud est viri. Quod etiam
ex homine preparata est hinc suspicioni facile occurrit. Si enim propterea
putant animam mulieris ex anima viri factam quia non scriptum est quod
in mulieris faciem flaverit deus, ut crederent ex viro animatam fe-
minam, quando nec id quod scriptum est videtur? Si deus omnes
animas hominum nascentium sicut primam facit, propterea scriptura de aliis
tacuit, quoniam posset quod in una factum commemoratum est ceteris
prudenter intelligi. Itaque si oportuit nos per hanc scrip-
turam aliquid doceri ut admoneremur magis si aliquid aliud fiebat
in anima femine quam quod in viro factum non erit ex viro animata
eius anima duceretur, non sicut viri eius aliunde corpus aliunde animam
hoc ipsum quod alio modo fiebat scriptura potius tacere non debuit, ne
hoc idem factum putaremus quod unum de illo didiceramus. Porro quia
non dixit ex anima viri animam mulieris esse factam, congruentius cre-
ditur eo ipso nos similiter admoneri voluisse nihil hinc aliud
putare quam quod de viri anima esse factam noveramus. Sic datam
esse mulieri. Cum presertim esset evidentissime occasionis locus, ut
si non erit tunc quando formata est propterea etiam dicitur, nam Adam
ait: Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Quanto
enim carius amantiusque diceret et anima de anima mea. Non tamen
hinc tam magna questio iam soluta est, ut unum horum mani-
festum certumque teneamus. Quamobrem primo videndum est utrum
sententia scriptura huius libri ab eius exordio pertractata sunt nos
dubitare permittat, ut tunc vere fortasse requiramus aut que-
nam sententia potius eligenda sit aut in re huius modi quemadmodum
tenere debeamus. Certe enim vi die fecit deus hominem ad ymaginem
suam, ubi etiam dictum est: Masculum et feminam fecit eos. Et horum
illud sensimus ubi ymago dei commemorata est secundum animam
hoc autem ubi sexus diversitas secundum carnem accipiebamus. Et quam tot
ac tanta testimonia que ibi considerata atque tractata sunt
nos non sinebant cogi ipso vi die etiam formatum de limo hominem
mulierem quod de latere eius accipere, sed sic potius factum esse per
illa primitus opera dei in quibus condita omnia simul consummata. Quid
de hominis anima credimus, discussis omnibus disceptationibus
utrimque partibus illud credibilius vel tollerabilius dici visum est
quod ipsa hominis anima in illis operibus facta est, corporis vero
eius in mundo corporeo temporis rationes in semine nec cogeremus contra verba
scripture. Aut vi die totum dicere de limo virum et latere eius
feminam aut in illa vi dierum operibus nullo modo factum
esse hominem aut corporis hominis talem rationem aut tamen non
ad ymaginem dei aut etc. et si non contra verba scripture apte
specialiter que ad hoc tamen modo tanta esset factam fuisse rationem
cum ipsa creatura in qua illa ratio facta dicitur non commemoratur
in omnibus dei vel in aliqua que in illis commemorantur operibus
factam rationem animae velud in hominibus qui iam sunt sic latet
ratio gignendorum filiorum ac si eam vel angelorum fillam vel

quam est intollerabilius alicuius elementi corporei filiam credere. Sed
nunc si ob hoc creditur non de nihilo sed si creditur non ille adhuc factam earum
asserit accepisse quia singulas singulis fecit deus non erat in illis
primis operibus anima facienda. Aut si generalis omnium animarum ratio facta
fuerat sicut in hominibus ratio gignendi redditur ad illud dictum ac mo-
lestum non vel angelorum vel quod incongruissimum est celi corporei sine
alicuius etiam inferioris elementi filias animas hominum esse dicamus
ac per hoc videndum est et si latet quid verum sit quid saltem tollerabilius
dici possit utrum hoc quod modo dixi an in illis primis dei
operibus unam animam primi hominis factam deinceps propagine omnes hominum
animas creari. Cum novas fieri animas sibi quarum nulla vel ratio
facta precesserit in primis illis dei operibus sex dierum horum quamvis
duo posterius non repugnat primis illis conditionibus ubi simul omnia
creata sunt. Sive enim in aliqua creata causaliter in [illegible] anime
facta sit ut omnes anime ab illa gignantur adeo aut creantur quam
singulis hominibus dantur sicut a parentibus hominibus corpora sic non ratio
anime velud in parente ratio prolis. Sed ipso anno enim factus
est dies facta sit anima sicut ipse dies sicut celum et terra et celi
similia congruerent. Dictum est fecit deus hominem ad imaginem suam
hoc non tantum quod non repugnet ei sine qua et sexto die factus est
accepit homo ad ymaginem dei et post diem septimum in visibilibus creatus
non tam facile video. Novas quippe animas fieri que ipse neque
ratio causarum tamquam in potentia precedentes sexto illo die facta sit cum suis
operibus a quibus consummatis et inchoatis deus in die septimo requievit
si dixerimus cavendum est ne frustra tam diligenter scriptura commendet
sex diebus consummasse deum omnia sua opera que fecit bona
valde si aliquas adhuc naturas facturus erat creaturas quas nec ipsas nec earum
ubi rationes causaliter fecit nisi intelligatur rationem quidem singillatim
faciendarum animarum novarum quibus eas dandarum in se metipso habere
non in creatura alia condidisse. Sed quia non alieni generis creatura
est anima quam illius secundum quam sexto die factus est homo ad
ymaginem dei non recte dicimus deum ea facere nunc que tunc con-
summavit. Talem enim tunc animam fecit quales et nunc facit
et ideo non aliquod novum creature genus nunc facit quia tunc
in suis consummatis operibus non creavit. Nec contra illas causales
rationes rerum futurarum quas universitati tunc indidit hoc eius
operatio est sed potius secundum ipsas quando quidem corporibus humanis
quorum ex illis primis operibus propagatio continuata succedit [illegible]
tales congruit animas inseri quales nunc facit atque inserit.
Quapropter metuens(?) timentes ne contra verba libri huius que
de prima illa sex dierum conditione conscripta sunt quamlibet harum trium sen-
tentiarum probabilius mihi secunde videatur. Suppressimus diligentiore
huius questionis pertractatione quantum adiuvat deus ne forte fieri
possit ut si non liquida certaque dubitari ultra non debeat [illegible]
certe debeat acceptabilem debeat secundum naturam nostram vel ra-
tione docet certum aliquid elucescat non sit absurdum. Quod
si nec hoc quid potius documentorum monumentis undique [illegible]

mutantibus. saltem non videbor in re dubia laborem vitasse que-
rendi sed affirmandi temeritatem ut me si quis vero iam doctus est docere
dignetur per quem vero nec divini eloquii nec perspicue rationis auctoritas
sed sua presumptio docuit fecit dubitare metuentem non dedignetur. At
verum illud firmissime teneamus anime naturam nec in naturam corporis
converti ut que iam fuit anima fiat corpus nec in naturam anime irratio-
nalis. ut que fuit anima hominis fiat pecoris nec in naturam dei
ut que anima fuit fiat quod est deus atque ita vicissim nec corpus
nec animam irrationabilem nec substantiam que deus est converti et fieri
animam humanam. Illud etiam non minus certum esse debet animam non
esse nisi creaturam dei. Cum ergo si neque de corpore neque de anima
irrationali neque de se ipso deus animam hominis fecit restat ut aut
de nichilo eam faciat aut de aliqua spirituali rationali tamen creata
Sed de nichilo fieri aliquid consummatis operibus quibus condidit omnia
simul molestum est velle monstrare. et utrum perspicuis documentis
optime possit ignoro. Nec exigendum est a nobis quod vel comprehendere
homo non valet vel si iam valeat minus si persuadere cuiquam potest non
tali quem etiam nullo homine docente potuit etiam ipse tale aliquid
intelligere. tucius ergo desinimus dei rebus non humanis agere coniectu-
Sed divina testimonia perscrutari. Quod ergo ex angelis tanquam
parentibus deus creet animas nulla de canonicis libris michi occurrit
auctoritas multominus itaque ex mundi corporeis elementis. Nisi forte
illud movet quod apud Ezechielem prophetam cum demonstratur resurrectio
mortuorum reintegratis corporibus ex quatuor ventis celi advocata
spiritus quo perflante vivificentur ut exurgant Sic enim scriptum est
Et dixit michi dominus propheta super spiritum propheta fili hominis et dic
ad spiritum Hec dicit dominus a quatuor partibus ventorum celi veni et in-
spira in mortuos hos et vivant. Et prophetavi sicut precepit michi
dominus. et introivit spiritus vite in eos et revixerunt et steterunt
super pedes suos congregatio multa valde Ubi michi videtur
prophetice significari non ex illo tamen tempore ubi res ipsa demonstrabatur
sed ex toto orbe terrarum resurrecturos homines et hoc per flatum quatuor
mundi partium figuratum fuisse. neque enim flatus etiam ille ex corpore
domini substantia erat spiritus sancti. quando sufflavit et ait Accipite spiritum
sanctum sed utique significatum est sic etiam procedere spiritum suum quia absque
corpore flatus ipse processit. sed quia mundus non ita deo coaptatur
ad unitatem persone sicut caro illa verbo eius unigenito filio non possumus
dicere ita esse animam de substantia dei quemadmodum flatus ille a quatuor
ventis de natura mundi factus est Sed tamen aliud enim fuisse
aliud signasse puto quod exemplo flatus ex corpore domini
procedentis recte intelligi potest etiam per Ezechielem prophetam illo loco
non resurrectionem carnis qualis futura est sed inopinatam
desperati populi reparationem per eius spiritum domini qui replevit orbem terrarum
figurata revelatione predixit. Illud ergo iam videamus utrum vani
patrocinus sive divina testimonia suffragentur et ne quia dicitur unam
animam deo fecisse et dedisse homini primo unde ceteras fierent

sicut ex eius corpore cetera hominum corpora an ex ea qua deus singulas sin-
gulis facit sicut illi unam non illa ceteras. Illud enim quod scriptura
dicit eum flatum ego feci omnem si eum de anima dicere que sequuntur
satis ostendunt ad utrumlibet accipi potest. Nam sive ex una primi hominis
anima sive ex aliquo suo secreto omnes procul dubio animas ipse facit.
Et illud quod scriptum est qui finxit singillatim corda eorum si nomine
cordium voluimus intelligere animas neque hoc repugnat tamquam duorum
de quibus nunc ambigimus. Sive enim ex una illa quam sufflavit
in faciem primi hominis ipse utique singulas fingit sicut etiam cor-
pora, sive singulas vel fingat et mittat vel in eis ipsis quibus
misit eas fingat. Verumtamen hic non michi videtur dictum nisi
ex eo quod per gratiam nostre anime ad imaginem dei renovande
formantur. Unde dicit apostolus Gratia enim salvi facti estis per fidem
et hoc non ex vobis sed ex dono dei est non ex operibus ne forte
quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Ihesu in
operibus bonis. Non enim per gratiam fidei corpora nostra creata vel
ficta possumus intelligere. Sed sicut in psalmo dictum est Cor mundum
crea in me deus. Hinc est etiam illud prophete qui finxit spiritum ho-
minis in ipso tamquam aliud sit spiritum mittere aliud in ipso homine
facere, id est refectum reformare. Sic etiam hoc si non de gratia in qua reno-
vamur sed de natura in qua nascimur intelligamus ad utramque
sententiam duci potest. Quia vel ex una illa primi hominis tamquam semine
anime attractum ipse fingit in homine nisi vivificet corpus sine
spiritum vite non ex illa propagine sed aliunde corpori infusum ipse
itidem fingit per mortales sensus carnis ut fiat homo in animam
vivam. Illud sane de libro Sapientie ubi ait Sortitus sum
animam bonam et cum essem magis bonus veni ad corpus incoin-
quinatum. diligentiorem considerationem flagitat. Magis enim videtur
attestari opinioni in qua non ex una propagari sed desuper anime
venire creduntur ad corpora. Verumptamen quid est Sortitus sum
animam bonam quasi vero in illo animarum fonte si nullus est
omnes sint anime bone que forte quadam exeant que non sibi
homini tribuatur aut ab deus ad horam conceptorum vel nascentium
faciat bonas alias non bonas quarum quisque habeat forte quod acciderit
utrumque per hoc saltem admittat qui credunt animas alibi factas
singillatim mitti a deo singulis quibusque corporibus hominum. At non
illas pro meritis que propriis que ante corporis egerunt in corpora
mitti animas dicunt. Sed quid enim alie bone alie non bone
venire possunt preterquam per se nisi per opera sua. Neque enim secundum
naturam in qua sunt ab illo qui omnium naturas bonas facit sed
absit ut contradicamus apostolo nondum natos nichil egisse
boni aut mali. Unde confirmat non potuisse ex operibus
dici sed ex vocante maior serviet minori. causam de geminis agens
ad huc in Rebecce utero constitutis. Sequestremus ergo hoc paulu-
lum de libro Sapientie testimonium. Neque enim negligenter sed veraciter
sed verum sapiunt qui hoc specialiter et singulariter de anima illa
dictum putant mediatoris dei et hominum hominis Christi Ihesu.
Quod si recte sic quale sit postea considerabimus ut si possumus

convenienter non poterunt quemadmodum id accipere videamus
ne contra apostolum veniamus sed putantes sine animas aliqua natura
operum suorum principium incipiant in corporibus vivere. Nunc illud vi-
deamus quemadmodum dictum sit. Auferes spiritum eorum et deficient et in
pulverem revertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis
faciem terre. Contrarius enim qui arbitratur animas ex parentibus per
corpora creari hoc videtur signare cum sic intelligit non spiritum eorum
specialiter dixit quod cum homines ex hominibus acceperint cum tamen mor-
tui fuerint non eos patitur ab hominibus reddi, sed resurgant quia non
mittit quemadmodum quando nati sunt a parentibus dicuntur sed deus eum
reddet qui resuscitat mortuos. Et per hoc emitte spiritum dixit
eorum cum moriuntur, dei autem cum resurgunt. Quod putant illi qui
non ex parentibus sed deo mittente animas venire asserunt pro sua
opinione sic intelligere ut eorum dixerit spiritum cum moriuntur quia
in eis erat et ab eis exit, dei autem cum resurgunt quod ab ipso mittitur
ab ipso redditur. Proinde etiam hoc testimonium neutros corporaliter adiuvat.
Ego vero arbitror melius intelligi hoc dictum de gratia dei qua
interius renovamur. Omnium enim superborum spiritum eorum humani-
tum et de sua vanitate presumentium quodam modo aufertur spiritus
suus cum exeunt se veterem hominem et infirmantur ut proficiant
expulsa superbia dicentes domino per humilitatem confessionis memento
quia pulvis sumus. Omnibus dictum erit omnia superbis terra et
cinis. Per oculum quippe fidei conspectus dei in se ipsam et nolentes
constantie suam semetipsas despiciendo sicut Iob dicit et distabe-
scunt et existimant se terram et cinerem hoc est enim in pulverem suum
convertentur. Accepto autem spiritu dei dicit vivo autem iam non ego vivit
autem in me christus. Sic innovatur facies terre per novum testamenti
gratiam innovatorum sanctorum. Illud etiam quod apud ecclesiasten scrip-
tum est. Convertatur pulvis in terram sicut fuit et spiritus revertatur
ad eum qui dedit eum. Neutri sine contra alterum suffragatur
sed in utraque consistit. Cum dixerint isti hinc probari non a paren-
tibus animas dari quod corpus pulvis in terram suam id est carno-
sum de pulvere facta est revertetur spiritus ad dominum qui dedit illum
Respondent illi utique. Redit enim spiritus ad dominum qui eum dedit
homini primo cum in eius faciem sufflavit corpus pulvis id est hu-
mano corpore in terram unde primitus factus est. Neque enim erit
spiritus ad parentes redditurus quamvis in sit creatus ex illo uno
qui homini primo datus sic nec ipso caro parentis mortem
ad parentes revertitur a quibus cum etiam constat esse propagatam. Sicut
ad modum ergo caro non redit ad homines ex quibus creata est sed
ad terram unde primo homini formata est ita et spiritus non redit
ad homines a quibus traductus est sed ad dominum a quo prime illi
carni datus est. Quo testimonio satis prius admonemur
ex nichilo deum fecisse animam quam primo homini dedit
non ex alia iam facta creatura sicut corpus ex terra et ideo cum
redit non habet quo redeat nisi ad auctorem qui eam dedit
non ad eam creaturam ex qua facta est quia ex nichilo facta est

ut per hoc ad factorem suum redit que recedit a quo ex nichilo facta
est Non enim omnes viderunt qui sunt de quibus dicitur prius ambulans
et non veniens. Et nunc ita difficile est quidem omnia de hac re scrip-
turarum sanctarum testimonia colligere quod etsi fieri possit ut non solum
commemorentur sed etiam pertractentur in magna sermonis longitudinem
pergunt. sed tamen nisi aliquid tam certum aliquid proferatur quam
proferunt quibus ostenditur quod deus animam faciat vel quod
eam primo homini dederit quonam modo per divini eloquii testi-
monium ista questio solvatur ignoro. Si enim scriptum esset quod suum de
sufflamine dei in faciem formate animalis et factus fuit in animam
vivam iam quidem plurimum hinc accederet quamvis formate carni
homini non ex parentibus dari animam crederemus. Ad hoc
tamen expectaretur in prole quem modus nobis ostentatus est homo
ex homine femina vero virili alia facta est et ideo ad hec dici posse
animam propterea non ex adam dominus esse datam quia non ex illo
tamquam prole orta est. Sed cum homini qui primus ex illis natus
est unico scriptura non ex parentibus ductam sed deo proprie animam
datam illud iam incertis etiam tacente scriptura oportet intelligi
Nunc itaque et aliud consideremus utrum nostram sententiam confirmet
sed utcumque possit accommodari quod scriptum est Per unum hominem
peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors. et ita in omnes
homines pertransiit in quo omnes peccaverunt Et paulo post dicitur
per unius delictum in omnes homines ad iustificationem vite Sicut
enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi
ita et per unius obedientiam iusti constituentur multi. Ex his enim
verbis apostoli qui defendunt animarum propaginem sententiam suam sic
astruere moliuntur Si secundum solam carnem intelligitur peccatum intelligi
peccator vel peccatum non cogimur in hiis verbis ex parentibus animam accipere
Si enim quamvis illecebrosa caro non tamen peccat nisi anima quomodo
accipiendum est quod dictum est In quo omnes peccaverunt si non ex
adam etiam anima sicut caro propagata aut quomodo per illius inobe-
dientiam peccatores constituti sunt multi si tantum secundum carnem in illo
non etiam secundum animam fuerunt. Cavendum est enim ne vel deus
iudicatur auctor esse peccati si dat animam carni in qua eam
peccare necesse sit vel possibile esse anima preter Christi cum h-
bendo aperto non sit per divinam gratiam necessaria quia non peccavit in
adam sed omnes in eo peccasse secundum carnem tamen que de illo
tracta est non etiam secundum animam dictum est Et nunc usque
adeo contrarium est ecclesiastice fidei ut parentes ad percipiendam
gratiam sancti baptismi etiam cum parvulis atque infantibus currant
in quibus si hic vinculum peccati solvitur quod tamen in carnis
non etiam quod anime est iusto queritur quid eis obesset
si in illa etate de corpore sine baptismo exirent. Si enim per hoc
sacramentum corpori eorum consulitur non et anime deberent
et mortuos baptizari. Aut cum videamus hic principaliter etiam
retineri ut cum venientibus curat et venientibus succurratur
ne cum mortui fuerint nichil fieri possit quod prosit non videmus

quid aliud possit intelligi nisi unumquemque parvulum non esse nisi
in Adam et corpore et anima et ideo illi Christi gratiam necessariam. Etas
quippe illa in se ipsa nichil egit vel boni vel mali. Porro ibi
anima innocentissima est si ex Adam propagata non est. Unde quo
possit iustitia Dei in condempnationem si de corpore sine baptismo
exierit quicumque istorum suam de anima tenens poterit demonstrare
mirandus est. Verissime quippe ac veracissime scriptum est
Caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Sed
tamen carnem sine anima concupiscere nichil posse puto, quod
omnis doctus indoctusque non dubitet. At per hoc ipsius concu-
piscentie carnalis causa non est in anima sola, sed multo minus
est in carne sola. Ex utroque enim fit, ex anima scilicet quia sine illa
carnalis delectatio non sentitur, ex carne autem quia sine illa car-
nis delectatio non sentitur. Carnem itaque concupiscere adversus spiritum
dicit apostolus carnalem sine dubio delectationem quam de carne et
cum carne spiritus habet adversus spiritus delectationem quam solus habet.
Solus quippe habet nisi fallor illud desiderium non tamen carnis vo-
luptate sed carnalium rerum cupiditate commixtum, quod desiderat
et deficit anima in atria dei. Solus etiam habet illud de quo ei dicitur
Concupisti sapientiam serva mandata et dominus prebebit illam tibi.
Nam cum spiritus imperat membris corporis ut huic desiderio famulentur
quo solus accenditur velud cum assumitur codex, cum aliquid
scribitur, legitur, disputatur, auditur, cum denique panis fran-
gitur esurienti et cetera humanitatis ac misericordie officia obe-
dientium caro exhibet non concupiscentiam movet. His atque huius-
modi bonis desideriis quibus sola anima concupiscit cum adversatur
aliquid quod vanum animam secundum carnem delectet tunc dicitur
concupiscere adversus spiritum. Spiritus autem adversus carnem. Sic enim dicta
est caro in eo quod secundum ipsam facit anima cum ait caro con-
cupiscit, quemadmodum dictum sit auris audit et oculus videt. Certe
enim nescit quod anima potius et per aurem audiat et per oculum videat,
ita loquimur et cum dicitur manus tua subvenit homini cum aliquid
porrecta manu datur quia eam quam subveniat, quod si de ipso
etiam fidei oculo ad quem pertinet videre que per carnem non
videntur dictum est Videbit omnis caro salutare Dei, non utique
nisi de anima qua vivit caro cum etiam per ipsam carnem intuenti
Christum presentem videri, id est formam qua indutus est propter nos, non perti-
neat ad concupiscentiam sed ad visum carnis, ne forte aliquis ita
velit accipere quod dictum est Videbit omnis caro salutare Dei.
quo locutionis genere dicitur caro concupiscere cum anima non solum car-
nalem vitam prebet, verum etiam secundum ipsam carnem ali-
quid concupiscit quando id est peccatum in membris id est molesta
quedam carnis illecebra in corpore mortis huius repugnans ad domi-
nandum peccati unde propaginem ducimus secundum quam omnes
ante gratiam filii sumus ire. Contra quod peccatum militant sub
gratia constituti non ut non sit in corpore corpore quod dum ita

mortuum est nec et mortuum iam dicitur. Sed ut non regnet non enim
regnat cum desideriis eius .i. huius que sequitur carnis contra spiritum
concupiscentie non obeditur. Propterea apostolus inquid ait: non sit peccatum
in vestro mortali .i. corpore. Dicebat quippe inesse peccati delectationem
quam peccatum vocat depravata per ex[?] transgressionem natura. Sed
non inquid regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum
desideriis eius nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.
Secundum hanc sententiam nec eam absurdissimam dicimus quod
caro sine anima concupiscat nec manicheis consentimus qui cum
viderent non posse carnem sine anima concupiscere aliam quandam
animam suam ex alia natura deo contrariam carnis sive putave-
runt unde concupiscat adversus spiritum nec aliquem anime non
esse necessariam christi gratiam dicere cogimur cum dicunt nobis quidam me-
ruit anima in infantibus unde illa pretiosum sit non precepto bapti-
smatis sacramento exire de corpore sine[?] proprium aliquod peccatum co-
misit nec ex illa est que in adam primo peccavit. Non enim de pueris
grandiusculis agimus quibus quidam peccatum proprium volunt attribuere
quidam nisi ab anno primi articulo cum pubescere ceperint quod
multo credimus si nulla essent peccata nisi que membris genita-
libus admittuntur. Quibus nemo audeat affirmare furta menda-
cia periuria non esse peccata nisi qui talia vult impune committere.
Ac huius plena est puerilis etas quamvis in eis non ita ut in
maioribus puniendia videantur quod expectentur omnis accedentibus
quibus ratio convaluerit posse precepta salutaria melius intelligere
eisque libentius obedire. Sed nunc de pueris non agimus quorum
carnalem ac puerilem voluptatem vel corporis vel animi si vanitas
vel curiositas oblectamenti[?] quibus possunt nimis[?] dicere[?] a tem-
poralium repugnat quod gignatur[?] pro[?] felicitate et iniquitate si suffe-
rant membra eius vel ad percipienda que alliciunt vel ad vitanda
que offendunt. De infantibus loquimur non quia prius na-
scuntur deinde adultis. Neque enim in parvis moribus nec bona culpa-
da sunt aut opera non debent generare frumenta quia ea serunt
seminantes manus. Aut vero ipsis parentibus obsistunt[?] sit iniquitas
sua si se ad deum convertendo correxerint quandoque filii si
recte imperint. Sed illa etas vehementer monet cum anima tu[?]
peccatum nullum habeat de proprio voluntatis arbitrio. Quantum quo possit
iustificari per illius hominis obedientiam si per alterius inmo[?] inobe-
dientiam rea non est. Hic nos certum est quod animas hominum ex
parentibus creatas nolunt non quid nisi creatorem deum sed sic
et corpora. Non enim et hic parentes creant. Ut non ille qui ait
priusquam te formarem in utero novi te. Cum ergo videtur animas
quidem corporibus hominum dari novas singillatim creare ad hoc ut ip-
sum[?] in carne peccati de originali peccato venientes et recte vivendo car-
nales concupiscentias subdei gratia subigendo multo corporis
quo enim ipso corpore in melius transferantur tempore resurrectionis

et in Christo mediatore cum angelis permanent. Sed necesse esse ut
cum membris teneris atque mortalibus in propagine de peccati carne propa-
gatis tardo modo captant ut eam prius vivificare possit, quam cum
etatis accessu regere possint, tamquam oblivione perfunduntur, que si
esset quodammodo indigestibilis creatori tribueretur. Cum vero paulatim
latim ab hoc velut oblivionis torpore anima resipiscens possit converti
ad deum suum eiusque misericordiam et veritatem, post ipsam pietate conspicere,
deinde fruendo preceptis eius perseverantiam promereri, quid ei obest
illo velud sopore primitus in membris inmergi, unde paulatim evigilans
in lucem intelligentie propter quam rationalis anima facta est, per bonam
voluntatem bonam eligere vitam, quod quidem hoc non potest
nisi adiuvante gratia dei per mediatorem. Hoc si neglexerit homo non
tantum secundum carnem verum etiam secundum spiritum erit Adam; si autem mana-
mit cum Adam secundum carnem tantummodo, secundum spiritum autem
recte vivens, illud quod de Adam culpabili tractum est mundatum
a labe peccati recipere merebitur illa commutatione qua sanctis resurrectio pol-
licetur. Sed antequam per etatem possit secundum spiritum vivere, necessarium
habet mediatoris sacramentum, ut quod per eius fidem nondum potest, per corda
eorum qui eum diligunt fiat. Eius enim sacramento solvuntur etiam in etate in-
fantili originalis pena peccati, a quo nisi adiutus etiam iuvenis
carnalem concupiscentiam non domabit, nec ea subiugata eterne
vite nutrimentum apprehendet nisi eius dono quem promeruit studet.
Quo minus ergo etiam infans si baptizetur, nec obest anime carnis
societas peccati, cum ea propagata sit, non mirum si possit anima infantis
secundum spiritum sapere. Ipsa quippe affectio iuvat etiam corporis
[illegible] nisi cum in corpore est primitus [illegible] vel [illegible]
expectetur. Quid ergo, ait aliquis, si hoc non curaverint sui, vel
infelicitate vel neglegentia, hoc etiam quibuslibet de maioribus dici
potest possunt, non vel repente mori vel apud eos egrotare, non eos
qui baptizent, nemo subveniat. Sed illi quidem etiam sunt
propria peccata quorum indigeant remissione. Que si dimissa non
fuerint, nemo eos recte dicet in vita plecti pro his que
in vita sua voluntate commiserunt. Illa vero tamquam tenera
quedam contagio tracta de peccati carne, si de illa prima anima per
carnem non tracta est, nullo modo imputari potest. Neque enim ullo
peccato sed natura que sic facta est et deo donante carni addita
est, cur alienabitur ab eterna vita si baptizando infanti nemo
subvenerit? An forte nihil obest? Quid ergo prodest ei cui
subvenitur, si nihil obest cui non subvenitur? Hoc pro sua tempora
qui defendere possunt qui secundum septimanas [illegible] vel quod apud
eos invenerat vel quod eis non adicitur conantur asserere
animas novas non de parentibus tractas corporibus dari, nondum
me audisse vel uspiam legisse fateor. Non ideo sane absurdum
negaverim defendi esse, si quando michi quod ad inmanu indicaf occur-
rerit. Possunt enim ad hoc dicere, deum prescivisse quomodo legitima
vita esset, si diutius in carne viveret, et eum premature lavacri

salutaris instructionem cuiquam futuram fuisse praevidebat pietatis cum ad an-
nos fidei capaces veniret. Sed non enim oportet propter aliquam occultam
causam in morte praeveniri. Occultum itaque est atque ab humano vel
certe ab angelico modo remotissimum cur nascatur infirmus vel cito
vel continuo moriturus. Sed hoc ita occultum est ut neutrius
adiuvet defensionem horum unius sive susceptionem. Illa enim explosa
opinione qua putatur animae pro ante acta vite meritis in corpora
detrudi, non ea citius solum meruisse videatur quae non multa
peccaverat, ne contradicamus apostolo nichil nondum natos boni
vel mali egisse testanti. Nec illi qui animae traducem affirmant
possunt propterea ostendere cur aliorum mors accelerat aliorum. Nec qui
creari volunt singulis singulas. Occulta ergo ista causa
est et utrisque pariter communem existimo, nec suffragatur nec ad-
versatur. Exemplorum qui defensionem mortibus urgebant, cum
omnibus sit necessarium baptismi sacramentum, quorum animae non ex illa
orte sunt, cuius inobedientia peccatores constituti sunt multi, cum
credunt peccatores quidem omnes constitutos secundum carnem, secundum
animam vero non nisi eos qui eo tempore male vixerint quo
etiam bene potuissent. Omnes autem animas hoc est infantium ad
hoc necessarium baptismi sacramentum sine quo ex hac vita etiam in
illa etate emigrare non expedit, quia contagio peccati ex carne
peccatrice qua obruitur anima cum huius inseritur membris obest (?)
eis post mortem nisi cum ad hoc in ipsa carne est sacramento
mediatoris expietur. Eique divinitus hoc auxilium praeparari
deus praestat, simulque ad annos fidei cognoscens si veniret pie fu-
isse victuram, quam propter aliquid quod ipse noverit et nasci vo-
luit in corpore et cito extraxit e corpore. Cum ergo hi re-
dent quod eis contradici potest nisi mecum nos eorum sa-
lutis sunt qui hac vita bene geste in ecclesie pace defuncti
sunt, si solum secundum id quod quisque vixit verum etiam
secundum id quod victurus esset, si amplius viveret, potuisset quisque
iudicandus est. Quantum valent apud vitam mala non
tantum preteritorum sed futurorum etiam delictorum a quo reatu nec
mors liberat si ante quam fierent commissa praevenit, nec aliquid
ei praestitum est quia raptus est ne malicia mutaret intellectum
eius. Deus enim praescius illius future malicie cuius non eum
secundum ipsam potius iudicaturus est. Si moriture anime infantis
non obesset ex corpore peccati participata colluvies, ideo sibi re-
medium iudicavit per baptismum quia praesciuit eam si viveret
pie fideliterque fuisse victuram. Amodo (?) [illegible] [illegible] si nunc
[illegible] quia meum est. Illi autem qui defensionem suam etiam
se esse confirmant alia fortassis praeferunt vel testimonia scrip-
turarum vel documenta rationis quibus [illegible] auferatur ambi-

genitate vel etiam audeant non esse contra illud quod sentimus de illo
apostoli quo gratiam qua salvi efficimur magna intentione commendans
dicit. Sicut in adam omnes moriuntur, sic et in christo omnes vivi-
ficabuntur. et sic per inobedienciam unius hominis peccatores constituti
sunt multi. sic per obedienciam unius hominis iusti constituti sunt
multi. eosdemque multos peccatores non quibusdam exceptis. sed
omnes intelligi volens sequitur ait de adam in quo omnes peccaverunt.
Unde utique animas in semetipsum non posse dici. et eo quod dictum est
omnes. et eo quod eis per baptismum subvenitur non absurde credunt
qui animas ex unius traduce sapiunt nisi aut manifesta et liquida
vel ratione que scripturis sanctis non repugnet vel aliarum earum scrip-
turarum auctoritate arguatur. Nunc itaque videamus quantum suscepti
operis necessitas patitur quale etiam illud sit quod paulo ante
distulimus. Scriptum est enim in libro sapiencie. Puer autem eram
ingeniosus et sortitus sum animam bonam. et cum essem magis
bonus veni ad corpus coinquinatum. Hinc enim videtur illos ad-
iuvare testimonium hi qui non ex parentibus credunt. Sed venire ad
corpus vel desuper a deo mittente animas dicunt. Verumtamen eos
impedit eorum sentenciam. quod ait sortitus sum animam bonam
cum parentibus vel ex uno fonte manante quodam modo tanquam
cumulos vel partem nisi forte animas credunt quas deus mittit in
corpora non aut alias bonas vel magis bonas. et alias non bo-
nas vel minus bonas. Unde etiam bone aut magis bone sunt
non bone aut minus bone anime nisi vel moribus secundum liberum
voluntatis arbitrium vel diversa temperatione corporum. dum alie
magis alie minus gravantur corpore quod corrumpitur et aggravat
animam. Sed neque actio erat aliqua singularum quarumque animarum
qua earum mores discernuntur antequam venirent ad corpora
nec ex corpore minus gravante poterat ille dicere animam suam
bonam qui ait sortitus sum animam bonam. et cum essem magis
bonus veni ad corpus incoinquinatum. Accessisse enim dicit
bonitati qua bonus erat sortito utique animam bonam ut etiam
ad corpus incoinquinatum veniret. Aliunde ergo bonus erat quam
veniret ad corpus sed utique non diversa morum. quia nulla
ante vite gesta. vita non diversa corporis quia prius bonus quam
veniret ad corpus. Unde ergo hoc ab illis qui ex traduce anime
illius prevaricatoris animas trahi asserunt. quamvis prorsus
sonare non videatur quod dictum est. Veni ad corpus tamen
mentis non incongrue accipitur. Ubi enim dixisset puer autem
eram ingeniosus. ad ipsum explicans quibus causis ingeniosus
esset continuo subiungit et sortitus sum animam bonam. utique
ex paterno ingenio vel corporali temperamento. Deinde vero cum
magis bonus veni ad corpus coinquinatum. Et per nutrimentum

intelligat nec hoc quidem quod dictum est venit ad corpus hinc
opinionem refragabitur cum ex anima et corpore patrio venisse ad
matrem corpus accepit incoinquinatum sed vel carnem vel a re isto
dicuntur cum ex hoc ingenia generari vel acto formata e ad ultima
ista et hec verba libri huius aut magis eius sentent qui animarum
traducem loquuntur. aut et si isti ea pro se possunt in suspicionem ver-
utrosque attineant. Nunc si de domini Jesu humana que a verbo
assumpta est creatura velimus accipere sunt quaestionibus meae
circumstantia vel carnis que illi excellentie non conveniat. Maxime
illud quia idem ipse qui hic in eodem libro loquitur aliquanto superius
cum ista verba diceret quibus nunc dixi agitur confessus est ex semine
viri se in sanguine coagulatum. quoniam nascendi modo utique alie-
nus est virginis partus quia non ex viri semine carnem concepisse
christum nullus ambigit christianus. Sed quia in psalmis ubi ait
Foderunt manus meas et pedes meos dinumeraverunt omnia
ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me diviserunt
sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem
Nunc ipse illi viri agnoscimus ibi etiam dixit Deus deus meus
respice in me ut quid me dereliquisti longe a salute mea verba
delictorum meorum que rursus et in ipsis transfiguratione corporis ipse sim-
ilitatis sue quam membra sunt corporis corporis eius. Et quia
in ipso evangelio Puer proficiebat etate et sapientia. si puer
etiam ista que contra hanc sententiam in libro leguntur propter
similem formam sive et unitate corporis ecclesie cum capite
suo eadem ipsi domino coaptari quod ingemuisse illo puero qui
annorum xij seniores sapientiam mirabantur et quod illa anima
melius que est sentiunt non creando sed propagando qui animarum
traducem affirmant non ex eius ipsi etiam ipsa exilitatis propa-
vicatoris traduce venisse credenda sit per illius hominis inobe-
dientiam etiam ipse peccator constituatur per unius unius obedientiam ab isto
reatu liberari iusti constituuntur multi. Et quod in eo inquinatus
illo utero virginis cuius caro etiam si de peccati propagatione venit
non tamen de peccati propagatione concepit nisi non ipsum quantum
corpus christi ea lex seminavit in utero marie que in membris
posita corporis mortis repugnat legi mentis. Nam sancti
patres coniugati refrenantes non quidem nisi quantum licebat
eius impetum protulerunt. Proinde corpus christi quamvis ex
carne femine sit tamen quantum licebat ei assumptum est que
de illa carnis peccati propagine concepta fuerat quia tamen non
sic in ea conceptum est quomodo fuerat illa concepta illa
concepta nec ipsa erat caro peccati. sed similitudo carnis peccati
Non accepit in reatum moriendi qui apparet in motu
carnis non voluntatis quamvis voluntate sed superando ad hoc
quem spiritus concupiscit sed accepit modo non ex contrahendi
prevaricationis sed quod ex solvende indebite mortis et crucis

premisisse resurrectionem sufficeret quorum unum nobis non ad timendum
alterum ad sperandum valet. Verumtamen si a me queratur unde acceperit media-
tor Ihesus Christus mallem quidem hinc audire meliores atque
doctiores sed tamen pro modo capacitatis libentius responderim non de
adam quam de adam. Si enim primus assumptus ex terra in qua
nullus homo fuerat operatus meruit divinitus animari quanto magis
corpus assumptum ex carne in qua utique nullus homo fuerat
operatus sortitus est animam bonam cum illuc eligeretur caro quo
hunc descenderet levaturus. Et fortasse ideo ait. Sortitus sum
animam bonam. Si tamen hoc de illo oportet intelligi quia solent
que sorte dantur divinitus dari. aut quod salubrius dicendum est nec vel
illa anima aliquibus operibus precedentibus ad talem apicem subiecta
pervenit ut cum ea verbum caro fieret et habitaret in nobis
ad singularem susceptionem precedencium meritorum sortis nomen accepit
Est in epistola que inscribitur ad hebreos locus quidam diligenti
consideracione dignissimus. Cum enim per melchisedech in quo sing-
ularis rei future figura preferebat discerneret sacerdocium christi a sacerdocio
levi videte inquid qualis hic est cui et decimam partem abra-
ham dedit de primicijs patriarcha et hij quidem qui de filijs levi
sacerdocium accipientes mandatum habent decimare populum secundum legem
hoc est fratres suos quamvis et ipsi exierunt de lumbis abrahe
cuius autem non est ex genere eorum decimavit abraham. et hunc qui pro-
missiones habebat benedixit. Sine ulla autem contradiccione quod minus est a maiore
benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt. ibi
autem cui testificatur quod vivit et ut sic dictum sit per abraham
et levi accipiens decimam decima decimatus est. Adhuc
enim in lumbis patris sui erat. Si ergo ad hoc valet ad istam
distanciam quantum preemineat sacerdocio levitico sacerdocium christi quod
sacerdos christus per illum prefiguratus est qui decimavit abra-
ham in quo et ipse levi decimatus est. At si propterea decimatus
est levi quia in lumbis erat abrahe porro autem si non secundum
animam. sed tantum secundum carnem accipimus levi fuisse in abra-
ham ibi erat et christus quia et christus secundum carnem ex semine
est abrahe. Et ipse itaque decimatus est. Quid est ergo quod asseritur
pro magna re discernendo sacerdocium christi a sacerdocio levi quod levi deci-
matus est a melchisedech sacerdote cum esset in lumbis abrahe
ubi et christus erat. Unde pariter decimati sunt. nisi quia necesse
est ut intelligamus secundum ~~animam~~ animam aliquo modo ibi christum non
fuisse. Quis autem negat eum secundum carnem ibi fuisse. Ergo
secundum animam non fuit. Non est ergo anima christi de traduce
propaginationis alioquin etiam ipsa ibi fuisset. Hic exsistunt
illi qui traducem animarum defendunt et dicunt confirmatam
esse sententiam suam per levi constat etiam secundum animam etiam
fuisse in lumbis abrahe in quo eum decimavit melchisedech

ut possit ab eo xpus in illa decimatione discerni cum qui decimatus
non est. et tamen lumbis abrahe secundum carnem fuit restat
nisi secundum animam ibi non fuit. et ideo sic quaeris ut ibi levi secundum
animam fuit sed ad me non multum attinet quam utrorumque qui vol-
lent ad hanc audire sententiam patere quam utrorumque sed iam confirmare
animam quoque xpi animam ab origine humane traducis propter hoc te-
stimonium secernere nolim. Conveniunt isti quod eis praedictis for-
tasse vincebant et dicunt quod etiam me non parum movet. quo-
modo nullus homo anima sit in lumbis patris sui secundum car-
nem tamen in lumbis abrahe constitutus levi decimatus et ibi
constitutum secundum carnem xpum non decimatum secundum rationem quippe
illam seminalem ibi fuit levi qua ratione per concubitum venturus
erat in matrem secundum quam rationem non ibi erat xpi
caro quamvis secundum ipsam marie fuit ibi caro. Proinde
nec levi nec xpus in lumbis abrahe secundum animam
secundum carnem et levi et xpus. sed levi secundum concupiscentiam
carnalem xpus autem secundum solam substantiam corporalem. Cum enim
sit in semine et visibilis corpulentia. et invisibilis ratio utrumque
cucurrit ex abraham vel etiam ex ipso adam usque ad corpus
marie quia ipsa eo modo concepta. et exorta est. xpus autem
visibilem carnis substantiam de carne virginis sumpsit. ratio vero
conceptionis eius non a semine virili sed longe aliter ac desuper
venit. Proinde secundum hoc quod de matre accepit etiam in lumbis
abrahe fuit. Ille est ergo decimatus in abraham. qui quamvis
secundum carnem tantum sic tamen fuit in lumbis eius quemadmodum
in suo patre ipse etiam abraham hoc est qui sic est natus
de patre ipso abraham quemadmodum de suo patre natus est
abraham per legem scilicet in membris scilicet repugnantem legi mentis
et invisibilem concupiscentiam quamvis eam casta et bona iura
nuptiarum non sinant valere nisi quatenus ex ea possint generi
substituendo prospicere Non autem ille ibi decimatus est cuius
caro inde non fervorem vulneris sed materiam medicaminis
traxit Nam cum ipsa decimatio ad praefigurandam medicinam
pertineret illud abrahe carne decimabatur quod curabatur
non illud unde curabatur. caro namque non abrahe
tantum. sed ipsius primi terreni hominis simul habebat et vulnus
praevaricationis et medicamentum vulneris. vulnus praevaricationis
in lege membrorum repugnante legi mentis que per omnem
inde propagata carnem seminali ratione quasi transcribitur. me-
dicamentum autem vulneris in eo quod sine opere concupiscentiali
in sola materie corporali per divinam conceptionis formationemque
rationem de virgine assumptum est propter moriendi sine iniqui-
tate consortium et sine falsitate resurrectionis exemplum
Proinde quod anima xpi non sit ex traduce anime illius
praevaricatoris puto quod etiam ipsi qui animarum tra-

descenderunt concreverunt. Per semen quippe concumbentis patris sui
fundi etiam semen animae volunt, a quo quae conceptionis Christi
alienus est. Et quia in Abraham si secundum animam fuisset
etiam decimatus ipse esset. Non esse autem decimatum scriptura testa-
tur, quae sic quoque sacerdotium eius a levitico sacerdotio distinguit.
An forte dicent sic potuit ibi esse secundum carnem et non
decimari, cur non etiam secundum animam sine decimatione
potuit? Hinc videtur quia utique simpliciter omne subtilem
incrementis augeri corporalibus nec illi putaverunt qui eam corpus
existimant, quorum in parte sunt maxime qui eam ex pa-
rentibus trahi opinantur. Proinde in corporeis semine pl. esse
animus invisibilis quae incorporales numeros atque non oculis sed
intellectu discernenda abeat corpulentia, quae visui tactuique subicitur
et ipsa quantitas corporis humanam quae utique magis seminis in-
comparabiliter excedit. Satis ostendit inde posse aliquid sumi quod
non faciat illam inde seminalem, sed tantum corporalem substantiam
quae dominus noster de propagine creaturae in carne Christi assumpta
atque formata est. Hoc autem de anima quis valeat affirmare
utrumque et maxime servus manifestum et tamen semine occulto.
Sed quid laboremus in re quae persuaderi nobis nemini forsitan po-
ubi tamen ac tale ingenium sit quod possit loquentis praevalere
conceptum nec totum expectare a sermone. Breviter itaque col-
ligam si potuit et de anima fieri quod tamen de carne diceremus, for-
sitan intellectu sed ita est de traduce anima Christi ut non semina-
labem praevaricationis attraxit, si autem sine isto reatu non possit
inde esse, non est inde. Nam de creatione animarum adventu utrarum
ex parentibus aut desuper sit, vincat qui potuerit. Ego adhuc inter
utrasque ambigo et moveor aliud sit aliud autem sit. Solum eo
duntaxat ut vel corpus esse animam vel aliquam corpoream
qualitatem sive temperationem si ita dicenda est quam greci armo-
niam vocant non credam, nec quolibet illa garriente me cre-
diturum esse confidam adiuvante deo mentem meam. Est aliud
testimonium non negligendum quod pro se possunt proferre qui veire
de se animas credunt dicente ipso domino: Quod natum est
ex carne caro est, et quod natum est ex spiritu spiritus est. Quid
est enim aliud quod haec prima inquiunt definitionis non posse
animam ex carne nasci. Quid est aliud anima quam spiritus
vitae creatus utique non creator. Contraque eos illi aliud
enim inquiunt aliud nos sentimus dicentes carnem ex carne
animam ex anima. Quandoquidem constat homo de quo non utrumque
venire sentiens carnem de carne operantis spiritum de spiritu con-
cupiscentis ut intium omittatur quod illud dominus non de car-
nali generatione sed de spirituali regeneratione dicebat. Hiis igitur
quantum pro tempore potuimus pertractatis, anima prima vel

rere parva existit questio quam latere inter omnia testimoniorum divinorum munimenta pretermitte-
rem nisi eorum sententia qui animas ex parentibus trahi putant de baptismo
parvulorum preponderaret. De quibus quid eis respondeatur possit non admodum
mihi interim occurrit. Et quid forte per gratiam deus dederit si quibus etiam re-
spondendi tale possit facultate studiosis talium non conabor. Nunc tamen
non esse contemnendum testimonium parvulorum ut quod refelli si veritas que
est negligatur ante dixerim. Erit enim de hac re nihil quicquid
est nisi sufficiat fidei nostre scire nos quo pie vivendo venturi sumus
et si nescimus unde venimus aut si non impudenter existimat anima vel
et hoc nosse desit ipsa absit pertinacia contendendi assit diligentia
requirendi humilitas petendi perseverantia pulsandi nisi si nobis
hoc expedire novit qui melius quam nos quid nobis expediat cognos-
novit. Det etiam hic qui dat bona filiis suis. Consuetudo tamen
matris ecclesie in baptizandis parvulis nequaquam spernenda est neque
ullo modo superflua deputanda nec omnino credenda nisi apostolica
esset traditio. Habet enim et illa parva etas magnum testimonii pondus
que prima pro Christo meruit sanguinem fundere. Admoneo ta-
men quantum valeo si quos ista delectant opinionem ut animas
credant ex parentibus propagari quantum possunt se ipsos considerent et
interim sapiant corpora non esse animas suas. Nulla enim prestantior
natura est que diligenter inspecta possit etiam deus qui super
omnem creaturam suam incommutabilis permanet incorporaliter cogi-
tari quam ea que ad ipsius ymaginem facta est. Et nihil ma-
gis aut fortassis nihil tam consequens quam nisi credito quod anima
corpus sit et deus esse corpus credatur. Propter hec enim carnalibus assue-
facti et assuetis sensibus nolunt animam credere aliud esse quam corpus
ne si corpus non sit nihil sit. Ac per hoc tanto magis ti-
ment etiam de deo credere quod corpus non sit quanto magis timent
deum credere nihil esse. Ita enim feruntur in fantasmata yma-
ginum que cogitant de corporibus versat nisi hiis subtractis non cogitare
per inane se omnino sic reformidet ita necesse est ut et iusticiam
et sapientiam pingant quodammodo in cordibus suis cum formis
et coloribus quas non possunt incorporeas cogitare. Nec tamen dicunt
quam iusticiam vel sapientiam moventur ut vel laudent eas vel secundum
eas aliquid agant quem colorem quam staturam que lineamenta
conspexerunt. Sed de hiis alias et multa iam diximus et si deus
voluerit ubi res in deo bonum postulaverit dicemus. Nunc quod dicere
ceperamus si de traduce animarum a parentibus vel non dubitant quod
quod ita sit vel dubitant tamen ita sit animam cum corpus esse
non audeant credere aut dicere maxime propter quod dixi ne deum
quoque ipsum nihil compellantur aliud esse quam corpus et si excellen-
tissimum et sui nature quandam preter cetera superexcellentis corporis tamen.
Denique tertullianus quia corpus esse animam credidit non ob
aliud nisi quia eam incorpoream cogitare non potuit et ideo
timuit ne nihil esset si corpus non esset nec de deo malum aliter

sapere. Tertullianus autem cum est acutus videmini contra opinionem suam
in ipsa veritate superatur. Tamen cum enim verum videre potuit quando quod ait
quodam loco omne corporale passibile esse. Debuit ergo mutare quod paulo
superius dixerat etiam Deum corpus esse, neque enim arbitror ita eum desi-
puisse ut etiam Dei naturam passibilem crederet, ut iam non Christus
in carne tantum vel in carne et anima, sed in ipso Verbo per quod facta sunt omnia
passibilis esse credatur, quod absit a corde Christiano. Item cum animae
etiam colorem daret aerium atque lucidum, ventum est ad sensus quibus
eam velut quasi corpus instruere conatus est et ait: Hic
erit homo interior et alius exterior, duplex unus, habens et ille oculos
et aures suas quibus Paulus Dominum audire et videre debuerat, habens et
ceteros artus per quos et in cogitationibus utitur et in somniis fun-
gitur. Ecce quibus auribus debuit audire et videre Dominum Paulus quibus
in somniis fungitur anima, cum si ipsum Tertullianum quisquam
in somniis videret, nequaquam se diceret ab eo visum et cum eo locutum quem
nec ipse vidisset. Postremo si anima seipsam videt in som-
nis cum iacentibus uno loco membris corporis sui in ipsa per varias
imagines evagatur, quis eam vidit aliquando in somniis
aerii coloris et lucidi, nisi et cetera quae solet falso videre. Nam et
sic potest videre, sed absit ut eam talem cum evigilaverit credat.
Alioquin si aliter videt, quod magis crebrum est, aut mutata erit
anima eius, aut nec tunc videtur animae substantia, sed imago cor-
porea quae miro modo sic in cogitatione formatur. Quis enim Ethiops
non pene semper nigrum se videt in somniis, aut si in alio colore
se videt non magis miratus est si forte cum illo memoria.
Aerio tamen colore atque lucido nescio utrum se unquam vidisset
si nunquam istum legisset vel audisset. Tamen quod dicunt homines
talibus visis et spiritibus nobis nolunt probare tale aliquid esse
non animam, sed ipsum Deum qualis figuraliter sanctorum spiritibus
demonstratus est, qualis etiam in sermone allegorico ponuntur.
Similia quippe sunt illa in ipsa talibus visis. Ac si errent eo
statuentes in corde suo simulacra vanae opinionis, nec intelli-
gentes ita sanctos de his talibus meditasse qualiter meditaretur si tha
divinitus in figuris dictum legerit vel audierit, sicut vii spicae et vii
boves vii anni sunt, sicut enim linteum quatuor lineis alli-
gatum velud discus plenus variis animalibus orbis terrarum
est cum omnibus gentibus, sic anima certe et multo magis
quae de rebus in corporeis corporalibus figuntur non rebus sed imaginibus.
Nolunt tamen Tertullianus animam credere substantiam esse corpus. Asserit
etiam tamen ipse sine causa nec etiam Deum esse substantiam dicit ne quid
atque ita et de scriptura credatur. Et tamen quia per corpus eam
localiter tendit non invenit exitum in medio eorum quod multi
de semine exiguo equari corporis quantitati et ait: Hec in se eius
in quo naturalia peculia consita retinentur, palmo substantiae modulo
quae a primordio insufflata est. Postulatur cum carne in membris
producitur. Sed forte non intelligimus nisi ad hanc similitudinem

plane facit quod dicebat Constitue in animo etiam pondus auri vel argenti eundem ad massam collectum situs est illi. et stricturo interius in eo tamen coercens intra lineam moduli totum quod natura est auri vel argenti. Deinde eum in laminam massa laxatam maior efficitur initio sua per dilatationem ponderis non per adiectionem dum extenditur nondum augetur et tamen sic quasi augetur dum extenditur licet enim et situ augeri tamen statu non licet. Tunc et splendor ipse exhibetur auri vel argenti quam primo fuerat quidem et in massa sed obscurior non tamen nullus. Tunc et alii situs accedunt pro facilitate materiae qua ducitur ab eo qui agit nichil conferens modulo nisi effigiem ita et animae incrementa reputanda sed non substantiam sed provocata. Tantus homo tardi cordis isto corde tam disertum esse potuisse sed tremenda illa sunt et ridenda. Ad haec unde cogeretur si aliquid cogitare posset quod et sit et corpus non sit. quod absurdius quam putare massam cuiuspiam metalli ex alia parte crescere posse dum tenditur nisi decrescat ex alia vel augeri latitudine nisi crassitudine minuatur aut illum esse corporis manere nec sine quantitate quod undique crescat nisi rarescat. Quomodo igitur implebit anima ex illa stilla seminis magnitudinem corporis quod animat si et ipsa corpus tunc substantia nullo accessu crescat. Quomodo inquam implebit carnem quam animat nisi tanto rarior fiat quanto grandius quod animant. Timuit videlicet ne deficeret rarescendo cum cresceret et non ~~tinuit~~ timuit ne deficeret rarescendo cum non cresceret. Sed quid amplius immorer? Iam et sermo paginae prolixiore modum quam petit terminari necessitas et sententia mea iam satis nota sit vel quid etiam teneam vel unde adhuc dubitem et quantum dubitem perpendit et hoc volumine iam concludatur et quae sequuntur deinde videamus.

Sequitur liber undecimus

Et erant nudi Adam et mulier eius et non pudebat illos. Serpens autem erat prudentissimus omnium bestiarum quae sunt super terram quas fecit dominus deus. Et dixit serpens mulieri Quid quia dixit dominus Non edetis ab omni ligno paradisi. Et dixit mulier serpenti A fructu ligni quod est in paradiso edemus. De fructu autem ligni quod est in medio paradisi dixit deus non edetis ex eo neque tangetis illud ne moriamini. Et dixit serpens mulieri non morte moriemini. Sciebat enim deus quoniam qua die manducaveritis de eo aperientur nobis oculi et eritis tamquam dii scientes bonum et malum. Et vidit mulier quia bonum in escam lignum et quia placet oculis videre et decorum est cognoscere. Et sumens de fructu eius edit et dedit viro suo secum et ederunt et aperti sunt oculi amborum et cognoverunt quia nudi erant. Et consuerunt folia fici et fecerunt sibi campestria. Et audierunt vocem domini dei ambulantis in paradiso ad vesperam. Et absconderunt se Adam et mulier eius a facie domini dei in medio paradisi. Et vocavit dominus deus adam et dixit illi Adam ubi es et dixit ei Vocem tuam audivi

deambulantis in paradiso. et timui quia nudus sum et abscondi me
Et dixit illi Quis indicavit tibi quia nudus es nisi a ligno quod
preceperam tibi tantum ex eo ne manducares ab eo edisti Et dixit Adam Mulier
quam dedisti mihi hec mihi dedit et edi Et dixit dominus deus
mulieri Quid hoc fecisti Et dixit mulier Serpens seduxit me
et manducavi Et dixit dominus deus serpenti Quia fecisti hoc
maledictus tu ab omnibus pecoribus que sunt super terram super pectus
tuum et ventre tuo ambulabis et terram edes omnibus diebus
vite tue et inimicitias ponam inter te et mulierem et inter semen
tuum et semen illius Ipsa tibi servabit caput et tu observabis
eius calcaneum Et mulieri dixit Multiplicans multiplicabo
tristicias tuas et gemitum tuum In tristicia paries filios et ad virum
conversio tua. et ipse tui dominabitur Ad Adam autem dixit Quia audi-
sti vocem mulieris tue et edisti de ligno de quo preceperam tibi de eo solo
non edere maledicta terra in operibus tuis In tristicia edes illam
omnes dies vite tue spinas et tribulos germinabit tibi et edes fenum
agri tui In sudore faciei tue edes panem tuum donec revertaris
in terram in qua sumptus es et in terram ibis/ et vocavit adam
nomen mulieris sue eva .i. vita quoniam hec est mater omnium viventium
Et fecit dominus deus adam et mulieri eius tunicas pellicias et in-
duit et dixit dominus deus Ecce adam factus est quasi unus
ex nobis sciens bonum et malum, Et nunc ne aliquando extendat ma-
num et sumat de ligno vite et edat et vivat in eternum et dimisit
illum dominus deus de paradiso voluptatis operari terram ex qua
sumptus est Et eiecit adam et collocavit eum contra paradisum
voluptatis et ordinavit cherubim et flammeam rumpheam que
vertitur custodire viam ligni vite Antequam huius scripture
textum ex ordine pertractemus admonendum arbitror quod iam me
alibi in hoc opere meminimus pollicitum illud omnino esse flagitandum
ut ad proprietatem litere defendatur quod gestum narrat ipse qui
scribit Si autem in verbis dei vel cuiuscumque persone in officium propheticum as-
sumpte dicitur aliquid quod ad literam nisi absurde non posset
intelligi procul dubio figurate dictum ob aliquam significationem accipi debet
dictum tamen esse dubitare fas non est hoc enim fides narra-
toris et pollicitatio expositoris exigit Erant ergo ambo nudi
verum est omnino erant nuda corpora duorum hominum in paradiso con-
versantium nec pudebat eos Quid enim puderet quando nullam
legem sentiebant in membris suis repugnantem legi mentis sue que illos
pena peccati post perpetrationem prevaricationis secuta est usurpata
inobedientia prohibitum et iustitia puniente commissum Quod antequam
fieret nudi erant ut dictum est et non confundebantur Nullus motus
erat in corpore cui verecundia deberetur nil putabant velandum
quia nichil senserant refrenandum Quemadmodum propagaturi fi-
lios erant iam disputatum est Non tamen eo modo credendum
est quo propagarunt postea quam commissi peccati ultio
consecuta est cum primos quoque morituros iam in corpore inobedien-
tem hominem iustissimo reciprocatu inobedientium membrorum tumultus
mors concepta persentiret Nondum erant tales adam et eva

cum ambo nudi et non confundebantur. Serpens autem erat ibi pru-
dentissimus quidem. sed omnium bestiarum que erant super terram quas fecerat
dominus deus. Translato autem verbo dictum est id est prudentissimus vel sicut
plures latini codices habent sapientissimus non proprio quo in bono sapientia
accipi solet vel dei vel angelorum vel anime rationalis tamquam si sa-
pientes apes etiam formicas quo dicamus propter opera velud imi-
tantia sapientiam. Quamquam iste serpens non irrationali anima sua sed
alieno iam spiritu id est diabolico posset sapientissimus dici omnium bestiarum.
Quantumlibet enim prevaricatores angeli de supernis sedibus sue perversitatis
et superbie merito deiecti sunt natura tamen excellentiores sunt
omnibus propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum si suo instinctu
diabolus iam implens serpentem ei quoque spiritum suum miscens eo more
quo vates demoniorum impleri solent sapientissimum reddidit
omnium bestiarum secundum animam vivam irrationalemque viventium. Ab-
usione quippe nominis ita sapientia dicitur in malo quemadmodum in
bono astutia. Cum proprie magisque usitate in latina duntaxat
lingua sapientes laudabiliter appellentur astuti autem male cordati in-
telligantur. Unde nonnulli sicut in pluribus codicibus invenimus ad pro-
prietatem latine locutionis non verbum sed potius sensum transferentes astutiorem
omnibus bestiis istum serpentem quam sapientiorem dicere maluerunt.
Quid enim hebrea proprietas habeat utrum illic in malo non abu-
sive sed proprie possint dici et intelligi sapientes viderint qui eam
proprie noverint. Nos tamen aperte legimus alio scripturarum
loco sapientes ad malum non ad bonum. Et dominus dicit sapien-
tiores esse filios seculi filiis lucis ad generationem suam providendo sibi
quamvis fraude non iure. Nec sane debemus arbitrari quod serpentem
sibi per quem temptaret persuaderetque peccatum diabolus elegerit
sed cum esset in illo perversa et invida et in invidiam voluntate
decipiendi cupiditas non nisi per illud animal potuit per quod
posse permissus est. Nocendi enim voluntas potest esse a suo quoque
animo prava non est autem potestas nisi a deo et hoc occulta altaque
iustitia quoniam non est iniquitas apud deum. Si ergo queritur cur
al. temptari permisit hominem
deus temptari permisit hominem quem temptatori consensurum esse
presciebat altitudinem quidem consilii eius penetrare non possum
et longe supra vires meas hoc esse confiteor. Est ergo aliqua
causa fortassis occultior que melioribus sanctioribusque reservatur
illius gratia potius quam meritis eorum sed tamen quantum vel do-
nat sapere vel sinit dicere non michi videtur magne lau-
dis futurum fuisse si propterea posset bene vivere quia nemo
male vivere suaderet cum et in natura posse et in potestate
haberet velle non consentire adiuvante illo qui superbis resistit
humilibus autem dat gratiam. Cur itaque temptari non sineret
quem consensurum ipse esse presciebat altitudinem quidem consilii eius
cum id facturus esset propria voluntate per culpam et ordinandus
esset illius equitate per penam ut etiam sic ostenderet anime
superbe ad eruditionem futurorum sanctorum quam recte ipse
uteretur animarum voluntatibus etiam malis cum ille perverse

videbatur natus bonis Nec arbitrandum est quod esset hominem deiecturus
iste temptator nisi precessisset in anima hominis quedam elacio com-
primenda ut per humiliacionem peccati quam de se falso presumpsit disce-
ret verissime quippe dictum est Ante ruinam exaltatur cor et ante
gloriam humiliatur Et huius forte hominis vox est in psalmo Ego
dixi in habundancia mea non movebor in eternum Deinde iam
expertus quid mali habeat superba presumpcio proprie potestatis et quid
boni adiutorium gracie dei Domine inquit in voluntate tua presti-
tisti decori meo virtutem avertisti faciem tuam et factus sum
conturbatus sed sive illud sive de alio dictum sit extollenti animum
anime et nimium temere de se presumenti etiam experimento
pene fuerat demonstrandum quam non bene se habeat facta natura
si a faciente recesserit Hinc etenim maxime cognoscat quale
bonum sit deus quando nulli ab eo recedenti bene est, quia
et qui gaudent in mortiferis voluptatibus esse sine dolore timoris
non possunt et qui animo malum desertionis sive maiore superbie
stupore non senciunt aliis qui hec discernere noverunt infirmiores propterea
appareant ut si volunt recipere medicinam talia devitandi va-
leant ad exemplum quo possint talia devitari Sic enim apostolus
Iacobus dicit unusquisque temptatur a concupiscencia sua abstractus
et illectus Deinde concupiscencia cum conceperit parit peccatum. Peccatum
autem cum consummatum fuerit generat mortem Unde sanato superbie
tumore consurgitur si voluntas que ante experimentum defuit ut
permaneretur cum deo saltem post experimentum assit ut redeatur
ad deum sic a quodam monetur de hac primum hominis temptacione
quod tamen sic permisit deus quare inde non intellegitur unum sicut
genus humanum dyaboli insidiis sine cessacione temptari
tur et hoc permittit deus cum quia probatur et exercetur virtus
et est palma gloriosior non consensisse temptacionem quam non po-
tuisse temptari cum etiam ipsi qui deserto creatore cum post
temptatorem magis magisque temptet eos qui in via dei per-
maneant prebeant quia illis contra cupiditatem demitatem ex in
et moneant contra superbiam timere pium Unde dicit apostolus
Intendens temetipsum ne et tu tempteris Mirum est enim illa
humilitas qua subdimur creatori ne tamquam nostro adiutorio
non egentes de viribus nostris presumamus sed scripturis omnibus divinas
celitus commendatur Cum ergo etiam sic in impios iusti
Ut per impios pii proficiant frustra dicitur Non crearet deus
quos presciebat malos futuros Cur enim non crearet quos
presciebat bonis profuturos et utiles eorum bonis volun-
tatibus exercendis admonendisque nascantur et iuste pro sua mala
voluntate puniantur Talem inquiunt facere hominem qui nollet
omnino peccare Ecce nos concedimus meliorem esse naturam que omnino
nollet peccare Concedant et ipsi malam esse naturam que sic
facta est ut posset non peccare si vellet et iustam esse sentenciam
qua punita est que voluntate non necessitate peccavit sic ergo

non deberet meliorem esse naturam quam prorsus mutabilis voluntas illicita ita
vero non mobiliorem deceret etiam illam bonam esse que sic in potestate illicita
delectatione extitit ita considerandum non nos solis delectis licitis rectisque factis
quin etiam de ipsius perverse delectationis constitutione letetur. Cum ergo sic non
bona sit illa melior eum illam solam et utramque potius faceret
deus. Ac per hoc qui parati erunt de illa sola deum laudare uberius
eum deum laudare de utraque. Ita quippe est in sanctis angelis sicut in
sanctis hominibus. Quorum autem sibi partes iniquitatis elegerunt lau-
dabilemque naturam culpabili voluntate depravarunt non quia presciti
sunt ideo creari minime debuerunt; habent enim et illi locum singulis
in rebus impleant pro utilitate sanctorum. Nam deus nec iusticia
cuiusquam recte viventis eget quantominus iniquitate perversi. Quis
aut sobria consideratione dicat melius non crearet quem presciebat
ex alterius iniquitate posse corrigi quam crearet etiam quem
presciebat pro sua iniquitate debere damnari. Hoc est enim dicere me-
lius non esse qui alterius malo bene utendo misericordie coronaretur
quam esse etiam malum. Cum enim ratio demonstrat duo quedam
non equalia bona, sed unum superius, alterum inferius, non intelli-
gunt tardi corde cum dicunt utrumque tale esset melius se
aliud dicere quam solum illud esse. Ac per hoc cum equare volunt
qua bonorum numerum minuunt et inmoderate augendo unum genus
aliud tollunt. Quis autem hos audiret si diceret quoniam excellentior
sensus est videndi quam audiendi quatuor oculi essent et aures
non essent? Ita si excellentior est creatura illa rationalis que
sine ullius pene comparatione sine ulla superbia deo subditur
aliqua vero in hominibus ita facta est ut non nisi dei beneficium non
possit agnoscere nisi alterius videndo supplicium ut non altum sapiat
sed timeat, id est non de se presidat in deum, quis recte intelligens
dicat tales esset ista qualis illa nec videat se melius aliud
dicere quam non esset ista sed sola illa? Quod si ineruditus
atque insipiens dicit, cur ergo non crearet deus etiam quos
malos futuros esse presciebat volens ostendere iram et demonstrare
potentiam suam et ob hoc sustinens in multa patientia vasa ire que
perfecta sunt in perditionem ut notas faceret divitias glorie sue
in vasa misericordie que preparavit in gloriam. Sic enim qui gloriatur non
nisi in domino glorietur tunc cognoscit non suum sed illius
esse non solum etiam ut sit verum etiam ut nisi ab illo bene
sibi sit aliquid habet ut sit. Nimis itaque importune dicitur: Non
essent quibus deus tantum beneficium misericordie sue tribueret
si aliter esse non possent nisi essent et hi in quibus
vindicte iustitiam demonstraret. Cur enim non utrique potius es-
sent tales in utrisque et bonitas dei et equitas magis predicaretur.
At enim si deus vellet etiam isti boni essent. Quanto melius
hoc deus voluit ut quod vellent essent sed boni non infructuose
mali autem non impune, non essent sed in eo ipso aliis utiles
essent. Sed presciebat quod eorum futura esset voluntas mala.
Presciebat plane et quia falli non potest eius prescientia ideo non

ipsius sed eorum est voluntas mala Cur ergo eos creavit
quos tales esse futuros praesciebat Quia praevidit quid mali
essent facturi. sic etiam praevidit de malis factis eorum quid
boni esset ipse facturus Sic enim eos fecit ut eis relinqueret
unde et ipsi aliquid facerent quo quicquid etiam culpabiliter
eligerent illum de se laudabiliter operantem invenirent A se quippe
habent voluntatem malam ab illo autem et naturam bonam et iustam
penam sibi debitum locum aliis exercitationis adminiculum et timoris
exemplum Sed posset inquiunt et ipsorum voluntatem in bonum
convertere quoniam omnipotens est posset plane Cur ergo non fecit
Quia noluit Cur noluit penes ipsum est. Quia noluit de-
bemus enim non plus sapere quam oportet. Puto autem paulo ante
satis nos audisse non parvi boni esse rationalem creaturam
etiam ipsam que malorum comparatione vitat malum Quod
omnis hanc creaturam utique non esset si omnes malas volunta-
tes deus in bonum converteret et nulli iniquitati penam debitam
infligeret. ac sic non esset nisi solum illud genus quod nulla
vel peccati vel supplicii comparatione proficeret. Ita velud quanta
minor foret excellentioris generis ipsius bonorum numerus mi-
nueretur Ergo inquiunt est aliquid in operibus dei quod alterius
malo indiget quo proficiat ad bonum Ita ne obsurduerunt
et excecati sunt homines nescio quo studio contentionis ut
non audiant vel videant quibusdam punitis quam plurimos
corrigantur Quis enim paganorum quis Iudeorum quis hereti-
corum hoc cottidie in domo sua non probet verum tamen ventum
ad disputationem inquisitionemque veritatis nolunt advertere
suos homines ex qua opere divine providentie in eos emanat
imposicio quomodo disciplinae ut et si non corriguntur qui puniuntur
eorum tamen exemplo ceteri metuant valeatque ad eorum
salutem iusta punitio aliorum Non enim malicie eorum vel
nequicie deus auctor est de quorum iusta pena consulit quibus
sic modo consulendum esse constituit Non utique et tamen eos
cum malos futuros praesciret non eos tamen creare
destitit utilitati deputans eorum quos ideo creat
ut ad bonum proficere nisi malorum comparatione non possent si
enim non essent nulli utique prodessent parum ne bonum e-
actum quae sunt qui etiam illi generi utiles sunt quod eos esse
quisquis non vult ut sic nichil aliud agit nisi ut ipse
in eo non sit Magna opera domini exquisita in omnes volun-
tates eius Praevidet bonos futuros et creat seipsum ad fruendum
praebens bonis multa munerum suorum largiens et malis mi-
sericorditer ignoscens iuste ulciscens item misericorditer
ulciscens iuste ignoscens nichil metuens de cuiusquam malicia nichil
indigens de cuiusquam iusticia nichil sibi consulens nec
de operibus bonorum et bonis consulens etiam de penis malorum
Cur ergo non permitteret temptari hominem illa temptatione probandum

contineri perimendi cum superba concupiscentia proprie potestatis qui contemptu
patris suoque fetu confunderetur iusto eius supplicio assumptibile atque
inobedientie nullo posteros detineret quibus ea consequenda et emen-
danda parabantur. Si autem queritur cur potissimum per serpentem diabolus
temptare permissus sit iam hic significandi gratia factum esse quis
non advertat cum admoneat scriptura tante auctoritatis tantis divinitatis documentis
agens in prophetandis quantis effectis iam mundus impletus est,
non quod diabolus ad instructionem nostram significare voluerit sed cum non
accedere ad temptationem non posset nisi permissus, non per aliud
posset nisi quod permittebatur accedere. Quicquid ergo serpens
ille significavit ei providencie tribuendum est sub qua et ipse diabolus
suam quidem habet cupiditatem nocendi facultatem autem non
nisi que datur vel ad subvertenda vel ad puniendum (?) vasa humi-
lianda ad humilianda sive probanda vasa misericordie. Naturam itaque
serpentis unde sit novimus. Produxit enim terra in verbo Dei omnia
pecora bestias et serpentes que universa creatura habens in se
animam vivam irrationalem universe rationali creature sive bone
sive male voluntatis lege divini ordinis subdita est. Quid
mirum si per serpentem aliquid agere permissus est diabolus cum demo-
nia in porcos Christus ipse intrare permiserit. Magis de ipsa
natura scrupulosius queri solet quam totam quidam heretici
offensi molestia male voluntatis eius alienare conantur
a creatura summi et veri Dei et alium ei dare principium quod sit contra-
rium Deo. Non enim valent intelligere omne quod est in quantum aliqua
substancia est et bonum esse et nisi ab illo Deo vero a quo omne bonum
est esse non posse, malam vero voluntatem inordinate moventem
bona inferiora superioribus preponendo atque ita factum esse ut spiritus
rationalis creature spiritus sua potestate propter excellenciam delectatus
tumesceret superbia per quam a beatitudine caderet spiritualis paradisi
et invidentia contabesceret. In quo tamen bonum est hoc ipsum
quod vivit et vivificat corpus sive aerium sicut ipsius diaboli
vel demonum spiritus sive terrenum sicut omnis anima cuiuslibet etiam
maligni hominis atque perversi. Ita dum volunt aliquid quod
Deus fecerit non fateri a voluntate ipsius Dei sed [illegible] dicunt [illegible]
necessitate et post inexpiabili voluptate corruptam atque
perversam, sed de isto clementissimo errore iam diximus multa.
In hac autem opere querendum est secundum scripturam sanctam
quid de diabolo dicendum sit. Primo utrum ab initio ipsius
mundi sua potestate delectatus abstiterit ab illa societate et
caritate qua beati sunt angeli qui fruuntur Deo an aliquo
tempore in sancto cetu fuerit angelorum etiam et ipse pariter iustus
et pariter beatus. Non nulli enim dicunt ipsum ei fuisse casum
a supernis sedibus vel sedibus (?) quod invideret homini facto ad ima-

que dicit e contrario hec invidia sequitur superbiam non precedit Non
enim causa superbiendi est invidia sed causa invidendi superbia
Cum ergo superbia sit amor excellentie proprie invidencia sit
vero odium felicitatis aliene quid unde nascatur satis in promp-
tu est. amando enim quisquis excellentiam suam vel paribus
invidet quod ei coequantur ne inferioribus ne sibi coequentur
vel superioribus quod eis non coequetur Superbiendo igitur invidus
non in invidendo quisquis superbus est merito initium omnis peccati
superbiam scriptura definivit dicens Initium omnis peccati superbia
cui testimonio non inconvenienter aptatur hoc quod apostolus ait radix
omnium malorum est avaricia. Si avariciam generalem intel-
ligamus qua quisque appetit amplius aliquid quam oportet propter
excellentiam suam et quendam proprie rei amorem cui sapienter
nomen latina lingua indidit cum appellavit privatum quod
potius a detrimento quam incremento dictum elucet omnis enim
privatio minuit Unde itaque vult eminere superbia inde in an-
gustias egestatesque contruditur cum a communi ad proprium damp-
nosiore sui amore redigitur. Specialis autem est avaricia que
usitatius appellatur amor pecunie cuius nomine apostolus per
speciem genus significans universalem avariciam volebat intelligi dicendo
Radix omnium malorum est avaricia Hinc enim et diabolus
cecidit qui utique non amavit pecuniam sed propriam potestatem
Proinde perversus sui amor privat societate sancta turgidum spiritum
eumque coartat miseria iam per iniquitatem saciari cupientem
Hinc alio loco cum dixisset. Erunt enim homines seipsos aman-
tes. continuo subiecit amatores pecunie ab illa generali avari-
cia cuius superbia caput esse. ad hanc specialem descendens que
propria hominum Neque enim etiam essent homines amatores pe-
cunie nisi eo se putarent excellentiores quo ditiores Cui morbo
contraria caritas non querit que sua sunt id est non privata
excellentia letatur merito ergo et non inflatur Hii duo
amores quorum alter sanctus est alter immundus alter socialis
alter privatus alter communi utilitati consulens propter supernam
societatem alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens
propter arrogantem dominationem alter subditus. alter emulus Deo
alter tranquillus alter turbulentus alter pacificus alter se-
diciosus. alter veritatem laudibus errancium preferens alter
quoquo modo laudis avidus alter amicabilis alter invidus
alter hoc volens proximo quod sibi alter subicere proximum sibi
alter proximi utilitate regens proximum alter propter suam precesse-
runt in angelis. alter in bonis alter in malis. et distinxe-
runt conditas in genere humano civitates duas sub admirabili

et ineffabili prudentia dei cuncta que facta sunt administrantis
et ordinantis alteram iustorum alteram iniquorum. Queritur etiam quomodo
temporali conuersatione peragitur seculum donec ultimo iudicio separentur
et altera coniuncta angelis bonis cum ~~angelis~~ rege suo vitam consequatur
eternam altera coniuncta angelis malis in ignem cum rege suo mit-
tatur eternum. De quibus duabus ciuitatibus latius fortasse
alio loco si deus voluerit disseremus. Queritur quando ergo dicitur super-
bia diabolus humilis naturam suam bonam praua voluntate per-
uerterit scriptura non dicit. Cum tamen factum fuisse et ex hac
cum homini inuidisse ratio manifesta declarat. Simpliciter promptum
est enim omnibus hec intuentibus non ex inuidentia superbiam nasci
sed ex superbia potius inuidentiam. Nec frustra putari potest
ab initio temporis diabolum superbia cecidisse nec fuisse ullum ante
ea tempus quo cum angelis sanctis pacatus vixerit et beatus
sed ab ipso primordio creature a suo creatore apostatasse ut
ab inicio fuit homicida [illegible] illud quod dominus ait: Ille homicida erat ab initio et in veri-
tate non stetit utrumque ab initio intelligamus non solum
quod homicida fuit sed etiam quod in veritate non stetit. Et
homicida ab illo initio ex quo homo potuit occidi. Non enim
potuit occidi antequam esset qui occideretur. Ab initio ergo homicida
diabolus quia ipsum hominem ~~quem~~ primum antequam ullus homo
fuit conuincitur. In veritate autem non stetit et hoc ab initio ex quo ipse
creatus est qui staret si stare voluisset. Queritur modo
enim dixisse vitam beatam inter bonos angelos credi potest quam
futuri sui peccati atque supplicii id est desertionis et ignis eterni
si prescius non fuit iuste conicitur quod non fuit. Neque enim isti
angeli eterne sue vite ac beatitudinis incerti sunt. Nam quomodo
beati si incerti. An dicemus hec deum diabolo reuelare no-
luisse cum ad hoc esset angelus bonus vel quid facturus
vel passurus esset. Ceteris non reuelasse quod essent in eternum
in eius veritate mansuri. Queritur quod si ita est ideo iam non equaliter
beatus primo iam ut plene beatus fuit quando quantumlibet
plene beati de sua beatitudine certi sunt ut eam nullo [illegible]
metius. Queritur nisi de malo initio ita discernebat ceteris ut ei
deus nec ea que ad ipsum pertinent futura reuelaret. Nam
quid ille primus ulterior quam ipse creator abscisit. Neque enim deus
dampnat innocentias. An forte ex alio genere angelorum
fuit quibus deus non dedit vel de se ipsis prescientiam futurorum. Queritur
quonammodo beati possent esse non modo quibus incerta
est sua beatitudo. Nam et hec qui tulit senserunt non fuisse
diabolum in illa sublimi natura angelorum que supra celestes
est sed in corpore qui aliquanto inferius in mundo facti sunt
et per sua officia distributi. Tales enim fortasse posset
aliquid etiam illicitum delectare quam tamen dilectionem si preuare

voluisset libero arbitrio cohibere Sicut homo maxime ille primus cui
peccati penam nondum habebat in membris quod quidem et ipsa in sanctis viris
deo subditis per eius gratiam frenatur Porro ista quia debita vita utique
eam quamquam iam bene degeret sit enim incertum est utrum semper permansura
sit an ei iniustia quandoque succedit propter et de ipsa semper homine dicere Nam
si futuri sui peccati prescius erat diuine que vindicte beatus esse vix poterat
ergo erat in paradiso non beatus Sed enim non erat futuri sui peccati prescius
Ergo participant ignorantiam atque eiusque beatitudinis metus Et quo id
vel beatus aut fuerat ipse eius non scia et quo non stultus Quoniam cum
homines adhuc in corpore animali constituti eius obedientie iuncti dandus adsit
esset angelorum consorcium et iuuentato corporis ex animali in spirituale pos-
simus intelligi beatam vitam secundum quandam modum erat si non erat
prescius futuri sui peccati Neque enim et illi prescii sunt quibus apostolus dicit
insistente huius in spiritu lenitatis intendens teipsum ne tu tempteris non
absurde tamen nec inprobe dicimus bonos iam fuisse hic ipso quod
spirituales essent non corpore sed iustitia si deus ipse gaudentes in tribu-
latione pacientes Quanto magis ergo et amplior modo beatus erat
homo in paradiso ante peccatum quamuis incertus futuri sui casus cum
ipse ita gaudebat ipse primus future continuacionis ut nulla esset talis
cui tollende pacia militaret Quamuis enim non vana presumpcio de itto
eius velud stultus sed spe non insolentis autemque apprehendebat illa
vita ubi certissimus ipsius et vite sue futurus esset posset exultare
quemadmodum scriptum est cum tremore et exultatione multo secundiusque
in paradiso quam sancti in hiis terris beatus esset modo quodam inferiore
quam in illa vita eterna sanctorum celestiumque angelorum non tamen nullo
Dicere tamen audeo de aliquibus angelis quod in suo quodam beati esse
inceti quibus nec spes fiberet quod aliquando et ipsi quam in melius
forte et hic dicatur ita eos istos angelos uindemus in istis distri-
butos probatis sublimioribus et beatioribus ut propter certo gestans probatius
sunt tamen utique ipse gaudentes possint non incongrue dici iam beati
Ex quorum uno si dracho cecidit cum sociis incredulitatis suis sine sile
prauitati vel scriptas sedentes vel illi seductori consentientes si assecu-
sic dura generalis bonorum angelorum qui patiunt unum scelestum in quibus
iniquum fuit qui cadendo draco factus est alium autem [illegible] in
quibus fuit et aut fautor Unde hic secundum scripturam assecuntur non
prescius antequam caderet fuit ne suo beatitudinis incertos esse vel aliquando
fuisse angelos dicerem non sine causa putare posse dixi quamuis
nec aliquando in ueritate stetisse Unde non nulli eum non in hoc
malum liberoque arbitrio voluntatis esse deflexum sed in hoc aliquo
tatum putant quamuis a domino deo summo et vero naturarum omni-

creatore adhibeatque testimonium de libro Iob ubi scriptum est
cum de illo sermo esset initium figmenti domini quod fecit ut illudatur
ab angelis eius. Cui non sine congruit quod in psalmo scriptum est Draco
hic quem finxisti ad illudendum ei. Non autem sicut hoc est initium figmenti domini
tamquam initio eum instituisset ut malus ut invidus ut seductor
ut omnino diabolus esset non voluntate depravatus sed ita creatus hoc
opinio quomodo non sit adversa ei quod scriptum est. Fecit deus omnia
bona valde ubi invenitur diabolus non propria voluntate depravatus
sed ab ipso domino deo factus malus valde tenuans conet-
ondere nec insipienter etiam vel inerudite asseritur non tantum conditionem
primam sed etiam inter depravatas tot voluntatibus tam summa tamen
omnia que creata sunt in universum omnino continuata bona esse val-
de non quod bona sint in ea mala sed quod non efficiat ma-
litia sua ut sub dei administratoris imperio virtute sapientie decus
et ordo universitatis aliqua ex parte turpetur sive flectatur sive
quibusque voluntatibus etiam malis tribuantur certi et congrui li-
mites potestatis et pondera meritorum ut etiam cum ipsis convenienter iuste-
que ordinatis universitas pulchra sit. Tum quia cuilibet occurrit
et verum est atque manifestum iusticie ipsi esse contrarium ut nullo
precedente merito hoc ipsum in iniquitatem deus dampnet quod in eo ipse
creavit itaque et evidens dampnacio diaboli et angelorum eius
ex evangelio veritatis. Ubi se dicturum dominus predicavit eos qui
a sinistris sunt Ite in ignem eternum qui preparatus est diabolo
et angelis eius nullo modo in eo naturam quam deus creavit
sed malam propriam voluntatem pena ignis eterni plectendam esse
credendum est nec eius naturam esse signatam quod dictum est hoc
est initium figmenti domini quod fecit ut illudatur ab angelis
eius sed illius corporis aerium quod tali voluntati convenienter aptatur
vel ipsam ordinationem in qua eum fecit etiam nolentem utilem bo-
nis vel quod presciens propria voluntate malum futurum fecit eum
non abstinens bonitatem suam in prebenda vita atque substancia future
et noxie voluntati simul previdens quanta de illo bona esset sua
mirabili bonitate ac potestate facturus sic enim autem figmentum
domini dictum est quod fecit ut illudatur ab angelis eius. Non quia
pravitatem ipsum condidit vel initium malum condidit sed quia eum
sciret eum ad hoc propria voluntate malum futurum ut bonis noceret
creavit eum ad hoc ut de illo bonis ipse prodesset. Hoc est enim
ut illudatur ab angelis eius quoniam sic illuditur cum sanctis pro-
sunt temptationes eius quibus eos depravare conatur ut malitia
in qua ipse esse voluit eo invalescente sit utilis servis dei quia hoc pre-
videns eum fecit illo initium ad illudendum quia et mali homines
ipsa complementum diaboli et tamquam capitis corpus quos
nichilominus deus malos futuros previdens creavit tamen ad uti-

litate sanctorum simul illuduntur cum et ipsis nocere volentibus prestat[ur]
sanctis ex eorum comparatione cautela et pia sub deo humilitatis et intel-
ligentie gratia et exercitio ad tollerandos malos et probatio ad diligendos
inimicos sed ille est initium figmenti quod fecit ut illudatur quia precedit
istas et tempore antiquitati et principatu malitie hoc est diabolus per sanctos
angelos facit illo opere prudentie quo cunctas naturas administrat sub-
dens vero angelos malos angelis bonis nisi malorum imperitis
non quantum nititur sed quantum sinitur possit nec tantum angelorum verum
etiam hominum docet ista iusticia qua vivitur ex fide nunc in humilitate
patientie exercetur contra quam indomiti nisi possint et ipsi non solum
ex tribus istis sed etiam angelos iudicabunt quod ergo putatur nunquam
diabolus in veritate stetisse nunquam cum angelis beatam duxisse vitam
sed ab ipso sue conditionis initio cecidisse non sic accipiendum est ut non
propria voluntate depravatus sed malus a bono deo creatus putetur
alioquin non ab initio cecidisse diceretur neque enim cecidit si talis
est factus sed continuo se a luce veritatis avertit superbia tumidus et proprie
delectatione corruptus unde beate atque angelice vite dulcedinem No
non gustavit quam non utique acceptam fastidivit sed nolendo acci-
pere deseruit et amisit proinde nec sui casus prescius esse potuit
quia sapientia pietatis est fructus ille autem continuo impius consequenter
et mente cecus non ex eo quod acceperat cecidit sed ex eo quod
acciperet si subditus esse voluisset deo quod quia noluit
voluit et ab eo quod accepturus erat cecidit et potestate
illius sub quo esse noluit non evasit similiterque in illo est pon-
dus meritorum ut nunc iusticie possit hinc declarari nec ad eius pertinere
libertatem quod vero per ysaiam prophetam in eum dicitur quomodo cecidit
de celo lucifer mane oriens contritus est in terram qui mittebat
ad omnes gentes tu autem dixisti in animo tuo in celum ascen-
dam super sidera celi ponam thronum meum et sedebo in
monte excelso super montes qui sunt ad aquilonem ascen-
dam super nubes similis ero altissimo nunc autem ad inferos
descendens et cetera que in figura regis velud babilonis in
diabolum dicta intelliguntur plura in eius corpus conveniunt quod etiam
in humano genere congregat et in eos maxime qui superbia
ei coherent apostatando a mandatis dei sicut enim qui erat diabolus
homo dictus est ubi in ewangelio inimicus homo hoc fecit
ita qui homo erat diabolus dictus est ubi rursus in ewangelio
nonne ego vos duodecim elegi et unus ex vobis diabolus est et
sicut corpus christi quod est ecclesia dicitur christus sicut illud est et
abrahe semen estis cum paulus superius dixisset abrahe dicte
sunt promissiones et semini eius non dicit in seminibus tanquam
in multis sed tanquam in uno in semine tuo qui est christus
Et item sicut enim corpus unum est et membra habet multa omnia

aut membra corporis cum sint multa unum est corpus ita et
eo modo etiam ~~corpus~~ corpus dyaboli cuius caput esse dyabolus .i. ipsa
impiorum multitudo maximeque eorum qui a christo vel etiam ecclesia
de celo ceciderunt dicitur dyabolus et in ipsum corpus figurate multa
dicuntur que tamen tam capiti quam corpori melius conveniunt sicut
lucifer qui mane oriebatur potest intelligi apostatarum genus vel a christo
vel ab ecclesia quod ita convertitur ad tenebras amissa luce quam por-
tabat quemadmodum qui convertitur ad deum a tenebris ad lucem tran-
seunt id est qui fuerunt tenebre lux fiunt Sicut item in figura principis
tyri per ezechielem in dyabolum dicta intelliguntur Tu es si-
gnaculum similitudinis et corona decoris in deliciis paradisi dei
fuisti omni lapide precioso ornatus es et cetera que non tam in ipsum
principem regni tyri quam in corpus eius dicta conveniunt paradisus enim
dicta est ecclesia sicut legitur in cantico canticorum Ortus conclusus
fons signatus puteus aque vive paradisus cum fructibus pomorum
Inde ceciderunt vel aperta et corporali separatione omnes heretici vel
occulta et spirituali quamvis in ea corporaliter esse videantur omnes
conversi ad vomitum suum cum post remissionem peccatorum postquam
ambulassent in via iusticie in quibus facta sunt posteriora deteriora
prioribus et quibus expediebat non cognoscere viam iusticie quam
cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato
Hanc pessimam quorundam hominum describit cum dominus tunc dicit
spiritum nequam exire ab homine et cum aliis septem redire et in domo
quam iam mundatam invenerat inhabitare ut sint novissima ho-
minis illius peiora prioribus Tali ergo generi hominum quod iam
factum est corpus dyaboli possunt hec verba congruere que adiecit qua cantata
est tu cum cherubin .i. cum sede dei que interpretatur multiplicata
sciencia et posui te in monte sancto dei hoc est in ecclesia Unde est
et exaudivit me de monte sancto suo Fuisti in medio lapidum ignitorum
.i. sanctorum spiritu ferventium lapidum vivorum Ambulasti sine vitio
tu in diebus tuis ex quo die creatus es tu donec inventa sunt
delicta tua ~~vette~~ Possunt diligentius ista tractari ut fortassis
ostendatur non solum et sic intellectum esse in his verbis posse sed
omnino aliud esse non posse Verum quia longum est et aliud sermonis
exigit locum tantum questioni de qua agitur nunc sufficiat ista com-
plexio aut ab initio conditionis sue dyabolum a beatitudine quam
si noluisset percepturus fuerat impia superbia recessisse aut in hiis nonnullis
inter quos secundum eorum quidem non perfectam beatitudinem imperat
et equorum societate cum sibi subditis angelis suis tamquam
archangelus cecidit per superbie impietatem si hoc ulla asseri potest
quod mirum si potest aut etiam non repugnandum est quemadmodum de
sanctis angelis sic inter illos aliquem prelatum cum suis angelis dyabolus
nesciunt nedum futurum et ipsi etiam futurum perpetue felicitatis sue
sed eam post casum eius acceperit aut quo multo ante suum
peccatum dyabolus cum suis sociis acceptis angelis defecerit fuerit
nisi ipse suum casum futurum esse ignoraverit Illa autem et primos

sine dubio tamen et priores angelos minime dubitemus de temporis tamquam
in carcerem caliginis huius aeris circa terras secundum apostolicam fidem in iudicio
puniendos damnari et nulla superna beatitudine priorum angelorum non esse
incertam multo certiorem nec nobis secundum dei veram et certam et fide-
lissimam pollicitationem et meliorem futuram cum fuerimus post resurrectionem
et istorum incorruptionem corporum copulari ad hanc enim spem vivimus et eius
promissionis gratia vocamur. Sequitur quid autem etiam de diabolo
dici possit cur eum deus creavit cum utique sciret eum futurum et cur
omnipotens eius voluntatem non converterit in bonum [illegible] atque disse-
ruimus cum de malis hominibus similiter quereremus. Deinde intelligatur
sive credatur, sic quod melius possit invenire inveniatur ab illo ego
tamen super omnia que convenit summa potestas est per angelos sanctos
a quibus illuditur diabolus cum et decipiens malivolentia compellatur etiam
dei non est permissus temptare feminam nisi per serpentem nec virum
nisi per feminam. sed in serpente ipse loquitur est utens eo velud or-
gano movensque eius naturam eo modo quo moveri ille et moveri illa
potuit ad exprimendos verborum sonos et signa corporalia per que mulier
suadentis intelligeret voluntatem. Sed in ipsa vero muliere anima illa rationalis
creatura erat que motu suo posset uti ad non danda facienda non ipse
locutus est sed eius operatio atque persuasio quamvis occulto instinctu ad-
iuvaret intrinsecus quod egerat per serpentem extrinsecus. Si solo instinctu
occulto ageret sic egit in iuda ut traderet xpm posset efficere in anima
superbo amore sue potestatis inducta. Sed sic iam dixi tempt-
tandi voluntatem habet diabolus in potestate autem nec ut faciat habet nec
quo faciat. Sed in ea permissus est ergo temptavit et quo permissus
est ita temptavit. Tamen aliquid humanum protulisset quod faciebat neque
sciebat neque volebat et ideo illudebatur ab angelis. Non itaque ser-
pens verborum sonos intelligebat qui ex illo fiebant ad mulierem. Neque
enim conversa credenda est anima eius in naturam rationalem. qui quidem
nec ipsi homines quorum rationalis creatura nata est cum demon
in eis loquitur ea passione cui exorcista requiritur sciunt quid
loquantur. Quanto minus ille intelligeret verborum sonos quos per
eum et ex eo diabolus illo modo faciebat qui homines loquentes
non intelligeret si eum ad propria passione liberatum audiret. Nam
et quod putantur audire et intelligere serpentes verba marsorum ut
in eis incantantibus prosiliant plerumque de latebris etiam illic diabolica
vis operatur ad agnoscendam ubique providentiam quam rerum omnium
naturali ordine subiciat vel quid etiam voluntatibus malis superexcellentia
potestate permittat. ut hoc magis habeant verba illa serpentes movenda carminibus
hominum quam illorum aliud genus animalium. hoc enim non parva testimonia
est naturam primitus humanam serpentis sermone victam esse colloquio. Gau-
dent enim demones hanc se potestatem dari ut ad incantandos homines
serpentes moveant ut quoquo modo fallant quos possunt. Hoc autem
permittitur ad primi facti recordationem commendandam quod eis sit cum eodem
genere quedam familiaritas. Porro ipsum primum factum ad hoc
permissum est nisi penalis serpentis pugnare cum homini erudiendo

hec gesta conscribi oportebat omnis diabolice temptationis similitudo.
Quod apparebit cum in serpente per se ceperit divina scriptura. Proinde prudentissimum omnium bestiarum hoc est astutissimum ita dictus est serpens propter astutiam diaboli que in illo et de illo agebatur. Quemadmodum dicitur astuta lingua quam prudens vel astutus movet ad aliquid prudenter vel astute suadendum. Non enim est hoc membri sed virtus membri corporis quod vocatur lingua sed utique mentis que utitur ea. Ita etiam dictus est stilus mendax scribarum. Neque enim mendacium eo pertinet nisi viventis et sentientis. Sed stilus mendax dictus est quod per eum mendax mendacia operatur. Quemadmodum si et ille serpens mendax diceretur quod eo diabolus tamquam stilo mendacia diceretur. Hoc ideo commendandum putavi ne quisquam existimans animantia rationis expertia humanum habere intellectum vel in aliud rationale repente mutari perducatur in illam opinionem et noxiam revolutionis vel hominum in bestias vel in homines bestiarum. Sic ergo locutus est serpens homini sicut asina in qua sedebat Balaam locuta est homini nisi quod illud opus fuit diabolicum hoc angelicum. Sunt enim quedam bonis et malis angelis opera similia sicut Moysi et magis Pharaonis. Verum in his etiam boni angeli potentiores sunt quia nec mali angeli operari talium operum quicquam possunt nisi quod per bonos angelos permittit Deus iuste ac benigne pro altitudine divinarum sapientie et providentie dei retribuens unicuique secundum cor eius vel secundum gratiam dei. Dixit ergo serpens mulieri Quid quia dixit Deus non edetis ab omni ligno paradisi. Et dixit mulier serpenti A fructu ligni quod est in paradiso edemus de fructu autem ligni quod est in medio paradisi dixit Deus non edetis ex eo neque tangetis illud ne moriamini. Sic ergo prius interrogavit serpens et respondit hec mulier ut prevaricatio esset inexcusabilis neque ullo modo dici posset id quod preceperat Dominus oblitam fuisse mulierem. Quamquam et oblivio precepti maxime et unici et tam necessarii ad maximam culpam damnabilis neglegentie pertineret. Verumtamen expressior est transgressio cum memoria retinetur et tamquam in illo Deus assistens presensque contemnitur. Unde necessarium fuit cum in psalmo diceretur et memoria retinentibus mandata eius addendum ut faciant ea. Multi enim memoria retinent ut contempnant ea prevaricationis maiore peccato cui oblivionis nulla est excusatio. Dixit ergo serpens mulieri Non morte moriemini. Sciebat enim Deus quoniam qua die manducaveritis de eo aperientur vobis oculi et eritis sicut dii cognoscentes bonum et malum. Quando his verbis crederet mulier a bona atque utili re divinitus fuisse prohibitos nisi iam inesset menti amor ille propriae potestatis et quedam de se superba presumptio que per illam temptationem fuerat convincenda et humilianda. Denique verbis non contenta serpentis consideravit lignum vidit quia bonum ad escam et decorum ad aspectum et non credens posse se mori arbitror putavit Deum alicuius significationis dixisse si manducaveritis morte moriemini atque ideo sumpsit de fructu eius et manducavit dedit etiam viro suo secum fortassis cum verbo suasorio quod scriptura tacens intellegendum relinquit. An forte nec suaderi iam opus erat viro quando eam videbat illo cibo mor

tum non esse videbat Ergo ederunt et aperti sunt oculi amborum ad
quod nisi ad invicem concupiscendum ad peccati penam carnis ipsius mor-
te conceptam ut iam esset corpus non animale tantum quod posset si obe-
dientiam conservaret in meliorem spiritalemque habitum sine morte mutari
in quo lex in membris repugnaret legi mentis Neque enim clausis oculis
facti erant et in paradiso deliciarum ceci palpantes et oberrabant ut ve-
titum lignum etiam nescientes attingerent palpantesque fructus prohibitos
nescio quid decerperent Quomodo autem et volatilia adducta sunt ad adam
ut videret quid ea vocaret si non videbat Et quomodo ipsa mulier ad virum
adducta est quando facta est ut de illa quam non videbat diceret hoc
nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea etc. Postremo quomodo
vidit mulier quod bonum est lignum in escam et quia placet oculis
ad videndum et decorum est cognoscere si clausi eorum erant oculi Nec
tamen minus ubi translationem totum figurate accipiendum est Videamus
enim quemadmodum dixerit serpens aperientur vobis oculi hoc enim cur
scriptor libri dixisse narravit quoniam sive signate vel sine dixerit
lectori considerare permisit Quod autem dixit et aperti sunt oculi
eorum et cognoverunt quia nudi erant ita scriptum est quemadmodum
omnia que gesta narrantur nec tamen ideo in allegoricam narrationem
nos debent ducere Neque enim et evangelista narrat dicta cuiusquam
figurata ex eius persona dicebat at non ex persona sua que fuerant
gesta narrabat cum diceret de illis duobus quorum unus erat Cleo-
phas quod cum fregisset eis panem ergo aperti sunt oculi eorum et
cognoverunt eum quem per viam non cognoverunt Non utique clausis
oculis ambulabant sed eum cognoscere non valentibus sic ergo
ibi sic nec isto loco certe figurata est quamvis translato verbo
scriptura usa est ut apertos diceret oculos qui et antea patebant
apertos utique ad aliquid intuendum et cogitandum quod antea numquam
adverterant Ubi enim ad transgressionem praecepti audax curiositas mota
est avida experiri latentia quid nam tacto fieret vetito et noxia
libertate habenas prohibitionis rumpere delectata probabilius existimans
non esse mortem quam timebant sententiam tale quippe pomum est
fuisse in illa arbore cuiusquemodi poma iam in aliis arboribus
innoxia senserant unum magis crediderunt deum posse peccantibus
facile ignoscere quam patienter tolerare non cognoscere quid nam
esset vel cur eos inde cibum sumere vetuisset Mox ergo ut pre-
ceptum transgressi sunt intrinsecus gratia deserente omnino nudati quam
typo quodam et superbo amore sue potestatis offenderant in sua
membra oculos iniecerunt eaque motu eo quo non noverant concupie-
runt ad hoc ergo aperti sunt oculi ad quod antea non patebant
quamvis ad alia paterent hic mors ea die accidit qua factum est
quod deus vetuit amisso quippe statu mirabili corporis ipsius
cum status etiam de ligno vite virtute mystica praeberetur porro

nec morbo temptari nec mutari etate potuisset ut hoc in corpore eius
quamvis adhuc aiali et in melius postea commutando iam tamen figeret
per escam ligni vite quod ex ipso spirituali alimento sapiencie cuius sacramentum
illud lignum erat fit angelis per eternitatis participacionem et nec deterius
non mutentur. Hic ergo amisso statu corpus eorum duxit morbidam et
mortiferam qualitatem que inest etiam pecorum carni. Ac per hoc etiam
eundem motum quo fit in pecoribus concumbendi appetitus ut succedant
nascentia morientibus sed tamen in ipsa etiam iam pena sue ingenuitatis
testata anima racionalis bestialem motum in membris sue carnis
erubuit eique incussit pudorem non solum quia hoc ibi sentiebat ubi
numquam antea tale aliquid senserat verum etiam quod ille pudendus
motus de precepti transgressione veniebat. Ibi enim sensit qua prius
gracia vestiretur quando in sua nuditate nichil indecens paciebatur.
Ibi completum est Domine in voluntate tua prestitisti decori meo vir-
tutem avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. Denique
illa conturbacione ad folia ficulnea decurrerunt succinctoria consuerunt
et quia gloriam deseruerant pudenda texerunt. Nec arbitror eos cogitasse
aliquid in his quod talibus congruerent foliis contegi iam membra
prudencia sed occulto instinctu ad hoc illa conturbacione compulsi sunt
ut etiam tales pene sue significacio nescientibus fieret que peccatorem
scripturas docerent. Et audierunt vocem domini dei am-
bulantis in paradiso ad vesperam. Ea quippe hora tales convenerat
visitare qui defecerant a luce veritatis. Fortassis enim aliis
interioribus vel ineffabilibus modis deus cum illis antea loquebatur
sicut etiam cum angelis loquitur ipsa incommutabili veritate illustrans
mentes eorum et si non est intellectus noster similiter capax quemque etiam per tempora
non simul fieri. Forte inquam sic cum eis loquebatur et si non
tanta participacione divine sapiencie quantam capiunt angeli tamen pro hu-
mano modulo quantulacumque sed ipso genere visitacionis et locucionis for-
tassis etiam illo quod fit per creaturam sive in extasi spiritus corporalibus yma-
ginibus sive ipsis sensibus corporis quasi presentata vel ad videndum
vel audiendum sicut in angelis suis solet deus videri vel sonare per
nubem. Nunc tamen quod audierunt ambulantis dei in paradiso ad
vesperam non nisi creaturam visibilem factum est ne ipsa invisibilis
et usque tota que est pater et filius et spiritus sanctus corporalibus eorum
sensibus locali et temporali motu apparuisse credatur. Et abscon-
derunt se adam et mulier eius a facie domini in medio ligni quod
est in paradiso. Cum deus avertit interius faciem suam et se
homo conturbatus non mirum si facit que similia sunt dementie
nimio pudore et timore illo quoque occulto instinctu non quie-
scente ut ea nescientes facerent que aliquid significarent quos scitum
posteris esset propter quos ista scripta sunt. Et vocavit dominus deus adam
et dixit ei Ubi es. Increpantis vox est non ignorantis. Et hoc
sane ad aliquam pertinet significacionem quod sic preceptum viro datum est
per quem perveniret ad feminam ita vir prior interrogatur. Preceptum
enim a domino per virum usque ad feminam peccatum vero a diabolo

per scripturam nostram admirit hic iniustitis significationibus plena sunt non ea
agentibus inquibus facta sunt Sed de hys id agente potentissima sa-
pientia dei Non ante signata referimus Sed gesta defendimus Audiui
ergo adam vocem tuam audiui in paradiso et timui et abscondi me
Satis probabile simile dum peccatum tale actum agam in forma humana
primus illis hominibus apperit quod tu magnum promisit aduerte nuditate
suam earum intuitum in superna sustollens insi post peccatum pudende
in membris motum penali membrorum lege sensisse Sic ergo afflicti sunt
vt solent affliti homines sub oculis hominum et talis afflictio deperi pena
erat enim latere velle que latere nichil potest et abeo tamen occultare quod
cordis inspector est Sed quid mirum si superbi esse volentes sicut dii eua
nuit in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum Sed quippe
dixerunt esse sapientes in abundancia sua et illo auctente facie stulti
facti sunt Quod cum iam ipsos pudebat eiga serpens in sibi et suc
cinctoria fecerunt multo vehemencius ab illo etiam sit sucinctu videri
debant qui tamquam familiari temperamento ad eos intuitus peccatum
inuisibilem velud humanos oculos afficiebat Si enim specie sit apparebat
vt ad homines tamquam cum homine loquebatur quemadmodum abraham ad
quercum mambre Illa ipsa propter amicicia pudore onabat post peccatum
que fiducia dabat ante peccatum nec iam illam nuditate audebat
ostendere talibus oculis quo displicebat et sunt Dominus ergo voles
iam peccatores more iusticie interrogatos punire amplius qua iam
erat illa pena de qua iam cogebant euibescere Quis nunciauit tibi
quia nudus es nisi a ligno quod preceperam tibi ne ex eo manducares
caueres ex eo edisti Hinc enim mors concepta per dei sententiam qui sic
fuerat comminatus fecit carni aduerti concupiscentialiter membra ubi dei sunt
apti oculi et sensum est quod pudet Et dixit adam mulier quam
dedisti mecum hic michi dedit aligno et edi Numquid dixit per
summi superbia hic deformitate confessionis et non hic confessionis
simulitate Ad hec ista conscripta sunt quia et ipse interrogationes nimirum
facte sunt vt vacile et vtilite scribentur quia si mendacium non vtique
vtile sit ad vitandum quo morbo superbie laborant homines hodie
ad nisi in creatore conantur referre si quid egerunt mali cum velint
tibi si quid egerunt boni Mulier inquid quam dedisti michi mecum
vt esset mecum hec dedit michi aligno et edi quasi ad hoc data sit
vt non ipsa potius obediret viro et ambo deo et dixit dominus deus
mulieri quid hoc fecisti et dixit mulier serpens seduxit me et man-
ducaui Nec confitebor peccatum sed in alterum refert impari sexu pari fastu
ex hys tamen natus est nec eos imitatus est Sed plane pluribus
malis exercitatus quandoque dixit et dicet nobis ad tria scilicet Ego dixi domine
miserere mei sana animam meam quia peccaui tibi Quanto
restabat labores dolores mortis et omnis contritio seculi et gratia
dei qua tempore optimo subuenit hominibus quos afflicto docuit
non desperandos debere primum Serpens inquid seduxit me et
manducaui quasi cuiusquam suasio precepto dei debet anteponi Et
dixit dominus deus serpenti Quia fecisti hoc maledictus tu ab hominibus
peccoribus et ab hominibus bestiis que super terram sunt Super pectus

tuum ambulabis et terram edes omnes dies vite tue. Et inimicitias
ponam inter te et mulierem et inter semen tuum et semen eius ipsa
tibi servabit caput et tu servabis eius calcaneum. Tota ista sententia
figurata est. Nec aliud debetur ei scriptoris fides narrationis quam veritas ut
nec illam dictam fuisse dubitemus. Quod enim positum est et dixit
dominus deus serpenti sola verba sola serpentis sunt et hec accipienda
sunt proprietatem hoc vero dictum est serpenti. Nam cetera verba dei sunt
que libero lectoris intellectui relinquuntur utrum proprie an figurate acci-
pi debeant sicut in exordio voluminis huius iam prelocuti sumus. Proinde non re-
quiritur serpens cur hoc fecerit non est interrogatus quia non ipse
utique in sua natura et voluntate fecerat. Sed diabolus de illo et per
illum et in illo fuerat operatus qui iam ex peccato impietatis ac
superbie sue igni destinatus fuerat sempiterno. Nunc ergo quod serpenti
dicitur et ad illum qui per serpentem operatus est utique refertur procul
dubio figuratum est. Nam in hiis verbis temptator ille descri-
bitur qualis generi humano propagato tunc futurus esset quod
genus humanum propagari tunc cepit cum hec in diabolum est tamquam
in serpente prolata sententia. Hec itaque verba quomodo figuratis exposita
accipienda sint et in illis duobus adversus manicheos editis
libris de genesi quantum potuimus disseruimus et si quid diligentius
et congruentius alias poterimus deus aderit ut efficiamus. Nunc
tamen nostra intentio in aliud tetendit tendit. Quod dixit mul-
tiplicabo tristicias tuas et gemitum tuum in tristiciis paries filios et
ad virum tuum conversio tua et ipse tui dominabitur hec quoque in mu-
lierem dei verba signata figurate ac prophetice multo commodius intelliguntur.
Verumtamen quia nondum pepererat femina nec dolor et gemitus
parientis nisi ex corpore mortis est alibi mors quamvis etiam tunc
membris sed si homo non peccasset non utique moriturus et alio quodam
statu feliciore mutandus debet post vitam bene gestam in melius
mutari merito sicut iam supra pluribus locis commemoravimus restat
hec pena et ad proprietatem littere non quia et id quod dictum est et ad virum
tuum conversio tua et ipse dominabitur tui inquirendum est quomodo proprie possit
accipi. Neque enim et ante peccatum aliter factam fuisse decet credere mu-
lierem nisi ut vir ei dominaretur et ad eum ipsa conversa serviret.
Sed recte accipi potest hanc servitutem significatam que cuiusdam conditionis
est potius quam dilectionis ut etiam ipsa talis servitus qua homines
hominibus postea esse servi ceperunt de pena peccati reperiatur exorta.
Dixit quidem apostolus per caritatem servite invicem sed nequaquam
diceret invicem dominamini. Possunt itaque coniuges per caritatem servire invicem
sed mulierem non permittit dominari in virum. Hoc enim in viro potius
sententia dei detulit et maritum habere dominum meruit mulier et non
natura sed culpa. Quod tamen nisi servetur depravabitur
amplius natura et augebitur culpa. Dixit ergo et ad virum eius
Quia audisti vocem uxoris tue et edisti de ligno de quo
preceperam tibi de hoc solo non edere maledicta terra in operibus tuis
in tristiciis edes illam omnibus diebus vite tue spinas et tribu-
los edet tibi et edes fenum agri in sudore faciei tue edes panem
tuum donec convertaris in terram ex qua sumptus es quia terra

es et in tantis laboribus. Hoc esse in terra laboris firmamentum quo genus humanum du-
rat et quia non esset si felicitatis que fuit in paradiso teneretur non est utique
dubitandum. At per hoc etiam propterea verba hec accipere primitus ne pigeat
consideranda tamen est et excitanda signo prophetie quam maxime intenderetur
verbi Dei loquentis intentio. Neque enim frustra et ipse Adam nimirum quodam
instinctu tunc vocavit nomen mulieris sue Vita prophetiae etiam quia
illa est mater omnium viventium. Nam et hoc non scriptoris narrantis
vel affirmantis sed ipsius primi hominis verba intelligenda sunt insi-
nuantis quia hec est mater omnium viventium tamquam nominis causam impositi com-
mendans cur eam vocavit Vitam. Et fecit Dominus Adae et mulieri eius
tunicas pelliceas et induit eos. Et hoc significationis gratia factum est sed
tamen factum sicut illa que significationis gratia dicta sunt sed tamen dicta
sunt. Hoc enim sepe dixi nec me sepius piget dicere a narratore
rerum propter gestarum exigendum est ut ea narret facta que facta sunt
ea dicta esse que dicta sunt. Sicut autem in factis queritur quid factum
sit quod ~~dictum esse narratur dictum tamen esse~~ et quid significet
ita in verbis quid dictum sit quod dictum esse narratur dictum tamen
esse non debet putari figurate. Et dixit Dominus: Ecce Adam factus
est quasi unus ex nobis in cognoscendo bonum et malum. Quoquo modo
hoc per quem et quoquo modo dictum sit Deus tamen dixit, non aliter intelli-
gendum est quod ait unus ex nobis nisi propter trinitatem numerus pluralis
accipiatur sicut dictum erat Faciamus hominem sicut etiam Dominus de se
et patre: Veniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus. Re-
plicatum est ergo in caput superbi quo exitu concupierit quod a serpen-
te suggestum est: Eritis sicut dii. Ecce inquit Adam factus est
tamquam unus ex nobis. Verba enim hec sunt Dei non tam huic insul-
tantis quam ceteros ne ita superbiant deterrentis propter quos illa con-
scripta sunt. Factus est inquit tamquam unus ex nobis in cognoscen-
do bonum et malum. Quid aliud intelligendum nisi exemplum
timoris incutiendi propter positum quod non solum non sit factus
qualis voluit sed nec illud quod factus fuerat conservavit. Et
nunc inquit Deus ne aliquando extendat manum et sumat de ligno
vite et edat et vivat in eternum. Et dimisit illum Dominus Deus de
paradiso voluptatis operari terram ex qua sumptus est. Superiora
verba Dei sunt, hec autem factum propter ipsa verba secutum est. Alie-
natus autem a vita quam si preceptum servasset cum angelis
accepturus. Sed ab illa etiam quam ducebat in paradiso felici
quodam corporis statu separari utique debuit aliquo mirabili sive
quod ex illo illi subsisteret feliciter ipse status corporis ex-
re visibili virtute invisibili sive quod in eo esset sacramentum
visibile invisibilis sapientie et alienandus ab utique fuerat
vel iam moriturus vel etiam tamquam excommunicatus sicut
et hic in paradiso a(utem) ecclesia solent a sacramentis altaris vi-
sibilibus homines disciplina ecclesiastica removeri. Et eiecit
Adam et collocavit eum contra paradisum voluptatis. Et hoc
significandi gratia factum est sed tamen factum ut contra paradisum

quia beata vita et spiritualiter significabatur habitaret peccator utique in misera
Et ordinavit cherubim et flammeam rumpheam que vertitur custodire
viam ligni vite. Hoc per celestes utique potestates etiam in paradiso
visibili factum esse credendum est ut per angelicum ministerium esset illic
quedam ignea custodia non tamen frustra factum esse nisi quia
signat aliquid et de spirituali paradiso non est utique dubitandum. Non
autem ignoro quibusdam esse visum festinatione illos homines pre-
ripuisse appetitu scientie boni et mali et in maturo tempore preripere
quod eis dilatum oportunius donabatur ideoque extitisse temptatorem
et preoccupando quod non de talibus concupiscebant offenderent deum
et ab eius rei utilitate alienarentur exclusi atque dampnati
ad quam si non suo tempore peterent deus volebat accedendi pos-
sent ea salubriter perfrui. Hoc si forte lignum vite illud non ad pro-
prietatem ut verum lignum et vera poma eius sed ad figuram velint
accipere habeat exitum aliquid recte fidei veritatique probabile vi-
sum est et quibusdam illos duos primos homines nuptias
suas fuisse furatos et ante nuptorum esse concubitu eos qui
creavit copulasset quam rem nomine ligni fuisse significatam.
Unde prohibiti erant donec oportuno tempore iungerentur tamquam si
vero in ea etate facti essent tradendi sunt ut expectanda esset maturitas
pubertatis aut non illud tunc [vel legitime] per sui esset tum primo si potuisset
non utique fieret nisi forte sponsa erat a patre tradenda et ex-
pectanda erat votorum sollempnitas et conviviorum celebritas et dotis
estimacio et conscripcio tabularum. Ridiculum illud est vel quod a gestarum
rerum proprietate discedat quam suscepimus asserendam et quid
deus donare voluit assumimus. Illud magis movet si iam
spiritualis erat adam quamvis mente non corpore quomodo potuit quod per ser-
pentem dictum est ideo deum prohibuisse ne fructu illius ligni ve-
scerentur quia sciebat eos si fecissent futuros ut deos scilicet dino-
scentia boni et mali et tamquam hoc tantum bonum tantum sue creator
invidit. Hoc utique si homo spiritualis mente preditus credere potuisset
cum quia hoc credere ipse non posset propterea mulier addita est que
parum intelligeret et adhuc fortasse secundum sensum carnis viveret non secundum
spiritum mentis vivit et hoc quod ei apostolus non tribuit ymaginem
dei. sic enim ait vir quidem non debet velare caput cum sit ymago
et gloria dei mulier autem gloria viri est. Non quia mens femine eiusdem
ymaginis capax non possit cum in illa gratia nos dicat nec ma-
sculum esse nec feminam. Sed quod fortassis illa hoc nondum
perceperat quod fit in agnitione dei et viro regente ac dispensante
paulatim fuerat perceptura. Neque enim frustra est illud quod
apostolus ait Adam enim primus formatus est deinde eva et
adam non est seductus mulier autem seducta in prevaricatione
facta est id est ut per illam etiam vir prevaricaret. Nam et ipsum
dicit prevaricatorem ubi ait in similitudine prevaricationis ade

qui est forma futuri seductum tamen negat Nam et interrogatus non
ait mulier quam dedisti mecum seduxit me et manducavi sed
ipsa mihi dedit de ligno et manducavi Illa vero serpens
inquit seduxit me Numquid Salomon vir tante sapientie ymagini (?) nam
credendus est quod in simulacrorum cultu crediderit esse aliquid utile
sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non valuit fa-
ciens quod sciebat non esse faciendum ne suas quibus deperibat
atque defluebat mortiferas delicias contristaret Ita et Adam po-
steaquam de ligno prohibito seducta mulier manducavit eique dedit
nisi simul ederent noluit eam contristari quam credebat sine
suo solatio contabescere si ab eius alienaretur animo et omnino illa
interire discordia Non quidem carnis victus concupiscentia quam nondum
senserat in resistente lege membrorum legi mentis sue sed ami-
cabili quadam benivolentia qua plerumque fit ut offendatur deus
ne homo ex amico fiat inimicus Quod eum facere non debuisse
divine sententie iustus exitus indicavit Ergo alio modo quodam
ipse deceptus est sed dolo illo serpentino quo mulier seducta
est nullo modo illum arbitror potuisse seduci Hanc autem proprie
seductionem appellavit apostolus qua id quod suadebatur cum
falsum esset verum esse putatum est id est quod deus ideo lignum
illud tangere prohibuit quod sciebat eos si tetigissent velud deos
futuros tamquam eis divinitatem invideret qui eos homines fecerat
sed etiam propter virum aliquam mentis elationem que interiorum in-
spectorem latere non potuit sollicitavit aliqua experiendi cupidi-
tas cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam
sicut ea que superius tractavimus non tamen enim arbitror si spiri-
tuali mente preditus erat ullo modo credere potuisse quod eos
deus ab esca illius ligni invidendo prohibuisset Sed quid plura
persuasum est illud peccatum sicut persuaderi talibus posset Eo scrip-
tum quemadmodum legi ab omnibus oporteret et per paucos sicut intelli-
gentur sicut oportet etc. Sequitur liber duodecimus

Haec exordia scripture sancte que inscribitur Genesis donec
homo primus de paradiso dimissus est xi libris sive asse-
rendo sive defendendo que certa nobis sunt sive
ambigenda de incertis quaerendo ut potuimus et ut potuimus disserui-
mus atque conscripsimus non tam praescribentes de rebus obscuris unicuique quid
sentiat quam nos docendos in quibus dubitavimus ostendentes
temeritate quoque affirmandi admonentes a lectore ubi non valuimus perdu-
cere firmitatem Iste autem xii liber ea iam cura expeditus qua
nos pertractandi textus scripturarum occupabat liberius
atque prolixius disputabit de paradiso ne videamur vitasse
quod videtur apostolus in tertio celo insinuare paradisum ubi ait

Scio hominem in christo ante annos xiiii sive in corpore nescio
sive extra corpus nescio deus scit raptum huiusmodi usque in
tercium celum. et scio huiusmodi hominem sive in corpore sive extra
corpus nescio deus scit quia raptus est in paradisum. et audivit
in effabilia verba que non licet homini loqui Cum de hijs verbis primo
queri solet quid dicat tercium celum Deinde utrum illic vo-
luit intelligi paradisum an postea quam raptus est in tercium
celum raptum esse et in paradisum ubicumque sit paradisus non
ut hoc fuerit rapi in tercium celum quod in paradisum sed
prius in tercium celum et post inde in paradisum Et hoc prorsus am-
biguum est ut non michi videatur posse dissolui nisi aliquis
non ex presentibus apostoli verbis. sed ex alijs forte scriptura verbis
locis vel racione perspicua inveniat aliquid quo doceat in tercio
celo esse paradisum sive non esse. cum et ipsum tercium celum
quid sit non liquido appareat utrum in rebus corporalibus
an forte in spiritualibus intelligendum sit. posset quidem dici
non nisi in locum corporalem hominem rapi potuisse cum corpore
Sed quia et hoc ita posuit ut nescire se dixerit utrum in corpore
an extra corpus raptus sit quis audeat dicere se scire quod
se nescire apostolus dixit Veruntamen neque spiritus sine corpore
ad loca corporalia rapi potest nec corpus ad spiritualia hec eius
ipsa dubitacio velud cogit intelligi Si quantumlibet de se ipso
hoc eum scripsisse nemo ambigit tale fuisse illud quo rap-
tus est quod corporale an spirituale esset dinosci discerni-
que non posset Cum vel in sompnis vel in extasi corporum
exprimuntur ymagines non discernuntur omnino a corporibus nisi cum ho-
~~redditus~~ redditus sensibus corporis recognoscit se in illis fuisse
ymaginibus quas non per sensum corporis hauriebat Quis enim
cum a sompno evigilaverit non continuo sentiat ymaginaria
fuisse que videbat quamvis cum ea videret dormiens a vi-
gilancium corporibus ea discernere non valebat Quamquam michi
accidisse scio et ob hoc eciam alijs accidere potuisse vel posse
non dubito ut in sompnis ~~videns~~ videns in sompnis
me videre sentirem illasque ymagines que ipsam animam
consueverunt ludificare non esse vera corpora sed in somp-
nis ea putari firmissime eciam dormiens tenerem atque sen-
tirem Verumtamen fallebar aliquando quod amico meo quem eciam
in sompnis videbam ipsum persuadere conabar non esse illa
corpora que videbamus sed esse sompniancium cum et ipse utique
inter illas sic michi appareret quomodo illa Cum tamen et hoc
dicebam neque id verum esse quod pariter loqueremur Sed eciam
ipsum tunc aliquid videre dormientem et utrum ego ista viderem

omnino non sentire nisi esse quod per illum loquerentur. cum etiam ipse per
praesentiam movebar quod ipse non esset adnitebar etiam ex parte
ipsum putare esse cum profecto non loqueretur. sed omnino sic affi-
ceret quod ipse non esset. Ista non putat quamvis mirabiliter
vigilans anima detinentis nisi solum imaginibus corporum
ac si ipsa corpora essent conspexisse. unde audire potuit et
cum resuscitatus vix valenteque quod sentiebat exprimere qui
et vigilare se sciret et videret quiddam non oculis corporis. Non
nunc enim verbis utar quantum recolere possum anima mea in quo
videbat cum non oculi mei non tamen sciebat utrum corpus
esset an ymago corporis non enim erat talis nisi ista distinctio
Verumptamen simpliciter fidelis nisi enim sic audire ac per
illud quod se vidisse narrabat ipse vidissem. At per hoc
si paradisum paulus ita vidit ut apparuit ille dictus summo
caelo nisi Johanni quemadmodum in apocalipsi se vidisse con-
scripsit. Ubi ezechielis campus ille cum ossibus mortuorum et
illa eorum resurrectio. Ut ysaie sedens deus in gloriam eius seraphim
et ara unde carbo assumptus prophete labia mundavit. mon-
stratum est enim ignorare potuisse utrum in corpore an
extra corpus ea videret. sed si extra corpus visa sunt et cor-
pora non fuerunt adhuc quaeri potest utrum ymagines corporum fuerunt an
ea substantia que nullam corporis similitudinem gerit sicut deus. sicut ipsa
mens hominis nisi intelligentia vel ratio. sicut virtutes. pru-
dentia iusticia. castitas. caritas pietas. et quaecumque alie
sunt virtutes quas intelligendo atque cogitando dinumeramus disse-
rimus. Non utique intuemur lineamenta earum vel colores
aut quo sonent aut quid oleant. aut quid in ore sapiant aut
quid contrectantibus de calore seu frigore mollitudine seu duricia
lenitate sive asperitate renitent. Sed alia quedam visione
alia luce. alia rerum evidentia. et ea longe ceteris praestantiore atque
certiore. Rursus igitur ea ipsa apostoli verba recolamus et ea
diligentius perscrutemur. hoc sine dubitatione primitus constituto
multo magis atque incomparabiliter amplius apostolum scisse quod
de incorporea corporeaque natura nos vel sciamus vel omnino teneamus.
Si ergo sciebat spiritualia per corporis corporalia extra corpus videri
omnino non posse. cur non per ea ipsa que vidit quo etiam po-
tuit videre discernit. si enim certus erat illa nisi esse spiritualia
cur non quoque extra corpus ea se vidisse certus non fuit
Si autem corporalia esse noverat. non nisi per corpus videri posse
se cur non et non noverat. Unde ergo dubitat an in corpore an
extra corpus ea viderit nisi forte etiam dubitet utrum illa
corpora an similitudines corporum fuerint. primum itaque videamus

quid sit in verborum istorum contextione. Unde non dubitet aliquid
cum mansit. Unde dubitet fortasse ex hiis cognitis non dubi-
tat quomodo etiam illud dubitet apparebit. Scio inquit hominem in Christo
ante annos xiiii sive in corpore sive nescio, sive extra corpus
nescio, Deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium celum. Scit
ergo hominem in Christo ante annos xiiii raptum hominem usque
ad tertium celum, hoc omnino non dubitat. Nec nos ergo dubitemus.
Sed utrum in corpore an extra corpus dubitat. Unde illo du-
bitante quis nostrum certus esse audeat. Num forte hinc etiam illud
quod erat ipsum tertium celum fuisse dubitemus quo raptum hominem
dixit. Si enim res ipsa demonstrata est, tertium celum demonstra-
tum est. Si autem ymago aliqua corporalibus similis facta est, non
erat illud tertium celum. Sed illa ostensio sic ordinata est ut
videretur sibi ascendere primum celum super quod videretur aliud,
quo rursus ascendens iterum aliud videret superius, quo cum perve-
nisset posset dicere se in celum tertium raptum. Sed illud quod
tertium celum esset quo raptus est neque dubitavit neque du-
bitare nos voluit. Ad hoc enim premisit scio, et tamen incepit
nisi id quod se scire apostolus dicit, si hoc ille non credat nimium
esse qui non credit apostolo. Scit ergo hominem raptum esse usque
in tertium celum. Proinde illud quo raptus est vere tertium
celum est, non expressum aliquod corporale quod cum audiretur Moyses
usque adeo sentiebat ipsam esse substantiam aliud nisi Deum certaminam
in qua se Deus humanis et corporalibus sensibus putabat, ut diceret
ostende michi temetipsum. Nec alia ymago vel celestis quam cum
Johannes videret in spiritu querebat quid esset et ei dicebatur vel
civitas vel populi sunt vel aliquid aliud cum videret ille bestiam
vel mulierem sive aquas sive quid huiusmodi. Sed scio inquit
raptum hominem usque in tertium celum. Item si spiritualem ymaginem
corporali similem celum appellare voluisset, sic erat etiam yma-
go corporis eius in qua illuc raptus ascendit. Sic ergo et suum
corpus appellaret quamvis ymaginem corporis, et illud celum qua-
mvis ymaginem celi, neque curaret discernere quid sciret et quid
nesciret, idest quia sciret raptum hominem usque ad tertium celum, ne-
sciret autem utrum in corpore an extra corpus, sed simpliciter narra-
ret visiones earum rerum nominibus appellans illa que vidit quorum
erant similia. Nam et nos dicimus cum somnia nostra nar-
ramus vel aliquam in eis revelationem: vidi montem, vidi flumen,
vidi homines, et propriis huiusmodi ea nominibus connectens illis yma-
ginibus que huiusmodi res ipse quarum similes erant. Apostolus autem
illud inquit scio, illud nescio. Aut si utrumque ymaginaliter
apparuit, utrumque pariter sciret, pariter nesciret. Si autem ipsum celum
et ideo sciebatur, quo pacto ymaginale corpus illius hominis

apparere Nam si celum corporeum videbatur quonam modo latebat utrum
corporeis oculis videretur si autem celum erat utrum oculis corporis
an spiritu videretur et ideo dictum est sive in corpore sive extra corpus
nescio quid non incertum erit illud utrum ille in corporeum celum
videretur an ymaginaliter ostenderetur Item quod si substancia incorporea
videbatur non aliqua ymagine corporis sed sicut videtur iusticia
sapiencia et si quid huiusmodi est et hic erat celum hoc quoque manifestum est
huiusmodi corporis oculis videri aliquid tale non posse et ille perfecte
si aliquid tale sic vidisse sciebat non per corpus se vidisse dubi-
tare non poterat Scio inquid hominem in christo ante annos xiiii
hic scio nemo dubitet ipsum michi credit Sed utrum in corpore
an extra corpus nescio deus scit Quid ergo restat quod dixerint
ab eo quod nescitur in credentes fallantur raptum inquid eius
hominis usque in tercium celum aut corpus erat aut spiritus Si corpus
erat et corporeis oculis visum est cur illud scitur esse celum
et in corporis visum esse nescitur Si autem spiritus erat aut corporis
ymaginem prebuit et itam incertum utrum corpus fuit quod visum
est utrum in corpore visum sit aut sic visum quo videtur
mente sapiencia sine nullis ymaginibus corporum et nichilominus certum
est videri non potuisse per corpus Aut ergo utrumque certum est aut
utrumque incertum Aut quod certum quod visum est incertum
aut per quod visum est manifestum est enim incorpoream naturam
ab eo videri non potuisse per corpus Corpora vero etiam si possint
videri sine corpore non utique sic videntur per corpus Sed
longe alie dispar modus est si quis est unde mirum si posset
a pluribus tamen quam scilicet fallere. An addubitacionem cogere aut si
corporeum celum in corporeis oculis vidit incertum sibi esse vel
utrum in corpore an extra corpus id vidit Restat ergo fortasse
ut quomodo investigari non posset apostolus qui tanta cura egit ut
quid sciret distinctum et quid nesciret. hic ipsum enim ignorasse
intelligamus utrum quando in celum tercium raptus est in corpore
fuit quo est anima in corpore cum corpus vivere dicitur sive vigi-
lantis sive dormientis sive in extasi a sensibus corporis alienata
an omnino de corpore exierunt ut mortuum corpus iaceret donec
peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur
et non quasi dormiens evigilaret aut extasi alienatus ad se
immo rediret in sensum sed omnino mortuus revivisceret et
quod vidit raptus usque in tercium celum quod etiam se scire con-
firmat ipse vidit non ymaginaliter Sed quia ipsa a corpore alie-
nacio utrum omnino mortuum corpus reliquit an secundum modum
quendam viventis corporis ibi anima fuit Sed mens eius ad
videnda vel audienda ineffabilia illius visionis arrepta sit

sic intentum erat Vel fortassis dixit sive in corpore sive extra
corpus deus scit quod erat illud imaginale sed ipse videtur et
non per corpus videtur sed ea visione videtur qua etiam caritas frat-
rum ipsa atque dilectio Quantum mihi dominus adiuvat explicare cona-
bor Ecce in hoc uno precepto cum legitur Diliges proximum tuum tamquam
te ipsum tria visionum genera occurrunt Unum per oculos quibus ipse
littere videntur alterum per spiritum hominis quo proximus et absens co-
gitatur tertium per contuitum mentis quo ipsa dilectio intellecta conspici-
tur In tribus his generibus illud primum manifestum est omnibus Per hoc enim
videtur celum et terra et omnia que in eis conspicua sunt oculis
nostris Nec illud alterum quo absentia corporalia cogitantur insinuare
difficile est Ipsum quippe celum et ea que in eis videre possumus
etiam in tenebris constituti cogitamus ubi nihil videntes oculis
corporis animo tamen corporales ymagines intuemur seu veras sicut
corpora vidimus et memoria retinemus seu fictas sicut cogitatio ymagi-
nare vel formare potuit Aliter enim cogitamus Carthaginem quam
novimus aliter Alexandriam quam non novimus Tertium vero illud
quo dilectio intellecta conspicitur eas res continet que non habent ymagi-
nes sui similes que non sunt quod ipse Nam homo vel arbor
vel sol vel quecumque alia corpora sive celestia sive terrestria et
presentia videntur in suis formis et absentia cogitantur ymaginibus
animo impressis et faciunt duo genera visorum Unde per sensum corporis
alterum per spiritum quo ille ymagines continentur Dilectio autem numquam
aliter videtur presens in ipsa specie qua est et aliter absens in aliqua ymagine
sui simili Non utique Sed quantum mente cernitur plus ab alio magis
ab alio minus ipsa cernitur Si autem aliquo corporalis ymaginis cogita-
tur non ipsa cernitur Hec sunt tria visionum genera de quibus et in superiori-
bus libris aliquid diximus sicut res postulare videbatur nec tamen
earum numerum commemoravimus et nunc breviter eis insinuatis quoniam suscepta
questio flagitat ut de his aliquanto uberius disseramus debemus
ea certis et congruis signare nominibus ne assidue circumloquendo mo-
ras faciamus Primum ergo appellamus corporale quia per corpus
percipitur et corporis sensibus exhibetur Secundum spirituale quidquid
enim corpus non est et tamen aliquid est recte iam spiritus dicitur et
utique non est corpus quamvis corpori similis sit ymago absentis
corporis nec ille ipse obtutus quo cernitur Tertium vero intellectuale
ab intellectu quia mentale a mente ipsa novitate vocabuli nimis
absurdum est ut dicamus Horum vocabulorum rationem si subtilius
redderem et prolixior sermo esset et cum hoc vel nulla vel certe non
tanta necessitas exigat Satis est ergo scire corporale aliquid vel proprie
dici cum de corporibus agitur vel quadam translato vocabulo sicut dictum
est Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter
Neque enim divinitas corpus est Sed quia sacramenta veteris testa-
menti appellat umbras futurorum propter umbrarum comparationem corporaliter
dixit habitare in Christo plenitudinem divinitatis que in illo implentur
omnia que in illis umbris figurata sunt Ac sic quodammodo um-
brarum illarum ipse sit corpus hoc est figurarum et significationum illarum
ipse sit veritas Sicut ergo ipse figurate significatione translato utique

tria sunt genera visionum

sic dictum est quia non ipse dicte sunt umbre ita et quod ait plenitudinem
tudinem divinitatis corporaliter habitare translato verbo usus est Spirituale
autem multis modis dicitur Nam et corpus quod futurum est in resurrectione
sanctorum spirituale appellat apostolus ubi ait Seminatur corpus animale
resurget spirituale eo quod miris modis ad omnem felicitatem et incorruptionem
spiritui subdatur et sine ulla indigentia corporalium alimentorum solo vi-
vificetur spiritu non quod in corpoream substantiam sit futurum Neque enim
et hoc corpus tale quale nunc habemus anime habet substantiam et hic est
quod anima quia dictum est animale Sicut spiritus dicitur vel aer iste vel
flatus eius vel motus eius sicut dictum est Ignis grando nix gla-
cies spiritus procellarum sive tempestatis Dicitur autem spiritus anima sive pe-
coris sive hominis Sicut scriptum est Et quis scit si spiritus filiorum hominum
ascendat ipse sursum et spiritus pecoris si descendat ipse deorsum
scilicet in terram Dicitur spiritus et ipsa mens rationalis ubi est quoddam
tamquam oculus anime ad quem pertinet ymago et agnitio dei Unde
dicit apostolus Renovamini spiritu mentis vestre et induite novum hominem
qui secundum deum creatus est Et alibi dicit de interiore homine
qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit
eum Sicut cum dixisset Igitur ipse ego servio mente legi dei carne
autem legi peccati Alio loco eandem sententiam commemorans caro inquit
concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem ubi non ea
que multis sociatis et nam dixit mentem hanc eandem spiritum
appellavit Dicitur spiritus etiam deus sicut ait dominus in ewangelio spiritus
est deus et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare
Ex his omnibus modis quos commemoravimus quibus appellatur
spiritus non traximus vocabulum hic modo appellavimus spirituale sed ex
illo uno modo quem invenimus in epistola ad corinthios quo spiritus a mente distinguitur evi-
dentissimo testimonio Si enim oravero inquit lingua spiritus meus orat
mens autem mea infructuosa est Cum ergo lingua intelligatur
hoc loco dixisse obscuras et misticas significationes a quibus si intellectum
mentis removeas nemo edificatur audiendo quod non intelligit
Unde etiam dicit qui enim loquitur lingua non hominibus loquitur
sed deo nemo enim audit spiritus autem loquitur misteria satis indicat
eam se linguam hoc loco appellare ubi sunt significationes velut
ymagines rerum ac similitudines que ut intelligantur indigent
mentis obtutu Cum autem non intelliguntur in spiritu eas dicit esse non
in mente Unde apertius ait Si benedixeris in spiritu quis supplet
locum ydiote quomodo dicet amen super tuam benedictionem quoniam ne-
scit quid dicat Quia ergo et lingua id est membrum corporis quod
movemus et ore cum loquimur Signa utique rerum dantur non
res ipse proferuntur propterea translato verbo linguam appellavit quamlibet
signorum prolationem priusquam intelligantur Quo cum intellectus
accesserit qui mentis est proprius fit revelatio vel agnitio vel prophetia
vel doctrina Propterea dicit Si venero ad vos linguis loquens
quid vobis prodero nisi loquar vobis in revelatione aut in agnitione
aut in prophetia aut in doctrina id est cum signis hoc est lingue accesserit

que dicta
causa spirituale

intellectus ut non spiritu tantum sed etiam mente agatur quod agitur. Pro-
inde quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstra-
bantur in spiritu nisi accessisset mentis officium ut etiam intelligerentur
nondum erat prophetia. Magisque propheta erat qui interpretabatur quod
alius vidisset quam ipse qui vidisset. Unde apparet magis ad men-
tem pertinere prophetiam quam ad istum spiritum qui modo quodam proprie
vocatur spiritus vis anime quedam mente inferior ubi corporalium rerum simili-
tudines exprimuntur. Itaque magis Joseph propheta qui intellexit quid
significarent vii spice et vii boves quam Pharao qui eas vidit in somp-
nis. Illius enim spiritus informatus est ut videret huius mens illuminata
ut intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua in isto prophetia quia
fuit in illo rerum ymaginatio in isto ymaginationis interpretatio.
Minus ergo propheta qui rerum que significantur sola ipsa signa in spiritu
per rerum corporalium ymagines videt et magis propheta qui solo earum
intellectu preditus est. Sed et maxime propheta qui utroque precellit
ut et videat in spiritu corporalium rerum significativas similitudines et eas
vivacitate mentis intelligat sicut Danielis excellencia temptata
est et probata qui regi et sompnium quod vidit dixit et quid
significaret aperuit. Et ipse quippe ymagines corporales in spiritu eius
expresse sunt et earum intellectus revelatus in mente. Hoc ergo
modo quo appellatur in ista distinctione spiritus secundum quod dixit
apostolus orabo spiritu orabo etiam et mente ut scilicet signa rerum for-
marentur in spiritu et earum refulgeret intellectus in mente secundum hanc
in quam distinctionem spirituale appellamus tale genus visionis quali
etiam corporum absentium ymagines cogitamus. Intellectuale autem
illud excellencius quod mentis est proprium. Nec michi occurrit omnino
ita pluribus modis posse dici intellectuale sicut spiritus multis modis
appellatur e contrario. Sive autem intellectuale dicamus sive intelligibile
hoc idem significamus. Quamquam non nichil inter esse nonnulli voluerunt
ut intelligibilis sit res ipsa que solo intellectu percipi potest intellectualis
vero mens que intelligit. Sed esse aliquam rem que solo intellectu
cerni possit ac non intelligat magna et difficilis est questio. Esse
autem rem que intellectu percipiat et non etiam intellectu percipi possit
non arbitror quemquam vel putare vel dicere. Mens quippe non
videtur nisi mente. Ergo quia et videri potest intelligibilis
quia etiam videt intellectualis est secundum illam distinctionem.
Remota paululum sequestra illa difficillima questione utrum aliquid
quod tantum intelligatur nec intelligat intellectuale et intelligibile
sub eadem significatione appellamus. Tria igitur ista genera visionum corporale
spirituale et intellectuale singillatim consideranda sunt ut ab inferioribus
ratio ad superiora conscendat. Iam quidem superius exemplum
proposuimus quo in una sententia omnia tria intimarentur genera. Cum enim
legitur Diliges proximum tuum tamquam te ipsum littere corporaliter
videntur spiritualiter proximus cogitatur intellectualiter dilectio
conspicitur. Sed et littere absentes possunt spiritualiter cogitari et
proximus presens potest corporaliter videri. Dilectio autem nec per substan-
tiam suam per oculos corporis cerni nec per ymaginem corpori simile

spu cogitat sed sola mente .i. intellectu cognosci et percipi Corporalis
ergo visio nulli horum que presidet Sed quod per eam sentit illi spirituali
tamquam presidenti nunciat Nam cum aliquid oculis cernitur continuo
sit ymago eius in spu sed non dinoscitur facta nisi cum ablato
oculis absente quod per oculos videbamus ymaginem eius in anima
invenerimus et siquidem spus irrationalis est velut pecoris hec usque
oculi nunciat si enim anima rationalis est etiam intellectui nunciat
qui etiam spui presidet ut per illud quod hauserunt oculi atque id
spui ut eius illic ymago fieret nunciaverunt alicuius rei signum
erat intelligatur continuo et cognitur quid significet aut cognoscit
qui nec intelligi nec cognosci nisi officio mentis potest Vidit rex Baltha-
sar articulos manus scribentis in pariete continuo quod per corpus sensum
ymago corporalis facte spui eius impressa est atque ipsa visione facta ac cogita-
tione illa mansit videbat in spu et non tamen intelligebat
Nec tunc intellectum erat hoc signum cum corporaliter fieret atque oculis
corporalibus appareret iam tamen signum intelligebat esse id huius
ex mentis officio Et quia requirebat quid significaret etiam ipsa
inquisitione utique mens agebat Quo non comperto Daniel acces-
sit et spu prophetico mente illustrata perturbato regi quid illo
signo portenderetur aperuit ipse potius propheta per hoc genus visionis quod
mentis est quam ille qui et signum corporaliter factum corporaliter
videbat et transacti eius ymaginem in spu cogitando cernebat nec
aliquid intellectu poterat nisi nosse signum esse et quid significaret inquire-
re Vidit Petrus in alienatione mentis vas quatuor lineis alligatum
submitti de celo plenum variis animalibus cum audivit vocem macta
et manduca Cum ad eum rediisset corporis sensibus de visu disceptaret Ecce
quos Cornelius miserat nunciaverunt ei spus dicens Ecce viri quaerunt
te Sed surge descende vade cum illis quia ego misi illos Cum
enim venisset ad Cornelium quod in illa visione intellexerit nisi audicat
que Deus mundavit tu ne commune dixeris ipse indicavit dicens Et
mihi Deus ostendit neminem communem aut immundum hominem dicere Cum
ergo illum visum videret alienatus a corporis sensibus et illas voces ma-
cta et manduca et que Deus mundavit tu ne commune dixeris in spu
audiebat Redditus autem corporis sensibus id ipsum quod visum atque
auditum in memoria tenebat in eodem spu cogitando cernebat que
omnia non corporalia sed corporalium ymagines erant sive cum primum
in ipsa alienatione in se sunt sive cum postea recordate atque
cogitate Cum vero disceptabat ut illa signa intelligeret mentis
erat actio conantis sed deerat effectus cum ipsi nunciati
sunt qui venerant a Cornelio hac vero corporali accedente etiam
visione cum et spus sanctus ei rursus in spu diceret vade cum
eis ut et illud signum audiat et in proferat voces adiuta diuinitus
mente intellexit quid illis signis ambobus ageretur His itaque
atque huiusmodi rebus diligenter consideratis satis apparet corpora-
lem visionem referri ad spiritualem eamque spiritualem referre ad intellectualem
Sed cum vigilantes neque mente a sensibus corporis alienata in vi-
sione corporali sumus discernimus ab ea visionem spiritualem qua corpora
absentia ymaginaliter cogitamus sive reminiscendo recordantes

que nominamus sive que non nominamus, et tamen sunt in ipso spiritu cogitationis
nostre formantes sive que omnino incognita ~~sunt~~ sunt vel arbitrio vel opi-
natione fingentes ab hiis omnibus ita discernimus illa corporalia que vide-
mus et in quibus presentibus sunt sensus corporis nostri ut nullo modo dubi-
temus hec esse corpora illas vero ymagines corporum. Cum autem vel ni-
mia vel cogitationis intentione vel aliqua vi morbi sicut freneticis per
febrem accidere solet vel commixtione cuiuspiam alterius spiritus sive mali
sive boni ita corporalium rerum in spiritu exprimuntur ymagines tamquam ipsis corporis
sensibus corpora presententur manente tamen etiam in sensibus corporis intentione
sic videntur que in spiritu fiunt ymagines corporum quemadmodum
per corpus ipsa corpora ita ut simul cernatur et homo presens aliquis
presens oculis et absens alius spiritu tamquam oculis. Nam cognovi tales
sic affectos et cum eis locutos qui vere aderant et cum aliis
qui non aderant tamquam adessent. Resipiscentes autem alii que viderant narrant alii
non possunt sicut enim sompnia quedam obliviscuntur quedam meminerunt.
Quando autem penitus avertitur atque abripitur animi intentio a sensibus
corporis tunc magis extasis dici solet. Tunc omnino quecumque sint
presentia corpora etiam vel patentibus patentibus oculis non videntur
nec ulle prorsus voces audiuntur. Totus animi contuitus aut in corporum
ymaginibus est per spiritualem aut in rebus incorporeis nulla corporis
ymagine figuratis per intellectualem visionem. Sed cum spiritualis
in se penitus alienata a corporis sensibus anima ymaginibus corporum
detinetur sive sit in sompniis sive in extasi si nichil significant
que videntur ymaginationes sunt ymaginationes sicut et vigilantes
et sani et nulla alienatione vexati multorum corporum que non
assunt sensibus corporis cogitatione ymagines versant. Hoc sane interest
est quod eas a presentibus veris corporibus constanti affectione discer-
nunt. Si autem aliquid significant sive dormientibus exhibeantur sive
vigilantibus cum et oculis videant presentia corpora et absentium
ymagines corporum spiritu tamquam oculis presto sint sive illa que extasis
dicitur alienato prorsus animo a sensibus corporis mirus modus est
si commixtione alterius spiritus fieri potest ut ea que ipse scit per huius-
modi ymagines etiam cui miscetur ostendat sive intelligenti sive non ab alio
intellecta pandantur. Si enim demonstrantur hii neque utique a corpore
demonstrantur. Quid restat nisi ut in aliquo spiritu demonstrentur.
Nonnulli quidem volunt animam humanam habere vim quandam
divinationis in se ipsa. Sed si ita est cur non semper potest cum semper
velit. An quia non semper adiuvatur ut possit. Cum ergo
adiuvatur numquid a nullo an corpore ad hec iuvari potest. Consequenter
restat nisi a spiritu adiuvetur. Deinde quomodo adiuvatur utrum in corpore
aliquid fit unde quasi relaxetur et emicet eius intentio
que in locum veniat ubi videat in se ipsa significantes similitudines
que ibi iam erant nec videbat sicut multa habemus in memoria
que non semper intuemur. An fiunt illic que antea non fuerant vel
in aliquo spiritu sunt quo illa irrumpens et emergens ibi eas vi-
deat. Sed si iam in illa erant quasi in penu cur eas non eas sunt
intelligit aliquando enim immo plerumque non intelligit. An sicut spiritus
eius adiutus est ut eas in se videret ita et mens nisi forte
adiuvetur illa que videt spiritus intelligere non potest. An forte non
corporea removentur vel quasi relaxantur impedimenta ut suo impetu
anima in ea que videnda sunt exeratur sed ipsa per se

nisi assumitur sive tantum spiritualiter fienda sive etiam intellectualiter co-
gnoscenda an aliquando in se ipsa videt ista aliquando per alterius spiritus
commixtionem quod utrumque esse tamen affirmari non oportet
Illud tamen dubium esse non debet corporales ymagines que spiritu
cernuntur non semper signa esse aliarum rerum sive in vigilan-
tibus sive in dormientibus sive in egrotantibus quarum tamen aut
si alia extasis fit per ut non ille corporalium rerum similitudines ali-
quid significent Non sane mirum est si et demones habentes
aliquando vera dicunt que absunt absentibus quadam te-
nescio qua occulta mixtura eiusdem spiritus sit ut tamquam unus
sit patientis atque vexantis Cum autem spiritus bonus in hec visa
spiritum humanum assumit aut rapit nullo modo illas ymagines
signa rerum aliarum esse dubitandum est et earum quas nosse
utile est dei enim munus est Discretio sane difficillima est
cum spiritus malignus quasi tranquillus agit ac sine aliqua
vexatione corporis assumpto humano spiritu dicit quod potest quando
etiam vera dicit et utilia predicat transfigurans se sicut
scriptum est velut angelum lucis ad hoc ut cum illi in ma-
nifestis bonis creditum fuerit seducat ad sua Hunc discerni non
arbitror nisi dono illo de quo apostolus cum de diversis dei mu-
neribus loqueretur alii diiudicatio spirituum Non enim magnum est tunc
eum discernere cum ad aliqua pervenerit vel perduxerit que sunt
contra bonos mores vel regulam fidei tunc enim a multis discernitur
Illo autem dono in ipso primordio quo plurimis adhuc bonus
apparet continuo diiudicatur an malus sit. tamen per corporem
visionem. et per ymagines corporum que demonstrantur in spiritu
et boni instruunt et mali fallunt Intellectualis autem visio non
fallitur aut non intelligit qui aliud opinatur quam est aut
si intelligit continuo verum est Quid enim faciant oculi nisi
cum simile corporis viderint quod ab alio discernere non possint
aut quid faciant animi intentio cum spiritu fit sive corporis simili-
tudo quam non valet distinguere a corpore sed ad fructum intel-
lectus querens quid illa significent vel utile doceant et aut
inveniens ad fructum suum pervenit aut non inveniens in dis-
creptione se tenet ne aliqua perniciosa temeritate prolabatur in exitia-
bilem errorem Iudicat autem sobrius intellectus divinitus
adiutus que vel quanta sint in quibus etiam aliud putare
quam res est nihil noceat fructuosum Neque enim cum periculo
et non potius exercitio sua quamquam a bonis putatur bonus
etiam si occultus sit malus si in rebus ipsis. id est in ipso bono
quo fit quisque bonus non erretur aut aliquid obest omnibus
hominibus qui cum dormiunt vera corpora esse arbitrantur quorum
similitudines vident aut aliquid obfuit petro quod solutis
catenis sequi angelo deducente factum est repentino mira-
culo ut putaret se visum videre vel cum in illa extasi responderet
nequaquam domine quia numquam manducavi omne commune et im-
mundum putans ea ipsa que in disco demonstrabantur tamquam vera alia

hoc quam aliter inventa fuerunt quam putata sunt cum videntur non
nos permittit ita nobis fuisse si non tergiuatur vel infidelitas diuina
vel opinacio vana sine sacrilega terrena propter et cum visis corporalibus
imaginis fallit nisi obest quod lucificant oculi si non erratur
in veritate fidei et intelligencie spiritualis quam docet deus subditos
sibi aut si ludificet animam spirituali visione imaginibus corporum ut
putent corpus esse quod non est aliquid obest anime si perniciose
suasioni non consentiat Unde aliqui fit questio de consensionibus
sompniantium cum etiam concumbere sibi videntur vel contra proposi-
tum suum vel contra etiam licitos mores quod non fit nisi cum ea vi-
gilantes etiam cogitamus non cum placito consensionis et sicut
etiam talia propter aliquid loquimur sic admonentur in sompnis et ex-
primuntur ut eis caro naturaliter moveatur et quod natura colligit per
genitales vias emittat De hoc ipso dicere utique non possem non
etiam cogitare porro imagines rerum corporalium quas necesse
cogitari ut hoc dicerem si tanta expressione putarentur in sompnis
quanta putantur corpora vigilantibus fieret illud quod sine peccato
a vigilante fieri non posset Quis enim vel cum loquitur et postulante
necessitate sermonis de suo concubitu aliquid dicit posset non cogitare
quod dicit Porro ipsa fantasia que fit in cogitatione sermocinantis
cum ita expressa fuerit in visione sompniantis ut inter illam et veram
commixtionem corporum non discernatur continuo movetur caro et sequitur
quod eum motum sequi solet cum hoc tam sine peccato fiat quam
sine peccato a vigilante dicitur quod non dicitur sine dubio cogitatum est
Verumptamen propter anime affectionem bonam que de studio meliore mun-
data multas interfecit cupiditates que ad naturalem carnis motum
non pertinet quas casti vigiles vigilantes cohibent et refrenant dor-
mientes autem ideo non possunt quia non valent in potestate que advo-
catur expressarum corporalium imaginibus que discerni non possunt a vero
corpore illam ergo anime affectionem bonam et in sompniis quedam eius
merita clarent Nam etiam dormiens salomon sapientiam preposuit
omnibus rebus eam que neglectis ceteris est precatus a domino Et
sicut scriptura testatur placuit hoc coram domino ut distribuit dis-
tributionem bonam pro desiderio bono Que cum ita sint pertinet
corporis sensus ad ista corporalia quam per quinque rivulos distincte va-
lentibus valentes distribuuntur cum illud quod est subtilissimum
in corpore et ob hoc anime vicinius quam cetera id est lux primum per
oculos sola diffunditur emicatque in radiis oculorum ad vi-
sibilia contuenda Deinde mixtura quadam primo cum aere
puro secundo cum aere caliginoso atque nebuloso Tercio
cum corpulencio humore Quarto cum terrena grassitudine
quinque sensus cum ipsa ubi sola excellit oculorum sensum efficit sicut in libro
quarto itaque in vii disseruisse me recolo Est autem hoc celum
celi sive congruum Unde luminaria et sidera fulgent Excellentia

omnibus corporis eius sit oculorum spiritus excellit in corpore Certum

vero spiritus animus omni est corpore sine dubitatione prestantior sequitur

ut non loci positione sed nature dignitate prestantior sit natura spiritualis isto cor-

poreo celo etiam etiam illa ubi rerum corporalium exprimuntur yma-

gines Hinc existit quiddam mirabile ut prior sit corpore spiritus et

posterior corporis ymago quam corpus tamen quia illud quod tempore

posterius est fit in eo quod prius est natura prestantior sit yma-

go corporis in spiritu quam ipsum corpus in substantia sua Nec sane

putandum est facere aliquid corpus in spiritu quasi spiritus corpori facien-

te materie subdatur omni enim modo prestantior est qui facit

ea re de qua aliquid facit neque ullo modo spiritu prestantior est

corpus immo perspicuo modo spiritus corpore quamvis quamvis ergo

prius videamus aliquod corpus quod ante non videbamus atque inde

incipiat ymago eius esse in spiritu nostro quo illud cum absens fuerit

recordamur tamen eandem ymaginem eius non corpus in spiritu sed

ipse spiritus in se ipso facit celeritate mirabili que ineffabiliter longe

est a corporis tarditate cum ymago mox ut oculis visum

fuerit in spiritu videntis nullius puncti temporalis interpositione for-

matur Sic etiam in auditu nisi in auribus percepte vocis yma-

ginem continuo spiritus in se ipso formaret ac memoria retineret igno-

raretur secunda syllaba utrum secunda esset cum iam prima utique nulla esset

quae percussa aere transierit Ac sic omnis locutionis usus omnis

cantandi suavitas omnis postremo in actibus nostris corporis motus

delapsus occideret neque ullum progressum nancisceretur si transactos

corporis motus memoria spiritus non teneret quibus consequentes in

agendo connecteret Quos utique non tenet nisi ymaginaliter a se

factos in se Nam ipsarum etiam futurarum actionum ymagines

preveniunt fines actionum nostrarum Quid enim agimus per corpus

quod non cogitando preveniat spiritus omniumque visibilium operum

similitudines in seipso primitus videat et quodammodo di-

sponat Hinc spiritales corporalium similitudines in animo nostro que-

admodum innotescant spiritibus vel etiam immundis vel quid ob-

staculi anima nostra patiatur ex illo terreno corpore ut eas invicem

nullo modo in nostro spiritu nequeamus invenire et explicare difficile

est Certissimis tamen indiciis apud nos constitit enunciatas

a demonibus cogitationes hominum qui tamen si viderent interiorem

speciem possent in hominibus virtutum non temptarent Nam in Iob

nobilem ac mirabilem patientiam procul dubio si posset diabolus

cernere nollet attemptando utique superari Et cum aliquid longe iam

factum nunciaverint quod quidem post aliquot dies natum esse fir-

metur non est mirandum Possunt enim hoc efficere non solum acumine

sentiendi etiam corpora incorporalium [illegible] quam nostro est sed etiam

ipsorum corporum longe utique subtiliorum mira volocitate com-

paratione etiam in domo constitutum patientem per [illegible] in [illegible] solem

[illegible] quando ad eum venire cepisset ex [illegible] [illegible] [illegible]

et per omnia itineris ii esset et qui appropinquaret et qui ingrederetur et
fundum et domum et cubiculum donec in conspectu eius astaret que omnia
et si non oculis patiens ille cernebat tamen nisi aliquo modo cerneret non
tam veraciter enarraret Erat autem ille febriens et tamquam in frenesi ista
dicebat et forte revera freneticus erat et propter illa demonium pati-
putabatur nullum refectionis cibum accipiebat a suis sed a presbytero
presbytero Resistebat etiam suis modo quantum valebat solo presbytero
veniente conquiescebat illi tamen subditus erat et subditus respondebat
nec tamen eius saltem presbitero illa cessit insania alienatio sive
demonium nisi cum sanatus esset a febribus sicut frenetici curari
solent nec aliquid postea tale aliquid passus est Novimus etiam
sine dubio freneticum futuram mortem cuiusdam femine predixisse
non sane spe divinandi sed tamquam factum ac preteritum reco-
lens Nam cum eius apud eum commemoratio fieret mortua est inquit
Ego eam vidi efferri hac enim eius corpore transierunt cum illa inco-
lumis viveret post paucos autem dies repente defuncta et per eum
locum elata est qua ille predixerat fuit Item apud nos puer quidam
in exordio pubertatis dolorem acerrimum genitalium patiebatur medicis
nequaquam valentibus quid illud esset agnoscere nisi quod nervus ipse
in interiori sinu reconditus erat ita ut nec preputio quod immoderata
longitudine propendebat appareret patuit sed postea vix esset inventus
viscosus humor atque igneus et acer candens testes et inguina ur-
gebat sed acutum dolorem non continuum patiebatur eiulabat
vehementer cum iactatione membrorum mente sanissima sicut in maxi-
mis doloribus fieri solet Deinde inter voces suas abri-
piebatur ab omnibus sensibus et iacebat patentibus oculis neminem
presentium videns ad nullam se vellicationem movens post aliquantum
evigilans nec iam dolens que viderat indicabat Tum interpo-
sitis paucis diebus in omnibus fere vel pene omnibus accessionibus
suis duos se dicebat videre unum provectioris etatis alterum puerum
a quibus ei vel dicebantur vel demonstrabantur que se audisse et
vidisse narrabat vidit quodam die ~~quarum~~ choros piorum psal-
lentium in luce mirabili et impiorum in tenebris diversas et atro-
cissimas penas illis ducentibus et ostendentibus et felicitatis aliorum
et aliorum infelicitatis meritum insinuantibus Hoc autem vidit die
dominico pasche cum per totam quadragesimam nichil doluisset et inter-
vallo cotidiana precedebat Viderat autem in ipsa ingressione xl illos pro-
mittentes sibi quod per xl dies nullum esset sensurus dolorem postea
ipsi ei dederunt tamquam medicinale consilium ut ei precidi lon-
gitudo precideretur quo facto diu non doluit Cum vero iterum
doleret semper et similia videre cepisset accepit ab eis rursus
consilium ut in mare pubetenus intraret post aliquantam moram
inde discedere promittentibus sane quod iam deinceps vehementem
illum dolorem non esset passurus sed solius illius viscosi humoris
illius molestia data sentitu est tamquam item autem postea passus
est eius morbi accessibus nec tale aliquid vidit quale ante-
cum in mediis doloribus et horrendis vocibus repente obmute-
scens abriperetur postea tamen medicis certo curantibus et sanatibus
non [illegible] incipiente sanitatis Istarum divinationum causas
et modos investigare si quis potest et eoque completa de cum magis

audire vellem quam temere exportari ut ipse disserem. Quid
tamen prudenter ita ut nec doctis tamquam confirmata videantur nec
indoctis tamquam doctrinae accipiant sed utrumque disceptata et quaesita
potius quam comperta non occultabo. Ego ipsa ista omnia visis
spiritus imaginationis. Fit enim aliquando et hoc figura aliquando a natura
fit aliquando perturbata ipsa aut natura aliquando fortius animo scilicet
vel apte dicta aliquando ab sensibus significantibus et quasi signatis locis
privata sit etiam illa omnia. Sed amat homines inexperta mirari
et causas insolitorum inquirere cum cottidiana plerumque talia saepe
etiam latentiora origine nosse non curent. Nam quemadmodum
in vocibus hoc est signis quibus loquendo utimur audito verbo inusi-
tato quaerunt primo quid sit hoc est quid significet. Quo cognito
deinde quaerunt unde ita dictum sit cum tam multa sine cura
nesciant quae in usu communi sunt. Unde ita sit dicta sic cum
aliquid inusitatum in rebus acciderit sive corporalibus sive spiritualibus
causas eius cum sollicitudine inquirunt et sibi reddi a doctioribus fla-
gitant. Si ergo aut cum me quispiam interrogat verbi gratia quid sit
cantus et ego respondeo vel cantus nec ei sufficit sed pergit
quaerere unde dictus sit cantus insuper requirere et quaerere unde
dictus sit cantus quod in sibilamine utique ignorabat sed quia
inusitatum erat non patet eius originem nesciebat. Quando autem nomen
inquirit audivi prius putat nosse quid significando valet nisi etiam
unde dicatur exquirat. Quis nunc quae ego exire quaerat. Unde visa
corporalibus similia in extasi apparent quae raro accidit hic inves-
tigare quaerit. Unde apparent dormientibus quaeque cottidie sentit anima
istud tamen non multum curat inquirere. Quasi vero non magis mira
sit talis natura ipsorum quia cottidiana est. Aut ideo non curanda
quia omnino est si recte quam ista nos quaerunt non rectius faciunt si in
in illa causas sint. Ego vero multo amplius admiror multoque
maxime stupeo quanta celeritate ac facilitate in se anima fabri-
cetur imagines corporum quae per corporis oculos vidit quam
somniantium vel etiam in extasi visionis quaecumque tamen illa
natura ipsorum est procul dubio corpus non est. Sed nosse eam non
sufficit. Unde etiam existant inquirant ab aliis me ignorare
confiteor. Illud plane ex ore experimentis colligi datur quando
sicut corporum pallor rubor tremor vel in morbus aliquando a corpore
sunt causas aliquando ab anima et a corpore quando humor vel hu-
mor diffunditur vel tabes vel aliquid aliud corpori inicitur
extrinsecus ab anima vero cum vel timore turbatur vel pudore
confunditur vel irascitur vel amat vel aliquid huiusmodi. Nec
immerito si id quod regit etiam tum vehementius movetur vehe-
mentius exagitatur ita et ipsi animae ut in ea ipsa pergit quae
non prius corporis nuntiantur sed per interiorem spiritum et
ita pergit ut non discernat utrum corpora sint an similitudines
corporum aliquando a corpore accidit aliquando a spiritu. Et a corpore quando
naturali inaequalitate ut faciunt ipsa somnia dormire
quippe a corpore est homini sine aliqua mala valetudine spiritibus

vm etiam id suscipientes divinandi modo aliquid dicunt nonnumquam
Nam quidam iuvenes iocando ut fallerent in peregrino se agebant
mathematicos se esse finxerunt ignorantes omnino utrum vera pre-
dicerentur. Cum in eius hospicio sunt mirari ceperunt que dicebant
et attestari esse verissima audacius in plura processi sunt. At ille
attestans ad omnia mirabatur postremo de eius absentis filii sa-
lute quesivit quem diu absentem expectabat et quod inopinate
tardaret ne quid ei accidisset sollicitus erat at illi non curantes
quid post eorum abscessum verum cognosceretur dum tamen in
presentia letum hominem redderent mox profecturi responderunt salvum
appropinquare et ipso die quo hec loquebantur esse venturum. Neque enim
metuebant ne cum totus dies peractus esset eos ille redarguendos
per eum diem sequeretur. Quid multa et dum iam abire disponerent
ecce subito ad hanc eis illis potius venit. Item alius arte sua
phrenetica cum saltabat ubi erant multa ydola per quandam pa-
ganorum sollempnitatem non aliquo spiritu acceptus sed in mutue
ludicra arrepto simulatus sic ... circumstantibus et spectantibus
monens eum erat non a prandium patris sacrificiis agitatus a phana-
naticis. Quem adolescentes post prandium vellent ea more
inde multis prohiberetur. Ille ergo inter saltandum secum sibi silentio
iocabundus et ridente multitudine circumspectus ea nocte que
impendebat in ea silva que iuxta erat hominem a leone interemp-
tum iri. Ad eum tandem spectandum illucescente die totam exciverat
turbam. Et illius sollempnitatis locum destinatum prodixit
Et factum est cum satis cunctis qui aderant in omnibus eius
motibus clarissime hunc enim ludendo et iocando quam perturbata
vel alienata mente dixisse ipso etiam tanto amplius miraretur
quod accidit quanto magis nescisset quo id animo atque ore pro-
tulit. Quo non nam modo hec in ipsa in spiritu hominis veniat utrum
ibi primitus formentur an formata insinuentur et quadam quo-
dammodo cernantur nisi sit hominibus angeli audiant cogitationes
suas et corporalium similitudines quas in suo spiritu futurorum co-
gitatione preformant quemadmodum et ipsi cogitationes non utique
oculis quia non corpore sed spiritu videt vim hec insit quod
illi mirans etiam si nolimus noverit nos aut ipsorum insit audatur
nosse ne passimus quia si eas non opinor sunt in potestate
occultare spiritualibus modis quemadmodum nos quibusdam intel-
lectis obstaculis nostra corpora ne aliorum oculis videantur ab-
scondi et quid fiat in spiritu nostro ut aliquando cernantur tamen nos
signantes ymagines et utrum aliquid significet ignoretur
aliquando aut aliquid signare sentiantur. sed quid significent
nescientes alii vero tamquam plenore demonstratione hu-
mana et in spiritu ipsas et in mente quid significet videant
et scire difficillimum est. et si iam sciamus disserere atque expli-
care operosissimum. Quod autem nunc insinuare satis arbitror
satis est. Certum est esse spiritualem quandam naturam in nobis
in qua corporum rerum formantur similitudines. Sive enim ad corpora

spiritu corporis tangimus. et statim formatur eius similitudo in spiritu
memoriaque reconditur. sive cum absentia corpora iam nota
cogitamus nisi ex eis formetur quidam spiritalis affectus que
iam erant in spiritu et antequam ea cogitaremus. sive cum eorum
corporum eorum non novimus sed tamen esse non dubitamus similitu-
dines non ita ut sunt illa sed ut occurrit intuemur. sive
cum alia que vel non sunt vel esse nesciuntur pro arbitrio vel
opinione cogitamus. sive cum inde agentibus vel nolentibus
nobis varie forme talium similitudinum versantur in animo sive
cum aliquid corporale acturi ea ipsa disponimus que in illa actione
futura sunt. et omnia cogitatione antecedimus. sive iam in
ipso actu vel cum loquimur vel cum facimus omnes corporales
motus nisi exciti possent eque preveniuntur similitudinibus
suis intus in spiritu. neque enim ulla vel brevissima est sillaba
in ordine suo nisi prospecta sonuisset. sive cum a dormientibus
sompnia videntur vel nichil vel aliquid significantia. sive
cum valitudine corporali turbatis intrinsecus viis sentiendi
ymagines corporum spiritus miscet corporibus ita ut vix vel ut intuenti
vel nullo possint vel omnino non possint et aut significent
aliquid aut sine ulla significatione obiciuntur. sive cum prorsus etiam quiescente
te aliquo morbo vel dolore corporis et intercludente vias quibus
anima per carnem sentire exercebatur atque ut erat intentio altius
quam sompno absentato spiritu talium rerum existunt ac mon-
strantur ymagines vel significantes aliquid vel sine vel significatione ap-
parentes sive nulla ex corpore causa existente vel assumente atque rapiente
aliquo spiritu tollitur anima in huiusmodi videndas similitudines corporum
visionis eius nisi corporalia cum simul etiam corporis sensibus utitur
sive ita spiritu assumente alienatur ab omni corporis sensu et attentius
solis similitudinibus corporum spirituali visione teneatur ut nescio utrum
passivum aut nichil significantia videt. hic ergo natura spiritalis in qua
non corpora sed corporum similitudines exprimuntur visiones
inferiores habet quam illud mentis atque intelligentie lumine quo et
ista inferiora diiudicantur que neque sunt corpora neque gerunt
formas ullas similes corporum velud ipsa mens et omnis anime
affectio bona cui contraria sunt eius vitia que recte culpantur
atque dampnantur in omnibus. Quo namque alio modo cum ipse intellectus
nisi intelligendo conspicitur. Ita et caritas gaudium pax longa-
nimitas bonitas fides mansuetudo continentia et cetera huiusmodi
quibus propinquatur deo et ipse deus ex quo omnia per quem omnia
in quo omnia. Et quamvis ita quod in eadem anima fiant visiones
sive que sentiuntur per corpus sicut hoc corporeum celum et terra
et quecumque in eis nota esse possunt quemadmodum sive que spiritu
videntur similia corporum de quibus multa iam diximus. sive cum
mente intelliguntur que nec corpora sunt nec similitudines

corporis sunt utique ordine suo et est aliud alio precellentius
prestantior enim est visio spiritualis quam corporalis. et rursus prestantior
intellectualis quam spiritualis. corporalis enim sine spirituali esse non
potest quando quidem momento eodem quo corpus sensu corporis tangitur
fit etiam in animo tale aliquid non quod hoc sit sed quod simile
sit. quod si non fieret nec sensus ille esset quo ea que extrinsecus
adiacent sentiuntur. neque enim corpus sentit sed anima per
corpus quo velud nuncio utitur ad formandum in se ipsa quod extrin-
secus nunciatur. Non potest itaque fieri visio corporalis nisi etiam spiritualis
simul fiat sed non discernitur nisi cum fuerit sensus ablatus a corpore
ut id quod per corpus videbatur inveniatur in spiritu at vero spiritualis
visio etiam sine corporali fieri potest cum absentium corporum similitu-
dines in spiritu apparent et finguntur multe pro arbitrio vel preter
arbitrium demonstrantur. Item spiritualis visio indiget intel-
lectuali ut diiudicetur. intellectualis autem ista spirituali inferiore non
indiget ac per hoc spiritualis corporali intellectualis autem utrique prelata.
certa est enim cum legimus spiritualis homo omnia diiudicat ipse
autem a nemine diiudicatur non secundum spiritum quo mens distinguitur
sicut illud quod dictum est orabo spiritu orabo et mente sed ex illa
locutione dictum est qua dictum est renovamini autem spiritu
mentis vestre. Iam enim supra docuimus alio modo etiam ipsam mentem
spiritum dici secundum quam spiritualis omnia diiudicat. proinde
ipse non absurde neque incongrue ut arbitror spiritualem visionem inter
intellectualem et corporalem tenere medietatem quandam optinere
puto enim non inconvenienter medium dici quod corpus quidem non est
sed simile est corpori inter illud quod vere corpus est et illud
quod nec corpus est nec simile corpori. Fallitur autem anima
similitudinibus rerum non earum vitio sed opinionis sue cum approbat
que similia sunt pro hiis quibus similia sunt aberrante intelligentia.
Decipitur ergo in visione corporali cum in ipsis corporibus
fieri putat quod fit in corporis sensibus sicut navigantibus videtur
in terra moveri que stant et intuentibus celum stare sidera que moventur.
Et divaricatis radiis oculorum due lucerne species apparere et
in aqua remus infractus. et huiusmodi multa. aut cum
putat hoc esse quod simile coloratum est vel simile sonat vel
olet vel sapit vel tangitur sicut est et medicamentum aliquod
teritum coctum in caccabo putatur legumen et strepitus transeuntis
vehiculi putatur esse tonitruum. et si in multis aliis sensibus
exploditur sed soli adiaceat olfactum citrum putatur herba que vocatur
apiastra et cibus aliquo dulciculo sapore affectus putatur melle
conditus et ignotus anulus obscuritate in tenebris putatur
aureus cum sit ereus vel argenteus. at cum repentinis imaginationibus
quasi corporalibus nisi anima turbata vel in somnis videre
se putat vel aliquid huiusmodi spirituali visu affecta videre corporibus

corporibus nisi et aliquorum phantasmatum contestatione et maxime ipsius
mentis atque animi visionis adhibetur nisi quod in his verum que
verum est inveniat quantum invenire potest. Sic in visione autem spiritali
id est in corporum similitudinibus que spiritu videntur fallitur anima cum
ea que sic videt ipsa corpora esse arbitratur vel quod sibi suspi-
cione falsa coniectura finxit sit etiam in corporibus putat que
non visa coniectat. At vero in illis intellectualibus visis non fallitur
aut enim intelligit et verum est aut si verum non est non intelligit
Unde aliud est in sensibus errare que videt aliud id errare quia
non videt. Cum autem rapitur anima in ea visa que spiritu
cernuntur similia corporalibus ita ut prorsus omnino a sensibus corporis avertatur
amplius quam in sompno solet sed minus quam in morte quam
iam divine admonitionis eget adiutorio ut sciat non corpora sed ipsa
corporum similia spiritalem visionem esse sicut que se in sompnis
videre etiam antequam evigilet scitur ut sciat etiam videtur futura
ita ut omnino futura nosceantur quorum imagines presentes videntur
sive ipsa humana mente divinitus adiuta sive aliquo intus ipsi visa
que significet exponente. Sicut in Apocalipsi Johanni exponebatur
magna revelatio est. Et si forte ignoret ille cui hec demonstrantur
utrum de corpore exierit an adhuc sit in corpore sed spiritu a sensibus
corporis alienato ista videat. Paulus enim si sic raptus id ignorare se
confitetur et si non audiatur. Porro si sic raptus est a sensibus
corporis ut esset in istis similitudinibus corporum que spiritu cernuntur ita
et ab his rapiatur nisi in illam quasi regionem intellectualium vel
intelligibilium subvehatur nisi sine ulla corporis similitudine
perspicua veritas cernitur nullis opinionum falsarum nebulis offuscatur
ibi virtutes anime nec sunt operose ac laboriose. Neque enim opere
temperantie libido frenatur aut opere fortitudinis tollerantur
adversa aut opere iusticie iniqua puniuntur aut opere prudentie
mala devitantur. Una ibi et tota virtus est amare quod videas
et summa felicitas habere quod amas. Ibi enim beata vita in
fonte suo bibitur unde aspergitur aliquid huic humane vite
ut in temptationibus huius seculi temperanter fortiter iuste prudenterque
vivatur. Propter illud quippe adipiscendum ubi erit secura quies
et ineffabilis visio veritatis labor suscipitur et continendi a vo-
luptate et sustinendi adversitates et subveniendi indigentibus et
resistendi decipientibus. Ubi videtur claritas dei non per visionem
significantem sive corporalem sicut visa est in monte Sina sive spiritalem
sicut vidit Ysaias vel Johannes in Appocalipsi sed per speciem
non per enigmata quantum eam capere mens humana potest secundum
assumentis dei gratiam ut os ad os loquatur ei quem dignum tali
colloquio fecerit non os corporis sed mentis sicut arbitror intelligendum
quod de Moyse scriptum est. Concupiscebat enim sicut
in Exodo legimus videre deum non utique sicut viderat in monte

nec per hoc videbat in thabernaculo sed in ea substantia in qua deus est
nulla assumpta corporali creatura que mortalis carnis sensibus
presentetur neque in spiritu figuratis similitudinibus sed per speciem suam
quantum eam capere racionalis creatura et intellectualis potest revocata
ab omni corporis sensu ab omni significativo enigmate spiritus. Sic enim scriptum
est Si ergo inveni graciam in conspectu tuo ostende michi
temetipsum manifeste ut videam te cum paulo superius legatur
locutus dominus ad moysen facie ad faciem sicut quis loquitur ad amicum
suum sentiebat ergo quid videbat et quod non videbat desiderabat
Nam et paulo post cum dixisset ei deus Invenisti enim graciam
in conspectu meo et scio te pre omnibus Respondit ei ostende michi
claritatem tuam et tunc quidem tale responsum accepit a domino figuratum
de quo nunc loquimur longum est disputare quod ei dixit Non poteris
videre faciem meam et videre vivere non enim videbit homo faciem
meam et vivet Deinde subiecit et ait illi ecce locus penes
me et stabis super petram statim ut transiet mea maiestas ponam
te in specula petre et tegam manu mea super te donec tran-
seam et auferam manum et tunc videbis posteriora mea nam facies
mea non apparebit tibi Nec tamen secuta scriptura hoc etiam corporaliter
factum esse narravit satis ergo per hoc demonstratum est figurate
esse in ecclesie significatione Ipsa enim locus penes dominum quia etiam
est templum eius et ipsa edificata est super petram et cetera
que ibi scripta sunt eidem intelligencie congruunt Nisi tamen con-
cupitam et desideratam dei claritatem moyses videre meruisset
non in libro numerorum diceret deus ad aaron et mariam et sororem
eius Audite verba mea si fuerit propheta vester domino in visione cognoscar
ei et in sompnis loquar illi non ita quomodo
famulus meus moyses in tota domo mea fidelis est os ad
os loquar ad eum in specie et non per enigmata et claritatem domini
vidit Neque enim hoc secundum substanciam corporis que carnis sensibus
presentatur intelligendum est Nam utique sic loquebatur ad moysen
facie ad faciem contra contra quando tamen dixit ei Ostende michi
temetipsum et nunc etiam ad ipsos quos obiurgabat et quibus
moysi meritum ita preferebat sic loquebatur per creaturam corporalem presentatam
sensibus carnis Illo ergo modo in illa specie qua deus est longe
ineffabilius secrecius et presencius loquitur locucione ineffabili ubi
eum nemo videns vivet vita ista qua mortaliter vivitur in istis
sensibus corporis sed nisi ab hac vita quisque quodammodo mo-
riatur sive omnino exiens de corpore sive ita aversus et aliena-
tus a carnalibus sensibus ut merito nesciat sicut apostolus ait utrum
in corpore an extra corpus sit cum in illam rapitur et subvehitur
visionem Quapropter si hoc tercium visionis est quod superius est non
solum omni corporali quo per corporis sensus corpora senciuntur verum
etiam omni illo spirituali quo similitudines corporum spiritu et non

mente cernitur. Tertium celum appellavit apostolus in quo videtur
claritas dei cum videnda cordibus mundatis. Unde dictum est Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt non per aliquam corporalem vel
spiritualem significationem sicut tamquam per speculum in enigmate sed
facie ad faciem quod de moyse dictum est os ad os per speciem qua
deus est quicquid est quantuluscumque eum mens que non est quod
etiam ipse etiam ab omni terrena labe mundata et ab omni corpore
et similitudine corporis alienata et abrepta capere potest a quo
peregrinamur mortali et corruptibili onere gravati quamdiu per fidem
ambulamus et non per speciem etiam si iuste vivimus. Cur non
credamus quod tanto apostolo doctori gentium rapto usque ad illam
excellentissimam visionem voluit deus demonstrare vitam in qua
post hanc vitam vivendum est in eternum. Et cur non dicatur ille pa-
radisus excepto illo in quo corporaliter vixit adam inter ligna
nemorosa atque fructuosa quandoquidem et ecclesia que nos con-
gregat in caritatis sinum paradisus dicta est tamen fructu po-
morum. Sed hoc figurate dictum est tamquam illo paradiso ubi ipse
fuit adam ecclesia signata sit per formam futuri. Quamquam
diligentius considerantibus fortassis occurrat illo paradiso corporali
in quo adam corporaliter fuit et istam vitam sanctorum significatam
que nunc agitur in ecclesia et illam que post hanc erit in eternum
sicut iherusalem que interpretatur visio pacis et terrena quedam civi-
tas demonstratur significat iherusalem matrem nostram eternam in celis
sive in his que spe salvi facti sunt et quod non vident
sperantes per patientiam expectant secundum quos multi filii deserte
magis quam eius que habet virum sive in ipsis angelis sanctis
per etiam multiformis sapientie dei cum quibus post hanc pere-
grinationem sine labore et sine fine vivendum est. Si autem sit quidam
paradisus vel tertium celum quo apostolus raptus est ut quartum et aliquot
ultra superius esse celos credamus infra quos est hoc tertium sicut
eos alii septem alii octo alii novem vel etiam decem perhibent et in ipso
uno quod dicitur firmamentum multos gradatim esse affirmant atque
hinc corporeos esse vel ratiocinantur vel opinantur de quorum argumen-
tatione sive opinatione nunc disserere longum est. Potest autem
fieri ut etiam in spiritualibus vel intellectualibus multos quosdam
gradus quispiam esse contendat aut si possit ostendat eorum
distinctos iuxta aliquem provectum vel magis vel minus illu-
strem revelationem. Sed utrumque se illa habent et accipiat ut vult
ab alio sic ab alio autem sic. Ergo visorum vel visionum proprietates ista
quam aut corpore aut spiritu aut mente usque ad hoc vel nosse
vel dicere non possumus. Sed quod et quante singulorum generum sint
differentie ut in uno quoque aliud alio gradatim superferatur ignorare
me fateor. Sicut autem in ista luce corporea est celum quod
sit terris suspicimus. Unde luminaria clarent et sidera que

corpore longe sunt meliora terrestribus sic in illo genere spirituali
in quo imaginantur corporum similitudines luce quadam incorporali ac
sunt quedam excellentia et merito divina que demonstrant
angeli miris modis utrum ipsa sua facili quadam et potenti
coniunctione vel commixtione etiam nostra esse facientes an scientes
nescio quo modo nostram in spiritu nostro informare occultior et difficilior
perceptu et difficilior dictu res est. Sunt autem alia manifes-
tata et humana que sine extra posito spiritu intus existunt sive inconve-
nienter quodammodo suggeruntur sicut sunt huiusmodi affectu vel carne vel
animo. Non solum enim vigilantes homines curas suas cogitan-
do versant in similitudinibus corporum verum etiam hii sepe som-
niant quo indigent. Nam et negotia sua gerunt ex animi
cupiditate. et epulis poculis que inhiant insistunt. si forte esu-
rientes sitientesque dormiunt que omnia puto comparata illis
angelicis demonstrationibus sic habenda ac si in ista natura
corporum terrena celestibus conferantur. sic etiam in illo genere intellectua-
lium in quorum alia sunt. que in ipsa anima videntur velud
virtutes. quibus vicia sunt contraria sive permansure ut pietas sive
utiles huic vite et postea non future sicut fides qua credimus ea
que non videmus et spes qua futura cum patientia expectamus
et ipsa patientia qua omnia toleramus adversa donec quo volumus
veniamus. iste quippe et huiusmodi virtutes que nunc propter
transigendam istam peregrinationem valde necessarie sunt. non erunt
in illa vita propter quam adipiscendam sunt necessarie et tamen etiam
ipse intellectualiter videntur. neque enim aut corpora sunt aut formas
habent similes corporum. aliud autem est ipsum lumen quo illustratur
anima ut omnia vel in se vel in illo veraciter intellecta conspiciat
nam illud iam ipse deus est. hoc autem creatura quamvis rationalis
et intellectualis ad eius ymaginem facta. que cum conatur lumen
illud intueri palpitat infirmitate. et minus valet. inde est tamen
quicquid intelligit sicut valet. Cum ergo illuc rapitur et a carnalibus
subtracta sensibus illi visioni expressius presentatur non spaciis
localibus sed modo quodam suo etiam supra se videt illud
quo adiuta videt quicquid etiam in se intelligendo videt. Si autem
queritur cum anima de corpore exierit. utrum ad aliqua loca cor-
poralia feratur an ad aliqua incorporalia corporalibus similia. an
neque nec ad ipsa. sed ad illud quod et corporibus et similitudinibus
corporum est excellentius cito quidem responderim ad corporalia loca
eam vel non ferri nisi cum aliquo corpore vel non localiter
ferri. Iam utrum habeat aliquod corpus cum de hoc corpore
exierit ostendat qui potest. Ego autem non puto ad spiritualia vero
pro meritis fertur aut ad loca penalia similia corporibus qualia
sepe demonstrata sunt hiis qui rapti sunt a corporis sensibus
et mortuis similes iacuerunt et infernales penas viderunt
cum et ipsi in se ipsis gererent quandam similitudinem corporum

sionem per quam passi sunt ad illa ferri et talia similibus spiritibus
experiri. Neque enim video cur habeat anima similitudinem sui corporis
cum iacente sine sensu ipso corpore nondum tamen penitus
mortuo videt talia qualia multi ex subductione vivis redditi
narraverunt et non habeat cum perfecta morte penitus de corpore
exierit. Ergo ad illa fertur penalia aut ad alia itidem similia
corporibus nec tamen penarum sed quietis atque gaudiorum. Neque enim
recte dici potest vel illas falsas esse penas vel illam falsam quietem
atque leticiam. Tunc enim hec falsa sunt quando per opinionis er-
rorem alia pro aliis putantur. Neque enim Petrus non solum cum
discessum illum videbat et in eo non similitudines corporum sed
corpora putabat in hoc utique fallebatur, verum etiam cum alio
tempore ab angelo solutis catenulis ibat in corpore ambulans
et putatus corporibus formis et putabat se visum videre nichilominus
fallebatur. Nam et ille in discessu erant spiritales forme corporibus
similes. et ista corporalis expressio soluti de catenulis super mira-
culo spirituali similis erat fallebatur autem anima in utroque non
nisi cum alia tamquam pro aliis apparerent. Verumtamen ergo non sunt
corporalia similia sed corporalibus quibus anime corporibus exute
afficiuntur seu bene seu male cum et ipse corporibus suis similes
sibimet appareant tamen. et vera leticia est et vera molestia de
substantia spirituali. Nam et in sompniis magni interest utrum in
letis an in tristibus simus. Unde quidam in rebus quas
concupierant constituti se evigilasse doluerunt et rursus quibusdam
terroribus atque cruciatibus exagitati atque vexati cum expergefacti
essent dormire timuerunt ne in easdem malas revenirentur
et utique dubitandum non est quod expressiora sint illa inferna
dicuntur atque ob hoc vehementius sentiantur. Nam et qui
subtracti sunt sensibus corporis minus quidem quam si omnino
morerentur sed tamen amplius quam si dormirent expressiora
se vidisse narraverunt quam si sompnia narrassent. Est ergo
prorsus inferorum substantia sed eam spiritualem arbitror esse
non corporalem. nec audiendi sunt qui affirmant inferos
in hac vita explicari nec esse post mortem. Viderint enim quem-
admodum poetica figmenta interpretentur nos ab auctoritate di-
vinarum scripturarum quibus solis de hac re fides adhibenda
est recedere non debemus quamquam possimus ostendere illorum
quoque sapientes de inferorum sedibus minime dubitasse que
post hanc vitam excipiunt animas mortuorum. Unde autem super-
terris dicuntur et inferi appellantur si sub terris non sunt
merito queritur. Animam vero non esse corpoream non me pu-
tare sed plane scire audeo profiteri tamen habere similitudinem
posse corporis et corporalium membrorum quisquis negat potest

negare animam esse que in sompnis videt vel ambulare se vel
sedere vel hac atque illac gressu atque volatu ferri aut referri quod
sine quadam similitudine corporis non fit Proinde si hanc simili-
tudinem apud inferos gerit non corporalem sed corpori similem
ita etiam in locis videtur esse non corporalibus sed corporalium similibus
sive in requie sive in doloribus Verumtamen quod et illud me nondum
invenisse confiteor inferos appellatos ubi iustorum anime requiescunt
Ex Christi quamlibet animam venisse usque ad ea loca in quibus
peccatores cruciantur ut eos solveret a tormentis quos esse solvendos
occulta nobis sua iustitia iudicabit non immerito creditur Cum
enim accipiendum sit aliter quod dictum est quem deus suscitavit ex
mortuis solutis doloribus inferorum quoniam non poterat teneri ab
eis non video nisi quorundam dolores apud inferos eum solvisse
accipiamus ea potestate qua dominus est cui omne genus flectitur
celestium terrestrium et infernorum per quam potestatem etiam illis dolori-
bus quos solvit non potuit attineri Neque enim abraham vel
ille pauper in sinu eius hoc est in secreto quietis eius in dolori-
bus erat inter quorum requiem et illa inferna tormenta legimus ma-
gnum chaos firmatum Sed nec apud inferos esse dicti sunt Con-
tingit enim inquid mori inopem illum et auferri ab angelis in sinum
abrahe mortuus est autem dives et sepultus est Et cum apud
inferos in tormentis esset etc Videmus itaque inferorum mentionem
non esse factam in requie pauperis sed in supplicio divitis Illud
etiam quod iacob dicit ad filios suos Deducetis senectutem
meam cum tristitia ad inferos videtur magis hoc timuisse ne ni-
mia tristitia sic perturbaretur ut non ad requiem bonorum iret sed ad
inferos peccatorum Neque enim parvum anime malum est tristitia cum
et apostolus quendam tam sollicite timuerit ne maiore tristitia ab-
sorberetur Proinde ut dixi nondum inveni et adhuc quero
nec mihi occurrit inferos alicubi in bono posuisse scripturam
duntaxat canonicam Non autem in bono accipiendum sinum abrahe
et illam requiem quo ab angelis pius pauper ablatus est ne-
scio utrum quisquam possit audire et ideo quomodo eam apud infe-
ros credamus esse non video Verum hec dum querimus et aut inve-
nimus aut non invenimus urget nos longitudo libri huius eum
aliquando concludere Cetera propter quoniam de paradiso sermonem instituimus
propter illud quod apostolus ait scire se raptum hominem usque in tertium
celum nescire autem sive in corpore sive extra corpus et quia
raptus est in paradisum et audivit ineffabilia que non licet
loqui non temere affirmamus utrum in tertio celo sit paradisus
an et in tertium celum et inde rursum in paradisum raptus sit
si enim ipse quid ut memoravimus locus translato verbo omnis
etiam spiritalis quasi regio ubi anime bene est recto paradisus
dici potest non solum tertium celum quodcumque illud est quod profecto
magnum sublimeque est verum etiam in ipso homine
letitia quedam bone conscientie paradisus est Unde et ecclesia in

temperanter et iuste et pie viventibus paradisus recte dicitur pollens affluen-
tia gaudiorum castis et delicijs quoniam et in tribulationibus gloriatur et ipsa
patria plenius gaudens quae secundum multitudinem dolorum in corde
contemplationis consolationes dei iocundauerunt animam eius. Quanto magis ergo post
hanc vitam etiam sinus ille abrahe paradisus dici potest ubi iam
nulla temptatio ubi tanta requies est post omnes dolores vite
huius. Neque enim et lux ibi non est propria quaedam et sui generis
et profecto magna quam sinus ille a tormentis et tenebris inferorum
tam utique de longinquo cum magnum chaos esset in medio dis-
tantie vidit ut illic illum quondam contemptum pauperem agnosceret.
Quae si ita sunt ideo sub terris dicuntur inferi vel creduntur quia con-
gruenter in spiritu per illas corporalium rerum similitudines sic demon-
strantur inferi quemadmodum defunctorum anime inferis digne carnis amo-
re peccaverunt hoc eis per illas corporum similitudines exhibeatur
quod ipsi carni mortue scilicet inferi sub terram recondatur. Denique
inferi eo quod infra sint latine appellantur. Sicut enim secundum corpus
si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt omnia graviora
ita secundum spiritum sunt inferiora sunt omnia tristiora. Unde etiam
greca lingua origo nominis quo et appellantur inferi ex eo quod
nichil suave habeant sonare perhibetur. Nec ipsam tamen
eorum partem nostri salvator mortuus pro nobis visitare contempsit
ut inde solveret quos esse solvendos secundum divinam secretamque
iusticiam ignorare non potuit. Quia ergo anime illius latronis
cui dixit hodie mecum eris in paradiso non utique inferos positus ubi
pene sunt peccatorum sed aut illa requiem sinus abrahe non enim
alicubi non est Christus cum ipse sit sapientia dei attingens ubique
propter suam munditiam aut illum paradisum sive in tertio celo sive
ubicumque aliud est quo post tertium celum est raptus apostolus.
Si tamen non aliquid unum est diversis nominibus appellatum ubi
sunt anime bonorum. Cum ergo celum primum recte accipimus hoc
nomine corporeum generali nomine quidquid est super aquas et terras
primum est quod celum corporale quod oculis corporis cernitur. Secundum in
aut similitudine corporali quod spiritu cernitur sicut illud ani-
malibus plenus in extasi petro discus ille submissus est. Ter-
tium vero ~~celum~~ quod mente conspicitur ita secreta et remota
ab excepta a sensibus carnis atque mundata ut ea que in illo
celo sunt et ipsam dei substantiam verbumque deum per que facta
sunt omnia in caritate spiritus sancti ineffabiliter valeat videre et au-
dire non incongrue arbitramur et illuc apostolum et ibi esse raptum
fortassis esse paradisum omnibus et si dici oportet paradisum paradisorum.
Si enim anime bone leticia in rebus bonis est omni creatura
quid ea leticia prestantius que in verbo dei per quod facta
sunt omnia. Sed si queritur quomodo opus sit spiritibus defunctorum
corpora sua in resurrectione sua recipere si potest eciam sine
corporibus summa illa beatitudo prestari difficilior questio est
quam ut perfecte possit hoc sermone finiri. Sed tamen minime dubitandum

dubitandum est et raptam hominis a carnibus sensibus mentem et post mortem
ipsa carne deposita transcensis etiam similitudinibus corporalium non sic pos-
se videre incommutabilem substantiam ut sancti angeli vident sive alia
latentiore causa sive ideo quia inest ei quidam naturalis appetitus corpus
administrandi quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione
pergat in illud summum celum quamdiu non subest corpus cuius ad-
ministratione appetitus ille conquiescat Porro autem si tale sit corpus
cuius sit difficilis et gravis administratio sicut hec caro que corrumpitur
et aggravat animam de propagine transgressionis existens multo magis
avertitur mens ab illa visione summi celi Unde necessario abripienda
erat ab eiusdem carnis sensibus ut ei quomodo capere posset
illud ostenderetur Proinde cum hoc corpus iam non animale sed per
futuram commutationem spirituale receperit angelis adequata perfectum
habebit nature sue modum et obediens et imperans vivificata
et vivificans tam ineffabili facilitate ut sit ei glorie quod
sarcine fuit Videbunt enim et tunc ista tria genera visorum sed nulla
falsitate pro alio aliud approbabunt nec in corporalibus nec in spiritualibus
multo minus in intellectualibus quibus ita presto erunt et perspicientur
ut longe maiore evidentia nunc nobis adiaceant
ille species corporales quas sensu carnis attingimus et eas multi ita
sunt amplexi ut non solas esse arbitrentur et quicquid tale non est putent
omnino non esse Sapientes autem ita sunt in hiis corporalibus visis
ut quamvis eis presenciora videantur certiores tamen sint in illis
que preter corporis speciem preterque corporis similitudinem intelligendo utcumque
conspiciunt quamvis ea non valeant mente conspicere sicut hec sensu
corporis intuentur Sancti vero angeli et hiis corporalibus iudicandis atque
administrandis presunt nec eis tamquam presencioribus familiarius
inclinantur et eorum spirituales similitudines in spiritu ita discernunt
et tanta potentia quodammodo tractant ut eas possint etiam
hominum spiritibus revelando miscere et illam incommutabilem substantiam creatoris
ita conspiciunt ut eius visione atque amore eam preponant omnibus
et secundum eam iudicent de omnibus et in eam dirigantur ut agant
et secundum eam dirigunt quicquid agunt Denique quamvis abrepto apo-
stolo recte a carnibus sensibus in tercium celum et paradisum hoc ipsum
certe defuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum que angelis
inest quod sive in corpore sive extra corpus esset nesciebat Hoc
utique non deerit cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum
corruptibile hoc induetur incorruptione et mortale hoc induetur in-
mortalitate Omnia enim evidentia sine ulla falsitate sine ulla
ignorantia suis ordinibus distributa et corporalia et spiritualia et
intellectualia in natura integra et beatitudine perfecta Scio quidem
nonnullos eorum qui scripturas sanctas ante nos in fide catholica
tractaverunt laudantur etiam sic exposuisse quod ait apostolus tercium
celum ut corporalis et animalis et spiritualis homo hoc dictas accipi
vellent atque ad illud incorporearum rerum genus excellenti pre-
videntia contemplandum esse apostolum raptum quod genus etiam
in hac vita spirituales homines pre ceteris rebus diligunt eoque per-
frui concupiscunt Ego autem dixi tercium spirituale et intellectuale
dicere quod illi fortasse animale et spirituale dixerunt in ista carorum
rerum alia tamen modo ponens nomina iam in primis huius libri

partibus mediocriter disseruisse sufficerit Que si recte pro nostro modulo di-
sputavimus aut spiritualis lector hec approbabit ~~fiat~~ aut etiam ipse
fit spiritualis donante spiritu sancto aliquid ex ista lectione proficiet
Sed iam voluminum hoc opus quod xii voluminibus continetur isto
tandem fine concludimus Amen

Explicit liber Duodecimus Augustini super Genesim ad literam













